


1875-1880

1881-1885

1886-1890

A
41
391




BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA


Sala: A
Estante: 41
Número: 391


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
— GRANADA —

Sala 93
Estante 115
Número 104

21813416







DIONIS

NICAEI RE-
RVM ROMANA-
RVM A POMPEIO
MAGNO,

AD ALEXANDRVM MA-
mae filium Epitome,

IOANNE XIPHILINO
autore, & Gulielmo Blanco Albiensi
interprete.

*M. del Collegio
della Comp.
di S. Andrea*

IN
VIR-
TUTE,



ET
FORTVNA.



LUGDVNI,

APVD GVLIELMV M ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
M. D. LIX.

M. C. A. E. I. R. E.

R. V. M. R. O. M. A. N. A.


L. E. M. A. T. I. O.

A. M. I. T. I. C. A. T. I. O.

O. T. T. A. T. I. O.

Handwritten notes in the left margin, including the word "incertus" and other illegible scribbles.

M. C. A. E. I. R. E.
R. V. M. R. O. M. A. N. A.
L. E. M. A. T. I. O.



GVLIELMVS BLANCVS

Georgio Armeniaco, Illustrissimo atque
amplissimo Cardinali suo S.



VM me demum tuā superiore anno re-
cepisses, Georgi Illustrissime atque opti-
me, nihil mihi potius fuit, quam cura-
re, ut eximium & singulare studiū meū,
quod in te habui semper, multis rebus
perspiceres. Constituerā enim cum Romā venire, me
tibi totū aliquādo dedere, & in te omnia mea ponere, &
quasi consecrare. Ad quā rē multa me impellebant cau-
sa, sed in primis vera illa & firma, qua de tua singulari
humanitate, suavissimisque moribus habebatur, opinio.
Accedebant etiā studia doctrinae, quibus tu non solum
à pueritia deditus fuisti, sed etiā ad ea diligenter exercē-
da ita reliquos omnes inflāsti, ut apud Ruthenos, cū
factus esses eius gentis episcopus, multos tuo exēplo, maxi-
misque beneficijs ad haec studia literariū ac humanitatis
excitares. Quae cum statuisses nunquā intermittere in
maximis occupationibus tuis, essesq; postea à Francisco
rege Gallorū optimo ac tui amāti-
simo missus ad Vene-
tos legatus, atq; inde huc Romā ad Paulū III. Pontifi-
cem Maximum, nactus occasionem, magnam operā po-
sisti in restituendis optimis auctoribus, & ab obliuione
vindican-
dis. Quorum magnum numerū non solum un-
dig; perquiri ac describi iussisti tuis sumptibus: sed etiā
Regi omnium bonarū artium studiosissimo, ut idē face-
ret, missis in omnes partes Europae doctissimis homini-
bus, facile persuasisti. Deinde cum esses propter has lega-

tiones obitas liberè cooptatus in ordinem Cardinaliū, ad
 illustrandam nobilitatem tuā, & ad memoriā laudum
 domesticarū, nempe ut tu vnus memoriam maiorū tuo-
 rum Armeniacorum principum, quos viros clarissimos
 fuisse constat, & potentissimos in Aquitania, dignitate
 simul & virtute renouares: existimasti manendum tibi
 esse semper in proposito, susceptoque cōsilio, ut abs te vete-
 res libri ab obliuione hominū atque silentio vindicaren-
 tur. In quibus fuit Epitome Dionis: qua cum fortè do-
 mi tua in meas peruenisset manus, cuperemque (ut prin-
 cipio dicebam) ut tu meā erga te voluntatem cognosce-
 res, cepti tua causa ipsam è Græco in Latinum conuer-
 tere. Qua in re cū tibi opera mea satisfacere videretur,
 iussisq; que mihi, ut inchoatum opus absoluerem: magna
 letitia sum affectus, propterea quod tibi, quo nemo aucto-
 ritate apud me plus valet, neque voluntate, rem gratā
 fecissem. Itaq; cum rusticarer hac æstate cum Iacobo Sa-
 bello, nobilissimo & clarissimo Cardinali, omni studio
 contendi, ut hunc Xiphilinum tuum, cum in urbem re-
 dissemus, tibi possem latinum offerre, ac dicare. Quod
 cum faciā hoc tempore, non ab re erit, ut opinor, si pau-
 ca de Dione & Xiphilino, deque ratione, quam sum in
 interpretando secutus, dixerō, quò possis rem omnem fa-
 cilius cognoscere. Igitur Dion Nicæus nobili genere na-
 tus, patrem habuit Apronianum proconsulem Cilicia.
 Ipse vir senatorij ordinis, & bis consul fuit. Versatus est
 in studijs bonarū artium, videturque, ut de Socrate ac-
 cepimus, habuisse diuinum quoddam, quod demoniū ap-
 pellat, cui parebat semper, ita ut ob eam causam conie-
 ctor somniorum, & interpret portentorum esset. Scripsit
 enim librum de Somnijs, & prodigijs, quorum causa Se-
 uerus principatum sperabat. Quo libro in lucem edito,
 misso

missoque ad Seuerum, imperatū est ei in somnis, ut ani-
 mum ad scribendam historiā applicaret. Itaque scribe-
 re cœpit ea, quæ gerebantur illis tēporibus: quæ cum ipsi
 Seuero, & ceteris maxime satisfacerent, statuit omnia,
 quæ spectabant ad populum Rom. perscribere, præsertim
 quòd ei confirmatum esset diuinitus, hanc historiā, quā
 relinqueret magistram vitæ, nullo vnquā temporis spa-
 cio esse perituram. Itaque primo consumpsit annos decē
 in colligendis & coaceruandis ijs rebus omnibus, quas
 gessit populus Romanus ab vrbe condita vsque ad mor-
 tem Seueri: iisque compositis rebus, spacio annorū duode-
 cim, cetera, vti successerunt, vsque ad secundum consu-
 latum suum, qui fuit Alexātri temporibus, persecutus
 est. De quo Imperatore scripsit pauca, propterea quòd nō
 est Romæ diu cōmoratus, & quòd incidit in morbū, cum
 ex Asia in Bithyniam venisset: quòdque ex Bithynia
 missus est præfectus in Ægyptum. Cūque inde reuer-
 tisset in Italiā, non ita multo post prætor in Dalmatiā,
 atque inde in Pannoniā superiorem profectus est. Post
 ubi Romam venit, in Bithyniam, quæ patria eius erat,
 reuertit, dimissus, quòd laboraret ex pedibus, ut posset
 reliquum vitæ tempus in patria degere. His de causis fa-
 ctum est, ut ibi finem acceperit historia, quam diligēter
 verèque propterea videtur scripsisse, quòd ut vacaret à
 publicis muneribus, & otium in scribenda historia con-
 sumeret, Capuam delegerat ad habitandum, quoties in
 Italia moraretur. Neque verò tam difficile fuit Dioni
 Consulari & prætorio viro historiā Romanorum princi-
 pum scribere, quàm ceteris priuatis hominibus. Nou-
 erat enim, ut opinor, causas bellorum, ceterarūque re-
 rum, quæ ab ipsis gerebantur: quippe magnā partem au-
 diebat in senatu, & optimatibus, atq; ad eò ipsis impera-

toribus ita familiaris erat, ut ei facile esset eorum consilia cognoscere. Nec verò reprehendi debet, ut ego quidem arbitror, quòd saepe dicat volatibus auium, caribusque, & somnijs multorù, declaratas esse res futuras. Nà cum Romanis nihil ferè liceret inauspicato gerere, essetque collegium augurum ob eam causam constitutum, & scientia iuris augurandi magno in honore semper habetur, nihil præcipue peccauit illis quidem temporibus Dion, dum prodigia, quæ futura prædicere, narrauit. Quæ cum ita sint, illud potius optare omnes debemus, ut historiã populi Romani, quam ille ab urbe cõdita usque ad tempora Alexandri multis voluminibus erat complexus, integram aliquando inuenire & saluam possimus. Quæ tamen ipsa fortasse nobis videretur prolixior, non aliter quàm Ioanni Xiphilino, qui eius Epitomen cõfecit. Hic enim cum esset Ioannis Xiphilini Patriarchæ Constantinopolitani nepos, Michaelis Imperatoris temporibus, videretque fortasse historiã Dionis, qui annis circiter cccc. antè scripserat, negligi, quòd multis longissima esse videretur, hanc eius Epitomen fecit. An autem idẽ fecerit in superioribus libris Dionis, qui pertinebant ad id tempus, quo res publica populi Romani in nullius viri deuenerat potestatem, an a Popeio initium sumpserit, ut nunc habemus, mihi quidem non constat. In hoc autem maxime probãdus est Xiphilinus, quòd cum hæc Epitomen scriberet, atque ea, quæ nimia esse videbatur, refecaret, in cæteris à verbis, quibus Dion usus fuerat, non discessit: pauca enim adiecit de suo, ut Dionem ipsum magna ex parte, non Xiphilinum loqui putes. Itaque cum Xiphilinus hanc fidẽ Dion in Greco sermone præstiterit: mihi fuit elaborandum, ut cuius verba latine totidem verbis interpretari non poterã ab

eius sententia nusquam discederem. In primis autem il-
 lud egi. quoad facere potui, ut esset in hac Epitome lati-
 na sermo non ille quidem ornatus, sed tamen non abiectus,
 ne Gracæ ad intelligentiam historia magnopere deside-
 rares. quod plerisque video interpretibus contigisse, qui
 dum religioni verborum seruiunt, ut latina ad verbum
 de Gracis exprimant, ipsi latine sine Graco intelligi non
 possunt. Habet enim unusquisque sermo propria multa,
 que si quis velit, ita ut sunt, in alium transferre sermo-
 nem, obscurus est, qui non habent viriusque lingua scien-
 tiam. & insolens in verbis, ac odiosus sit necesse est. Nã
 (ut exempli causa dicam) si, quod Græci dicunt factum
 esse, $\omega\pi\alpha\rho\tau\eta\ \eta\mu\epsilon\rho\alpha\ \tau\omega\sigma\epsilon\iota\delta\omega\upsilon\sigma\iota$, id ego non dicam lati-
 ne Calendis Decembris esse factum, sed velim Gracos imi-
 tatus, primo die Decembris interpretari, videbor om-
 nino Latini sermonis ignarus atque insolense esse. Cum
 igitur sint multa eiusdem generis, nunquam putavi in
 hoc libro interpretando, si dicat Dion dedisse impera-
 torem $\pi\epsilon\psi\tau\epsilon\ \eta\sigma\alpha\ \epsilon\iota\kappa\omicron\sigma\iota\ \mu\upsilon\gamma\iota\alpha\delta\alpha\varsigma\ \delta\iota\omicron\alpha\chi\mu\omega\upsilon\varsigma$, latine me
 posse dicere xxv myriadas drachmarum, aut ccl
 millia drachmarum, sed potius aureorum decem mil-
 lia, communi consuetudine sermonis latini. Nam cum
 ipse Dion testis sit, in aureo esse drachmas xxv. & con-
 stet ex multis iuris consultorum responsis, aureos in nu-
 meranda summa pecunie maxime in vsu fuisse illis
 quidem temporibus, pro centum drachmis mihi dicen-
 dum esse quatuor aureos putari. Itemque in itineribus
 non dixi abesse aliquem ab urbe stadia cccc. sed pas-
 suum quinquaginta millia, complexus videlicet octo sta-
 dia in singulis millibus passuum, ne ab vsu latini sermo-
 nis discederem. Nam si Dion, cum de rebus Roma-
 nis scriberet Gracis hominibus, ipse Graco more locu-

tus est, dixitque drachmas & stadia, quò Graci facilius
 intelligerent, cur mihi de iisdem rebus Romanis tractã
 ti non liceret Romano more dicere, sanè non videbam.
 Et quanquam tibi Georgi eruditissime hanc rationem
 meam probari certo scio, tamen ut satisfacerem omni-
 bus, si forè hic liber perueniret in manus hominum, u-
 trūque semper in margine adscribendum curavi. Pra-
 terea ut nihil omnino prætermittam, quod dubitationē
 afferre queat, quoties dicitur ab eodem Dione, vel Xi-
 philino, θεατρον κωνσταντινου, id est theatrum vena-
 torium, ego amphitheatrum ponere malui, propterea
 quòd, ut idem Dion author est, ita proprio nomine ap-
 pellatum est illud, in quo venationes fiebant, quòd sedes
 absque scena unde quaque haberet. Reliquū est, ut cum
 omnia, quæ ad hunc Xiphilinum tuum pertinent, cogno-
 ueris: nunc quales fuerint oppressa republica principes
 populi Romani, mecum recognosceas. Multa verò hic
 inuenies, quæ aut non sunt tractata ab alijs scriptoribus,
 aut non tam latè fusè que explicata: & quòd mihi vide-
 tur esse maximum, omnia uilia, ut in Epitome, atque
 necessaria, scilicet inanibus rebus amputatis & circun-
 cisis. Nec ego nunc postulo, ut tu hanc translationem meã
 in lucem proferas, nondum enim talis est: tamē, cum or-
 natiore erit & limatiore, si, ut tibi consecrata est, ita appa-
 rebit in tuo nomine, non recuso. Illud peto, ut eam in
 tuam fidem recipias, meque perpetuò pro tua
 summa humanitate ames, & habeas in
 tuis. Vale, Roma VII.

Cal. Martias.

M. D. L.

EPI



EPITOME ROMANAE HISTO-
riae Dionis Nicæi de viginti quinque prin-
cipibus Romanis, & à Pompeio Ma-
gno, vsque ad Alexandrum Ma-
mææ filium, Ioanne Xiphi-
lino authore, & Guliel-
mo Blanco Albien-
si interpre-
te.

E DIONIS LIBRO XXXV.



VM Consules sortirentur, Horten-
sio, ut bellum gereret cum Cretensibus,
obuenit. Sed is vrbe delectatus, & foro,
in quo primum locum post Ciceronem
obtinebat, collega vltro exercitum ces-
sit, ipse in vrbe remansit. Metellus autem in Cretam
missus, totam insulam cepit: deinde est impediabatur
à Pompeio Magno, qui per id tempus habebat totius
maris imperium, & continentis, quæ non abesset à ma-
ri longius itinere trium dierum, tanquam insula ad
ipsam quoque spectarent, tamen eo inuito bellum Cre-
tense confecit, de quo triumphauit, & Creticus cognomi-
natus est. Iisdem temporibus L. Lucullus, cum Mithri-
datem, Tigranemque Armenium, reges Asia bello su-
perasset, & terga vertere coegisset, Tigranocerta obside-
bat. Sed eum grauibus incommodis affecere barbari,
non solum coniectis telis, sed etiam naphtha, quam tor-

Hortensius
vrbe magis
quam bello
delectatus.
Metellus in
Cretam mis-
sus.

L. Lucullus in
Asia res ge-
sit.
L. Lucullus.

Naphtha. mentis quibusdam emittebant. Est autem naphtha ex genere bituminis, usque adeo ardens, ut omnia, quibus adhærescit, prorsus exurat, nec ulla re humida facile restinguatur. Qua re Tigranes confusus, prope cum tantis copiis venit, ut Romanos, qui tum aderant presentes, irriserit. Itaque dixisse ferunt eos, si quidem ad bellum gerendum venissent, per paucos esse: si verò ut legatione fungerentur, permultos. Neque tamen diuturna affectus est voluptate. statim enim intellexit, quantum virtus & ars multitudini antecellat. Cum profugisset, milites inuentam eius iavam, vittasque L. Lucullo dederunt. Tigranes enim metuens, ne ex his agnitus caperetur, ea disciderat atque abiccerat. Captus Tigranocertis omnia dirupuit, mulieribus ab iniuria militum cōseruatis: quo facto earum viros, qui cū Tigra- ne fugiebāt, sibi deuinxit. Pacoro Parthorū regi, q̄ intellexerat eū Tigra- ni esse auxiliaturū, per literas minatus est. Sed is nec P. Romani amicus fuit, nec Armenio auxilia misit. Lucullus quoque Nisibin, quod erat oppidum Tigranis, cepit. Caterū est Lucullus sui rei militaris perisissimus, qui primus è ciuibus Romanis Taurum montem transitu belligerandi causa, qui duos potentissimos reges bello vicit, quiq̄ in Asia longissimè progressus est: tamen infidis ad omnia militibus est vsu, à quibus etiam ad extremum desertum est. Multa enim ipsis imperabat, parum erat affabilis, in primis acer in rerum gestarum rationibus reposcendus, inexorabilis in supplicijs, nesciebat aut molli oratione placare, aut muneribus quengquam sibi conciliare. Cuius rei argumēto est, quod Pompeius, cum eosdē milites postea recepisset, eos ne minimum quidem seditiosos habuit, tantum homo hemini præstat.

Tigranis de Romanorū exercitu diæterium.

Virtus excellit in bello multitudinem. Pacorus Parthorum rex. Nisibis.

DIONIS LIBER XXXVI.

Eodem tempore Romani bellum cum piratis gesserunt, quobello non minus quam villo alio sunt conturbati. Nam piratarum multitudo in mari exorta, iamque (quia populus Romanus in bellis gerendis occupabatur) securitatem nacta, ac supra modum aucta, non solum mare quam plurimis damnis classe vexabat, sed etiam continenter, in quam ingressa, vicos exurebat, atque urbes depulabatur. Postremo, quia propter eos mercatorum nauigatio conquescebat, in multis ciuitatibus, sed Romae praesertim ingens fames fuit. Nam piratae ad Ostiam usque nauigabant, naues exurebant, postremo cuncta rapinis vastabant. Contra hos populus Romanus classem comparat: huic classi Pompeium praeficit, eumque summum imperatorem deligit in triennium contra uoluntatem Senatus. Plebs intellecta patrum uoluntate, qui graueris iis, qui Pompeium delegissent, succenscebant, in eos, dum adhuc sederent, impetum facit, eosque, nisi de loco abiissent, oppressisset. Pompeius id imperium ficto sermone deprecabatur, cuius tamen eum auidentem constabat. Roscius perspecto plebis studio non audebat sententiam dicere, tamen porrecta manu inebat, ut duos viros deligerent, ut hac via diminueretur aliquid de Pompeii potestate. Dum haec manu significat, turba usque adeo graueis ac minaces clamores tollit, ut coruus, qui tum forte superuolabat, quasi fulmine consternatus ceciderit. (Uinque Catulus vnus ex optimatibus ita populum rogaret: Si Pompeius, inquit, ad certa pericula, qualia in certaminibus, praesertim maritimis, euenire solet, missus fuerit, quem virum ad res magis necessarias in eius locum sufficeris? Uniuersa multitudo vna voce conclamauit, Te. Itaque Pompeius imperium maris, insularum

Bellum cum
piratis.

Roscius.

Catulus.

Pompeius im

rum

perator cō-
tra piratas
delectus.
Stadia CC-
CC.

Pompeio-
polis.
Soli.

Cæsar popu-
laris.

Cicero trās
fuga.
Mithridates
vincitur.

rum, & continentis ad millia quinquaginta passuum à
supero mari accipit: accipit præterea legatos quinde-
cim, ac naues omnes, id Senatus inuitus confirmat. Par-
ta victoria ex piratis, eorum magnam curam gerit, tum
in primis ne rursus inopia coacti, eiusmodi scelera cō-
mittant. Quæ loca deserta esse videt, eis distribuit: præ-
terea vrbes dat, quæ hominibus ad habitandum egerent.
Igitur ab istis cum aliæ multæ habitatae sunt, tum ea,
quæ Pompeiopolis est appellata. Est autem vrbs in Cili-
cia maritima, quæ Tigranes de populatus fuerat, ea Soli
antea dicta est. Præclara certè sunt hæc Pompei facta,
& plena humanitatis. Post hæc Lucullo succedit: quan-
quam optimates etiã in hac causa resistunt: sed ei plebs
fauet, Cæsar, Cicerôq; opitulantur & causam eius agunt.
Id propterea faciunt, quod alter eorum plebem iam inde
à principio sequebatur & colebat: alter utriusque, modo
plebis, modo Senatus partes sustinebat, principatum in
Republica affectans: tum ostendebat siue cum plebe, siue
cum patribus se coniungeret, omnino se utrisque profutu-
rum: ex quo tamen transfiga esse dicebatur. Igitur Pom-
peius ducto in Asiam exercitu, Mithridatem noctur-
no pralio superat. Eum enim, quia pugnam detrectare
consueverat, in valle collibus circumdata, nocte obscura
inuadit, exercitu in locis superioribus collocato. Hic tu-
bicines simul omnes signum canere cœperunt: mox mili-
tes, ceteraque multitudo in cœteram clamorem edere: pars
scuta hastis, pars arma ex ære lapidibus percutere. Hu-
iusmodi sonitum concani montes recipere, receptumq;
reddere multo horribiliorem, ut cõ barbari vehementer
perterriti sint. Romani primum sagittis telisque prælia-
bantur: consumptis telis omnibus, in eos irruerunt. Qui
erant ad alas, cadebantur, ijsq; quod magna ex parte essent

lenit

leuis armatura, vnum ad necem vulnus satis erat. qui in ipsa acie consistebant, premelatur, propterea quod y, qui in alis erant, eo praetereuntes perfugiebant. Itaque Barbari neque sibi auxilio esse, neque in hostes quicquam moliri poterant. Mithridates cum paucis in Colchidæ profugit: inde ad Maotidem & Bosphorum peruenit, atque in ea regione, interfecto per insidias Machare filio, qui Romanis faucebat, regnavit. Pompeius urbem adificat in agro, in quo sibi victoriam peperit, in eaque saucios milites, & eos qui iam per aetatem bellum gerere non possent, habitare iubet. Huiusmodi Nicopolitæ appellati, legibus Cappadocum vtuntur. His rebus gestis, postquam transisset Araxem fluium, Artaxata oppidum cepit, Tigrane eius oppidi, sui que ipsius deditionem faciente. Is cum in castra Pompeij eques veniret, Pompeius eum ex equo descendere per lictorem iussit. Sed cum eum videret ingressum proiecto diademate ad terram accidisse, & adorare se, misericordia commotus accessit, hominem erigit, diademate coronat, in proxima sede collocat: denique consolatur, cum alijs verbis, tum in primis quod diceret eum non solum regnum Armeniorum non amisisse, sed etiam venisse in amicitiam populi Romani. Ipse in regione Tanaitide ad Cynnium fluium exercitum in tres partes diuiso hibernauit: ibi bello vicit Albanos, à quibus contemnebatur: quo in bello maximus eorum numerus trucidatus fuit.

Nicopolis.

Araxes.
Artaxata.
Tigranes.

Albani.

DIONIS LIB. XXXVII.

Eodemque modo Iheris, qui Caucasum incolit, vsus Phraates. Est Phraate Parthorum rege, qui ante amicitiam per litteras confirmauerat, insolentius vsus est, incussitque timorem, se etiam ei bellum illaturum. Is ad Pompeium rescribit, eumque grauius accusat, ac crimina nonnulla populo Romano obicit

Phraates.

obijcit. Quamobrem Pompeius affectus pudore, & obstupescens, consilio destitit. Itaque neque Tigrani, cui Parthi bellum inferebant, auxiliarius est, nec amplius contra Phraatem quicquam hostiliter admisit: ambobus tamen arbitros dedit, à quibus eorum dissidia componerentur: quibus utrinque admissis, ipsi omnem inter se controuersiam diremerunt. Reuersus ex Armenia, cum de rebus omnibus inter reges principesue, qui ipsum adiuuerat, ius dixisset, cumque alijs regna confirmasset, aliorum dominia auxisset, aliorum comminisset potentiam, Cœlesyriam & Phœnicem nuper regibus liberatas, atque ab Arabibus & Tigraue vastatas coniunxit. eas enim Antiochus quanquam est ausus repetere, tamen non obtinuit, sed in idem imperium coniuncta leges acceperunt, ita ut more populi Romani administrarentur. Dum hæc aguntur, corpus Mithridatis à Pharnace filio eius interfecti ad ipsum perfertur: id conspectum in monumentis maiorum sepeliri iubet. Arabibus absque labore subactis, in Syriam Palestinam proficiscitur, quod ij populi Phœnicæ populi essent. Apud eos rognabant Hyrcanus & Aristobolus fratres, qui de sui dei (quisquis ille est) sacerdotio (sic eorum regnum est appellatum) inter se dissidebant. Igitur Pompeius reliquos facilius deuicit. Sed Hyrcanum nihili facit, Aristobolum in vinculis habet, postquam is neque pecunias dat, neque arcem tradit, quorum utrunque deditio nem facies promiserat. Inde Hierosolyma obsidet: in cuius urbis obsidione vehementer laborat. quin etiam nisi Iudæi Saturni diebus ociofi omnino fuissent, nunquam urbem cepisset: sed illi, cum dies festos agerent, tradebant Romanis murum ab percutiendum: Romani, quoties dies huiusmodi redissent, fortissimè percutiebant. Itaque cum non resisterent ipso die Saturni, cuncti capti sunt: dein

Mithridates à filio occisus.
Syria Palæstina.
Hyrcanus.
Aristobolus.

Hierosolyma capta.

omni

omni pecunia direpta, ac regno Hyrcano reddito, Aristobulus captiuus abducitur. Ceterum Iudæis unde id nomen esse cœpit, equidem nescio, quod nomen tamen latissime patet, nam ad ceteros quoq; homines spectat, qui etsi alterius nationis sunt, tamen legem eorum imitantur. Fuit hæc gens à Romanis sæpenumero imminuta, ita tamen creuit, ut legem sua libertate vicerit. Iudæi distincti sunt à ceteris gentibus, cum in omnibus ferè rebus, quæ ad viuendi ritum pertinent, tum maxime, quod aliorum deos omnes negligunt, vnus quidam est, cui soli amplissimos & maximos honores habet. Simulacrum Hierosolymis nunquam habuerunt, sed ei Deo, cuius nomen dici non posse, quemque forma vacare arbitrantur, magnificè præter ceteros homines, religiosè que seruiunt. Huic etiam templum amplissimum atque pulcherrimum, nisi quòd vastum & sine tecto erat, edificauerunt, diemque, qui Saturni nomen habet, consecrauerunt: cui dies cum alia multa ab illis propriè sunt attributa, tum id potissimum, quòd eo die negotia nullo pacto tractant. Hæc sunt, quæ ad huc deum pertinere vidètur. Quis autè ipse sit, aut unde in tanto honore fuerit, & quemadmodum eum colant, cum à multis antea dictum est, tum nihil ad presentem historiam facit. Quòd verò ex stellis septem, quæ Græcis planctæ, Latinis errantes dicuntur, diè dispositi sunt: primum est ab Aegyptiis constitutum, deinde ad reliquas gentes emanauit, nec olim id quidem, (ut ego arbitror) cum id nullo modo fuerit, quod sciam, à veteribus Græcis intellectum. Sed quoniam his temporibus & ceterarum gentium, & ciuium Romanorum ita proprium est, ut in cuiusque patria quodam modo natum esse videatur, placet de hac re, quæ admodum acciderit, paucis describere. Cuius quidè rei duplex est ratio, nec ea difficilis, si quis

Iudæi

Templum
Iudæorum.

Dièrũ ordo.

si quis animaduertat diligentius. Nam si quis eam harmoniã, quæ Διά τεταρτάων appellata est, qua totius musica fundamentũ contineri veteres crediderunt, ad eas stellæ retulerit, quibus vniuersus cœli ornatus variatus ac diuisus est, & ad eum ordinẽ, quo singulæ earũ mouentur: deinde sumpto principio ab extremo orbe Saturni, proximis duob. relictis, quarti orbis principẽ numerauerit: post duobus alijs prætermissis, ad septimum peruenerit. eodẽmque modo easdem stellæ, earũque principes deos percurrẽdo ad dies applicauerit, eos omnes inueniet musica ratione quodam modo cum cœli ornatu conuenire. Atque hæc quidem ratio sic se habet. Altera est huiusmodi. Horas diei noctisque omnes recense, ita tamen, ut Saturnus primum locum teneat, alterum Iupiter, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius sextum, Luna septimum: nam hunc esse ordinem orbium Egyptij arbitrantur. Id si facies, quatuor & viginti horis connumeratis, reperies primam horam diei sequentis Soli tribui. Rursum si in ysdẽ xxiiij. horis supradicta ratione perges, Luna primã horam diei tercij assignabis. Postremò si reliquos persequere, vnusquisque dies sibi proprios deos habebit & accommodatos. Igitur hæc in hũc modũ tradita sunt. Ceterũ ex reb. à Pompeio gestis, magnã partẽ earum, etsi præclaræ sunt, quas nullus ex veteribus Romanis adæquauit, tamẽ fortuna tribuere, & militibus fortasse aliquis potest. Hoc verũ omnium rerũ est maximum atque pulcherrimũ, quòd cum posset totius Italia imperio potiri, Romæq; propter amplissimam potentiam, quam habebat, solus regnare, id noluit: sed statim ut Brundusiuũ venit, exercitũ dimisit, nihil plebe aut Senatu de eo decernente. Parta victoria, trophæa singularum rerum abs se gestarum in pom-

Saturnus.
Iupiter.
Mars.
Sol.
Venus.
Mercurius.
Luna.

pam triumphum misit, quorum unum erat clarum & ornatum in primis, cui ascriptum erat, orbis terrarum esse. *Iisdem temporibus Iulius Cæsar, & M. Cato florere cœperunt. Cæsar popularis & assentator civis esse, & Pompeio favere, quem tamen non diligebat: sed quoniam ei clam infestus erat, propter honorum multitudinem in odium plebis traherat. Cato sæpe Pompeio aduersari: nam Catoni mortalis nullus admirationi fuit: Rempublicam præter ceteros charam habere, ei que, quicquid supra modum excellebat, odio esse, propter suspicionem potestatis: si quid plebeium erat, idcirco (quia erat imbecillum) charum esse: denique de rebus iustis etiam periculo imminente liberè loqui. Porro multis partibus historiae prætermittis, quæ valdè sunt ab his temporibus alienæ: præsertim cum noui nihil afferant, aut vilitatis, id unum dicendum videtur, fuisse patefacta à Cicerone (consule, coniuratione Catilinae, quæ ad Reipublicam perniciem spectabat, & coniuratis omnibus, qui capti fuerant, supplicio affectis, Aulum quendam Fulvium Senatorem à patre suo interfectum. Cæsari autem facinus aliquod præclarum facere semper cupienti, cum Lusitaniæ præesset, equus fissis ungulis anteriorum pedum natus est. Is equus ferox & elatus Cæsarem vehebat, sessorem præterea admittebat neminè. Ex eo Cæsar in maximam spem venit.*

M. Cato.
Cæsar.

Aulus Fulvius à patre suo occisus.
Equus Cæsaris.

DIONIS LIBER XXXVIII.

Consulque cum esset, reuersus ex Lusitania, leges populares tulit. *Qua in re perterritis ceteris omnibus, coactisque tacere, vi & grauitate orationis, ei Cato per se solus obstitit, quem iam ex ipsa Curia abstractum Cæsar in carcerem erat coniecturus. Sed dum Cato se æquo animo deduci patitur, consequunturque permulti,*

Cato in carcerem.

quorū unus *M. Petronius* à *Casare* increpatus, quōd
Senatu nondū dimisso abiret, *Malo* (inquit) in carcerem
 cum *Catone*, quā hīc esse tecum: pudore affectus, *Cato*
 nem dimisit: *Ciceroni* verò, à quo multis conicijs fuerat
 lacessitus, ne respōdit quidem, quippe natura mitis erat,
 nec admodum iracundus. *Clodium* tamen in ipsum cō-
 citavit, ac per eum, ut *Roma* exulareret, fecit. Itaque *Ci-*
ceronis bona publicata, edes disturbata, ipse procul ab
 urbe expulsus est, millia passuum circiter quadringen-
 ta septuaginta. Id quidem in *Casare* fuit, ut qui ipsi in-
 gocium facerent, eos propter magnitudinem animi de-
 spicere simularet, sed per alios sine ulla suspitione inimi-
 cos ulcisceretur. *Ciceronem* fugientem in *Macedonia*
Philiscus, qui ei iam inde *Athenis* fuerat familiaris,
 verbis philosophicis consolatus est. Sed is non multo tem-
 pore post studio & diligentia *Pompeii* *Romam* reuertitur.
Casarem res præclare gesta in *Gallia*, cuius admini-
 strationem in quinquenniū sortitus fuerat, mirifice ex-
 tulerunt. Nam etsi barbari multitudine & magnitudi-
 ne *Romanis* antecellebant, tamen *Romani* belli scientia
 atque armis superiores erant. Quinetiam quæ cōtra fe-
 rocem animum & temerarium impetum *Gallorum* op-
 poneretur, prudētia *Casaris* inuenta est. Etenim eos tot
 prælijs superauerat, tantamq; eorū multitudinem op-
 presserat, ut cū *Romani* tot gentes, quarum ne nomina
 quidem antea sciebāt, ab eo debellatas esse intelligerent,
 ob eam rem dies xv, quod antè factum non fuerat, sa-
 crificauerint.

DIONIS LIBER XXXIX.

Ptolomæus. **I**isdem temporibus *Ptolomæus* rex *Aegypti*, post quā
Aegyptij contra eum rebellassent, quōd ipsis vi magis
 quā iure imperaret, *Romam* persugit, ubi muneribus

bus alliciebat potentissimos quosque, ut à populo Romano in regnum suum restitueretur. Miserunt præterea Ægyptij Romanos legatos centum, ad regem accusandum, quos ille omnes potuit venenis per insidias necare. Id scelus populo Romano gravissimum est visum. Sed & Dionem, qui eius legationis principem locum obtinebat, à quo constabat eum accusatum iri, pariter interfecit. Cuius sceleris ideò nullas pœnas dedit, quòd Pompeius eum domum suam receperat, atque multis modis adinuabat. tantum Romæ per id tempus poterat largitio. Cyprus insula in regno Ptolomei tum primum in populi Romani potestatem venit. Eadem tempestate Pompeius theatrum, quod nunc percelebre est, edificavit, in quo leones quingenti diebus quinque absumpti sunt: præterea elephanti decem & octo cum armatis hominibus certauerunt, quorum pars statim, pars non multo post interijt. nam eorum populus misertus est contra Pompeij voluntatem: propterea quòd saucij non solum certandi finem fecerunt, sed etiam lugubri voce missa circumeuntes rostra sua in cœlum intendebant. Ferunt ab hoc genere animalium non modo patriam linguam, sed ea quoque, quæ in cœlo sũt, intelligi. Itaque nova Luna, priusquam ea veniat in hominum conspectum, ad aquam limpidam proficiscuntur, ubi se abluunt. Accepi præterea id theatrum non esse à Pompeio, sed à Demetrio liberto eius ex pecunia, quam cum eo militando quaesierat, edificatum: sed Pompeium id sibi vindicasse, ne propterea male audiret, quæd libertus eius tam magnam pecuniam conflasset, ut tantos sumptus potuisset sustinere. Cæsar primus Romanorum Rhenum transijt, deinde in Britanniam profectus est, Pompeio & Crasso cõ-

Theatrum
Pompeij.
De elephan-
tis.

Demetrius,

Britannia,

Stadia
CCCC.

fulibus. Ea regio minimum abest à continenti Celtica, ab ea parte, qua Morini sunt, millia passuum quinquaginta sex. porrectaque in pelagus ad reliquam Galliam pertinet, & Hispaniam ferè omnem; qua regio an esset, omnino à veteribus tum Græcis tum Romanis est ignoratum: nouis verò, esset ne continens, an insula, in dubitationem venit. Itaque scripsere permulti in utramque sententiã, qui propterea nihil certi habebant, quòd neq; vidissent ipsi, neque ab eius regionis hominibus audiuissent: sed ut ocio & studio abundabant, ita coniecturam faciebant. Progrediente verò tempore antea quidem Agricole propratoris, modo autem Seueri imperatoris temporibus insulam esse, certò compertū est. Igitur Cæsar in Britanniam profectus, rebus non plane gestis ex animi sententiã & acceptis à Britannis obsidibus paucioribus quàm putabat, in Galliam reuertit, quòd audiverat Gallos res novas moliri. Eadem tempestate Tiberis siue immensis imbribus de cælo, siue nimio vento fluxum eius in mare arcente, subito in planicie urbis inuadavit, adesq; multas deiecit, ac multos mortales perdidit.

Tiberis stagnavit.

DIONIS LIBER XL.

Cæsar iterum in Britanniam. Syria Crasso, Hispania Pópeio, & Gallia Cæsari.

Zeugma. Aquila.

Cæsar iterum traiecit in Britanniam, vicit bello Barbaros, usq; tributis imperatis, & obsidibus acceptis, in Galliam reuersus est ad bellum gerendum. Porro ut Cæsar Gallias, ita Crassus & Pompeius sortiti fuerant, vel potius occupauerant, ille Syriã, hic Hispaniã. Dum Pompeius ducibus belli in Hispaniam missis Roma sedet, populique fauorem captat, Crassus in Parthos studio & cupiditate pecunie quærendæ exercitum ducit, quanuis ei prodigia ad Zeugma iuxta Euphratem (sic enim is locus à transitu Alexandri dictus est) parum prosperè euenerunt. Nam aquila aurea (sic enim

enim appellatur ea, quæ facellum habet perexiguum, in quo collocata est, quæ longissima hæste affixa gestatur in omnibus exercitiis ex delectu comparatis: cuius quidem hæste pars inferior peracuta est, ita ut possit in terram desigi) ea inquam aquila cum Crasso Euphraten transire noluit, sed terræ perinde adharebat, atque si in ea nata fuisset, donec eam multitudo, quæ circumstabat, conuulsit, ipsaque vi consequuta est. Præterea pons, antequam omnes transissent, fractus est. Quibus rebus cum milites animos demitterent, eos Crassus consolabatur his verbis. Boni animo este (inquit) o viri: vobis enim iuro, neminem vestrum hac esse reuersurum, nam redire per Armeniam cogito. Milites his verbis, quod ea via iurasset neminem reuersurum, multo magis conciderunt. Parthi, qui olim sub imperio Persarum in exigua regionis parte habitabant, neque magnam admodum potentiam fuerant adepti, postquam labefactato Persarum imperio res Macedonum floruerunt, deinde successores Alexandri multis magnisque inter se seditionibus debilitari & frangi cœperunt, primum duce quodam Arsaco, à quo reges eorum deinceps sunt Arsacidae nominati, in medium prodierunt: atque Asia potiti, eam per satrapas retinuerunt. Sunt omnes equites sagittarij, ad quam rem plurimum eis confert cœli regionisque opportunitas. nam cœlum, quod in primis siccum est, nervos arcuum intentos facit: regio verò tota plana est, & ob eam rem equis accommodata. Hi populi Romanis infesti sunt: itaque Crassus contra eos, atque eorum regem Orodem exercitum duxit. Ibi ipse cum Crasso filio, cunctoque ferè populi Romani exercitu interijt. Parthi quoque, auro in os Crassi infuso, hominem irriserunt. Erat enim Crassus usque adeo dives, & pecunia cu-

De Parthis.

Vnde Arsacidae.

Orodes rex

C. Cassius
Longinus.

pidus, ut eorum veluti pauperum misereretur, qui suis redditibus exercitum Romanum alere non possent. Inde Parthi cum iam Antiochiam usque venissent, atque omnia, quae obviam facta essent, occuparet, à C. Cassio Longino repulsi, domum reuerterunt. Hunc exitum Crassus contra Parthos habuit, cuius calamitatis acerbitas propter magnitudinem memoria hominum commendabitur sempiterna.

DIONIS LIBER XLI.

Causa bel-
lorum ciui-
lium.

Hoc praelio factò, bella ciuilia maxima atque durissima Romanis extiterunt, Pompeio & Casare dispendentibus: quorum bellorum multe causa feruntur: sed certissima causa fuit primarum partium, & dominanda cupiditas. Pompeius enim etsi antea Casarem auxerat, tamen eius fortuna & gloria postea cepit inuidere: atque cum initio potentiam eius impedire clam studuisset, deinde grauitè & aperte se inimicum ostendit. Caesar, qui nihil de dignitate sua detrahi patiebatur, qui que potius omnium maximus esse cupiebat, relicta Gallia, Romam contendit, scilicet imparatum adhuc Pompeium offensurus. Caesar enim propter belli apparatus, militesque tanto tempore in bellis Gallicis exercitatos, & tot victorijs exultantes, ac donis eius promissisq; permotos, paratissimus erat. Ex quo factum est, ut Pompeius Roma decesserit, & paulo post Italia se scilicet habebat Senatum ferè omnem, atque pecuniam. Itaque qui Romae remansisset, quamuis non esset parium Caesaris, eum tamen aequè hostem iudicauit. Cum Dyrrachium venisset, conuocatis socijs, milites exercebat. Igitur per id tempus multa ab optimis & potentissimis viris praclare gesta ac dicta fuerunt. Sed quia summa rerum

rerum omnium ad Casarem & Pompeium venerat, horum, quia summam rerum scribimus, facimus mentionem. Caesar à Lepido, qui postea fuit in triumphatu, Dictator dictus est: quo magistratu suscepto, ultro se statim abdicavit: quamvis eius factis perinde atque Pompeius uteretur, nam uterque, quod paratos exercitius haberent, omnia pro libidine ac voluntate faciebant. Caesar, cum ei pecunia opus esset, donaria ceteraque omnia ex Capitolio abstulit. Cumque Fortuna sacrificaret, taurus priusquam feriretur, extra urbem projectus, ad lacum quendam peruenit, eumque enatauit. Quo facto aruspices Casari, si Roma remaneret, exitium: si mare transiret, salutem ac victoriam fore praedixerunt. His rebus confusus Caesar, contra Pompeium exercitum duxit. Quo iam profecto, pueri in urbe in duas partes sua sponte distributi, ac partim Pompeiani, partim Casariani nuncupati, absque armis quodammodo certauerunt: tandem vero, qui nomen à Casare habebant, victoriam reportauerunt. Caesar, cum ignorante Bibulo, cui maris praesidia commissa fuerant, transisset Apolloniam, & alia loca finitima Pompei praesidijs destituta occupauit. Ea regio in pulcherrima terre parte maris ac fluminum sita est. Sed id omnium maximè admiratus sum, quod cum magna copia ignis ad superum flumen existat, tamen ad proximam terram non valde diffunditur, sed neque eam, in qua est, adurit, aut facit aridior: quin etiam herbas, ac virides arbores proximè habet, augetur imbribus, & sublimè tollitur. Caesar cunctante Antonio, cui mādaturum erat, eos qui Brundusij remanserant, adducere, solus nauigare in Italiam constituit: & tanquam aliquis alius nauiculam conscen-

Cæsar dicitur Dictator.

Apollonia.

dit, seque à Cesare missum esse dixit, ac gubernatorem etiam aduerso vento soluere coegit. Iam procul à terra nauigabant, cum ventus vehementer urgere, & tempestas eos grauiter conturbare coepit. Quam obrem cum gubernator inuito Cesare regredi conaretur, Caesar se quis esset, patefecit, tanquam esset ex eo vim tempestatis placaturus: Bono animo es, inquit, nam Cesare uehis: iam magno enim animo erat, atque in tantam spem venerat, siue ex uatum predictionibus, siue alia ratione, ut prater ea que uiderentur, faceret idoneam fidem salutis: tamen nihilo magis transijt. Pompeius sperans se cum, priusquam cum Antonij copijs coniungeretur, facile confecturum, in Apolloniam cum exercitu properauit, atque Apsum flumen, ad quod erant castra Caesaris, transire conatus est: sed pote grauitate oneris collapso, caesaque parte militum, qui iam pertransierant, à suis destituta, idcirco animum despondit, quod ei statim in ipso belli principio, male successisset. Dum ea geruntur, uenit Antonius: itaque Pompeius timens, Dyrrachium confugit, nam Brundisio excedere, quousque Bibulus uixit, Antonius ausus non erat: sed postquam Bibulus multis laboribus defatigatus mori obijt, & Libo dux praefectusque classis factus est, Antonius hominem contempserit, atque inde soluit. Dyrrachium erat ἐπίδρυον & Κορκυρῆσιον, quo nomine à Romanis propter scopulorum difficultatem quidam appellatum ferunt. Nam cum dani appellatio Latinorum lingua magni incommodi significationem habeat, ipsis, ut possent eò transire, mali ominis esse uidebatur. Igitur Pompeius, postquam Dyrrachium confugit, extra oppidum castra locat, eaque profundis fossis, & magnis argeribus munit: ibi persaepe, sed tamen nullo magno numero pugnatum est. Caesar Dyrrachium spe deditiois inter paludes atque ipsum ma-

Bibulus.
Libo.

Dyrrachium.

re nocte adortus, in loca angusta venit, sed inde multi
 antè à tergoq; irruunt, qui nauibus vecti repente eum
 inuadunt: itaque permultis suorum amissis quin ibi in-
 teriret, parum absuit: mox inde in Thessaliam prope-
 rauit. Pompeius tanquam confecto iam bello Impera-
 toris nomen accepit, etsi nihil propterea agebat inso-
 lenter, atque postea Casarem insecutus, in Thessaliam
 peruenit. Hic cœpere exercitus conferrî. Pompeius ne-
 mini secundus, Casar omnium primus esse cupere: am-
 bo, qui duces essent, & victoriam obtinerent, dignissimi,
 rei que militaris supra omnes homines periti. Pompeius
 Africa, Sertorio, Mithridate, Tigraue, ac maritimis
 victorijs fretus erat: Casar de Gallia, Hispania, Rhe-
 no, Britannia gloriabatur. Cum iam utring; irruptio
 facta esset propter utriusque appetitum dominandi, atq;
 eiusdem gentis homines inter se consurgerent, res erat mi-
 serabilis & calamitosa, eodem tempore aduersarios agno-
 scere, mox sauciare: vocare ad se, deinde occidere: simul
 patrie mentionem facere, & spoliare: multa etiam ipsis
 intersectoribus, quæ domum referrent, mandare. Pom-
 peiani videbantur equitatu & sagittis superiores esse,
 itaque eminus contra eos, quos intercludebant, repente
 iaculari & conturbare, mox regredi, deinde eos iterum
 atque iterum inuadere, locis sæpenumero huc & illuc
 commutatis. Casariani hæc obseruare, suos ordines con-
 uertere, deinde iaculâtib; occurrere, ac cum proprijs
 accessissent, viros equosq; capere, postremò alacriter pu-
 gnare. Nam pedites leuis armatura ob eam rem erant
 vnâ cum equitibus instructi. Id non semel, vt suprâ di-
 xi, sed simul sæpe in varijs locis gerebatur. Igitur cum
 illi eminus, hi cominus pugnarent, cumque percuterent
 alij, alij percuterentur, hi fugerent, illi insequerentur,

Punga Phas
 salica.

multa pedestres equestresque pugnae esse videbantur. Dum haec geruntur, multa praeter opinionem acciderunt. Qui alterum fugasset, mox ipse terga vertebat: qui fugisset, statim aggrediebatur: percussisset aliquis, ipse sauciebatur: lapsus erat, stantem occidebat: plerique etiam nullo accepto vulnere moriebantur: multi vix semiuiui alios interficiebant: letabantur alij & canebant, alij moerebant & lamentabantur: omnia clamore gemitibusque complebantur. Tandem cum utriusque equo Marte pugnatum esset, Pompeius, quippe qui magnam partem exercitus Asiaticam, & minus exercitatum habebat, victus est. Id illi antea fuerat diuinitus significatum, quod fulmina de caelo in castra eim cecidissent, apesque militaribus signis infedissent. Caesar equitibus & Senatoribus captus perhumaniter est visus: quinetiam literas inuentas in scrinijs Pompeij, quibus multorum erga illum benevolentia, atque odium in Caesarem significabatur, neque legit, neque descripsit, sed eas statim igni combussit, ne is fortasse commotus, grauius aliquid committere cogeretur. quae moerem per multos sibi deuinxit. Pompeius, quod se superiorem fore Caesare speraret, ea, quae sibi magno vsui futura erat, non prouidit: neque enim castra in idoneis locis collocauerat, neque quod victus perfugeret, constituerat. Deinde, cum posset sine periculo cunctando rerum potiri, tamen sua sponte, tanquam esset omnino victor futurus, sine coactus a suis, conflixit. Itaque repente victus, grauius perterritus est, ut nec consilium ullum opportunum, aut spem firmam in periculis habuerit, nam metus tempore rati omnis & consilium deest: quibus rebus si quis ante annum suum praemunerit, metum omnem superare egregie potest: sin minus, facile vinci. Itaque relicto munito loco

Humanitas
 Caesaris.

Fractus animo Pompeius.

loco, in *Egyptum* profectus ibi per insidias obrucatus est. Post id facinus *Egyptij*, quod antè minime voluerat, *Cleopatra* imperio subiecti sunt: deinde venerunt in ditionem populi *Romani*. Placet enim eiusmodi facinorum scelestorum vindictam, etiam præter rationem hystoria, rebus ipsis gestis annectere.

I V L I V S C A E S A R.



POMPEIVS potentissimus Romanorum est habitus, ita ut *Agamemnon*, quod ipse quoque mille nauibus imperasset, vocatur. Is ipsa octava die, qua olim de *Mithridate* & piratis triumphauerat, occisus est. Id verò multo magis est admirandum,

quod cum *Cassius* omnes ciues Romanos ex aliquo responso suspectos haberet, ei nullus eorum unquam insidias parauit: sed apud montem, cui *Cassius* nomen erat, mortem obiit, in eoque sepultus est. *Cæsari* verò omnia adeo prosperè succedebant, ut cum in *Hellepontum* cum nauicula traiceret, inciderit in classem *Pompeij*: qua ex re non solum nullum damnum sustinuit, sed eos quoque perterrefactos in suam potestatem redegit. Is in *Egyptum* proficiscens, ut vidit allatum ad se caput *Pompeij*, collachrymauit: qui tamen huius inanis & fictæ simulationis causa ridiculus erat. Nam cum iam inde initio dominationem expeteret, eum se desiderare, eiusque mortem grauiter ferre simulabat, quem olim non secus oderat, quam aduersarium & hostem: qui etiam

Cæsar in *Hellespontum*.

Cæsar viso capite *Pompeij* fleuit.

Calvinus.
Athenienses
deditio-
nem
fecerunt.

Annulus
Pompeij.
Cleopatra.

etiam ob nullam aliam causam in *Aegyptum* festina-
uerat, quam ut eum, si quo pacto consequi posset, confice-
ret. Cum autem opera *Calvini* legati *Athenas* cepisset
(nam ea ultro post mortem *Pompeij* *Cæsari* deditio-
nem fecerant) omnes *Athenienses* impunitos reliquit: hoc
unum inquam, eos cum multa deliquissent, à mortuis
conseruari. Annulum *Pompeij*, in quo, quæadmodum
in *Syllæ* annulo trophæa tria insculpta erant, *Romam*
misit, quo mortuum iam esse *Pompeium* *Romanis* per-
suaderet. Ipse interim captus amore *Cleopatræ*, in *Egy-
pto* commorabatur. nam ita libidinosis amorem serue-
bat, ut cum alijs quam plurimis mulieribus, in quas in-
cidisset, consuetudinem haberet. *Cleopatra* autem pul-
cherrima fuit, tum verò flore ætatis & faciendia omnibus
prestabat, eratque apud omnes, cum quibus versabatur,
gratiosa. Ea fortè, cum per id tempus cum fratre suo dis-
sideret, ac primum apud *Cæsarem* per amicos causam
ageret, deinde verò ab illis se prodi confirmaret, ipsa
suam causam agere instituit: quam ubi vidit, & dicen-
tem audiuit *Cæsar*, statim captus est, moxque *Ptole-
mæum* accersiri iussit, ab eaque magis stare, quam viri-
que index æquus esse cœpit. Itaque adolescens cum ob hoc,
tum postquam intus sororem de improviso cõspexit, exi-
luit ira concitatus: congregatæque iam hominum multi-
tudo, prodi se vociferabatur. Eo die *Cæsar* *Aegyptio-
rum* tumultu vix reprimere, aut eos sibi reconciliare po-
tuit. quin etiam paulo post, cum non haberet apud se mi-
lites (nam eos dimiserat in diuersas partes *Syriæ*, quasi
ipsorum opera minus indigeret) in maximè periculum
atque discrimen venit: propterea quòd ipsum *Achil-
las* dux *Aegyptiorum* inuasit. Cùmque aliquando *Cæ-
sar* introisset in urbem *Pharum*, atque eius urbis ha-
bita

Achillas.

bitatores interfecisset, re animaduversa *Aegyptij*, qui continentem incolabant, factis pontibus auxilio suis venerunt: casisque frequentibus Romanis, reliquos ad naues compulerunt: quorum magna pars in mare prolapsa est, & *Cæsar* ipse grauiter affectus. Oberant ei in primis vestimenta: nam quod purpurea essent, in eum *Aegyptij* facile iaculabantur: sed is positus vestimentis enatauit, post nauiculam conscendit, itaque saluus euasit, literis, quas nando in sinistra manu gerebant, ab aqua iniuria conseruatis. Huius vestem *Aegyptij* suspenderrunt in trophæo, quod statuerant. Verum ubi milites conuenerunt, ipse *Aegyptum* in suam ditionē potestatemque redegit, deditque *Cleopatra*, cuius causa bellum gesserat. Ex *Aegypto* profectus ad *Pharnacem* *Mithridatis* filium, qui *Pontum* sibi vëdicabat, eum, quo die aggressus est, superauit, deinde in *Italiam* venit. Fuit *Cæsar* diligens in pecunijs faciendis. Quippe potentiam duabus rebus, pecunia scilicet, & militibus parari, conseruari, atque auferri dicebat, eaque sese mutuo cōsequi: exercitum comeatu retineri: rursus commeatum armis comparari: idque non tantum dicebat, sed etiam sentiebat. Cum *Rome* esset, milites ex *Cāpania*, ubi erant, ut inde in *Aphricam* traicerent, *Romam* nemini obuioparcentes venerunt: quorum aduentum ut *Cæsar* intellexit, statuit contra eos mittere *Pretorianas* cohortes: sed veritus, ne illa etiam aliquid seditiose molirëtur, continuit se, tantum ad eos iam in suburbia ingressos, paucos obuiam misit, qui rogarent, quid vellent, & quamobrem venissent. Qui cum *Cæsari* se dicturos respondissent, eos ipse inermes venire, enses solos gestare (neque enim deposuissent) ita in urbem ingredi passus est. Hic cæpere milites vehementer instare, ut se missos faceret:

Cæsar nando euasit.

Seditio militum.

simul

simul ostendere, se magnos labores sustinuisse, nec dumta-
 men ea qua sperauerant, fuisse consequutos. Id milites do-
 cebant, non quod uellent priuatam & quietam uitam ag-
 re, sed quod existimarent his uerbis, Casare perterri-
 to, se omnia ex animi sententia consecuturos. At Ca-
 sar contra omnium expectationem, Vos uero, inquit,
 recte. Itaque statim omnes tanquam amplius nullo us-
 forent, dimisit: denique datis postremis muneribus,
 promisit eis, qui per legitimum tempus militassent, ea
 qua dari consueuerunt. Tum ceperunt milites obstupefa-
 cti consilium mutare, seque in posterum strenuos mili-
 tes fore polliceri. Is negare se illorum opera indigere,
 idque astute: valde enim indigebat, illi Casarem uel-
 menter rogare, ab eoque, quod tumultuati essent, ue-
 niam petere: qua ad extremum data, ac ferocissimi
 quibusque militibus dimissis, ceteris usus est. Porro tu-
 multuosos & seditiosos milites, nactus occasionem in be-
 lis consumebat, atque hostes per eos conficiebat. Post haec
 consueta celeritate, qua multa prospere gerebat, hyema
 in Aphricam transmisit. Cumque e nauis egrederetur,
 forte euenit, ut in terram caderet: quem ut milites con-
 spexerunt pronum cecidisse, ipsi quoque animis con-
 cederunt, atque grauius ferentes, tumultuati sunt. Casar
 ne dubitauit quidem, sed porrecta manu, quasi de india-
 stria cecidisset, terram apprehendit: dein eam osculatus,
 Teneo te (inquit) Aphrica. Eo tempore Cato &
 Scipio Aphricam obtinebant, cum quibus Iuba Lybia
 erat societate coniunctus. Cato prudentia, iusticiaque
 antecellebat: Scipio nobilitate generis, & dignitate su-
 perior erat. idcirco Catone concedente exercitui impe-
 rabat: quo tandem a Casare superato, Iuba ita metu
 percussus est, ut iam desperata salute cum Petreiole-
 gati

Teneo te
 Aphrica.

Mors Iubae
 & Petreij.

gato Scipionis, qui & ipse rebus suis diffidebat, in certamen venerit, eo animo, ut in eo uterque moreretur. Caesar quendam nomine Sallustium, qui fortè tum apud ipsum erat, à quo etiam de iisdem rebus historia conscripta est, Africæ verbo quidem, ut præesset, iussit, re autem ut diriperet & expilaret, idque fecit. Nam etsi multa contra expilatores prouinciarum scripsit, tamen constat eum aliter fecisse, nec non grauius accusatum, tandem impunitum à Cesare relictum esse, licet se ipse in historia satis infamauerit. Post hanc victoriam Romani ad gratiam Caesaris, quem ut antea semper metuebant, multa decreuerunt: eumque super aream statuam orbis terrarum collocatum, Semideum esse subscripserunt. Cum autem continuis quatuor diebus triumpharet de Gallis, Ægypto, Pharnace, Iuba, atque Arsinoe reginam Ægypti inter captiuos duceret, dū eum propter magnitudinem & multitudinem rerum gestarum ceteri admirabatur, soli milites irridebant: amorem Cleopatræ, & consuetudinem, quam puer cum Nicomede rege Bithyniæ habuerat, exprobrabant. itaque canebant, Caesar Gallias subegit, Nicomedes Casarem. Post hæc frequentes clamabant: Si rectè facies Caesar, punieris. sin male, regnabis. Quibus verbis significabant, Casarem, si libertatem patriæ redderet, quod ipsi iustum existimabant, supplicio affectum iri, quia contra leges fecisset: si verò dominari pergeret, ut instituerat, quod factum improbi ciuis erat, tum demū imperaturum. Caesar ut non molestè ferebat, cum ei amorem Cleopatræ obijcerent, ita calumnias de Nicomede iniquo animo patiebatur. quod factum cum adhibito etiam iureiurando negaret, magis irridebatur. Postremo supplicatio

Sallustius.

Cæsar Gallias subegit,
Nicomedes Casarem.

Theatrum.
Amphithea-
trum.
De Camelo
pardali.

Nauua-
xia.

Troia.

plicationis die relicta plebe in forum suum introijt cri-
pidatus, & varijs floribus coronatus: inde comitate vni-
uerso ferè populo, atque multis elephantis faces gestan-
tibus, domum deductus est. Post deinde multa & varij
generis spectacula edidit, theatro ad venationem extra-
cto: id postea amphitheatrum appellatum est, quòd sedes
absque scena vnde quaque haberet. Planè de reliquo ge-
nere animantium acurate differere longum esset: de Ca-
melo pardali dicendum videtur, que bellua tum pro-
ximè Romam venit. Ea, quòd quidem ad reliqua spe-
ctat, camelus est, nisi quòd membra sine proportione ha-
bet: sunt enim posteriora paulo humiliora, ut si à natibus
incipias, paulatim altior esse, & quasi ascendere videtur:
atque ita cum sit, corpus ad anteriora crura & cer-
uicem ad iustam altitudinem extendit. Color est veluti
pardalis variatus, idcirco commune utriusque nomen
habet. In his certaminibus cum alij multi certauerunt
inter se, tum nonnulli ab elephantis quadraginta pug-
nauerunt. Postremò nauale prelium non in mari, sed
in terra fecit, loco in campo Martio defosso, immissaque
aqua, ac nauibus introductis. Pugnaverunt captiui
multi, & qui erant rerum capitalium damnati. Fuit
quoque equestris ludus, cui Troia nomen est, à puero
nobilissimis antiquo more paratus, cum quibus iuueni-
tudem nobilissimi ex curribus certauerunt. Hominum
interfectorum Caesar magnam culpam sustinuit, quòd
non dum sanguine satiatus aut expletus videretur: mul-
to verò maiorem, quòd infinitam pecuniam in edendis
huiusmodi spectaculis consumpsisset, nam vulgò circum-
ferebatur, quòd eam per iniuriam fecisset, idcirco in eu-
usus impendisse. Porro autem magnificentissimi appa-
ratus argumētum est, quòd ne Sol spectatoribus molestus
esset.

esset, conopea serica supra extensa fuerunt: qui panni facti primò ad barbarorum voluptatem, ab illis ad nos ad muliebres delicias fuerunt importati. Post hæc milites tumultuati sunt: neque antè destiterunt, quàm Cæsar repente venisset, atque vnum ex ijs captum manu sua trahi ad supplicium iussisset. Multas leges tulit, sed in primis dies anni parum antea inter se consentientes. Nam tum, cum Luna ratione menses congruebant, in presentem ordinem adduxit, prioribus sexaginta diebus, septem alijs adiectis, qui ad perfectam rationem facere magnopere videbantur. Id Cæsar ex Alexãdria, in qua commoratus erat, reportauit: nisi quòd apud illos singuli menses triginta diebus constant, deinde toti anno quinque dies adijciuntur. Cæsar verò iisdem mensibus, ad eos quinque duos quoque, quos vni detraxit, addidit: adiuncto ad extremum quinto cuique anno, eo die, qui quatuor partibus completeretur. Itaque sic annos ordinauit, ut rara sit horarum commutatio. nam annos mille quadringentos sexaginta vnum vno alio die intercalari tantummodo constat indigere. Cum filij Pompeij in Hispania maximum bellum mouerent, ipse cum ijs pugnat: quæ pugna cum permagna fuisset, & ita partes utrinque exercitus, ut etiam belli duces, quia de summa rerum decertabatur, ex equis descenderent, atque graui imminente periculo inter ceteros pugnarent: Bogud qui fortè cum alijs ducibus non erat, aliunde in castra Pompeij irruit. Quòd ut vidit Labienus, relictis ordinibus illum est consequutus. Pompeiani rati Labienum fugere, illico animos desponderunt, neque postea, cum id, quòd verum erat, resciuissent, colligere se aut recipere potuerunt. Hanc Cæsar postremam victoriam reportauit: etsi sperabat longè maxima se confectu

De diebus,
mésibus, &
annis.

Bellum cū
filijs Pom-
peij.

Labienus.

Prodigium
palmz.

rum. Nam in quo loco pugnatum est, ramus palme statim post victoriam natus est: qua res tamen nihil de Cesare, sed de Octavio eius sororis nepote portendebat. Illi tum erat in exercitu, & multis laboribus susceptis, periculisque aditis, clarus erat futurus. Igitur Caesar rerum potitus perfecit, quanquam civibus inuitis, ut publico decreto in conuentibus regia veste indui, coronaque laurea ornari perpetuo sibi liceret: cuius rei causam, quod caluus esset, afferebat. Idem mollioribus vestibus utebatur, & interdum caligis paulo altioribus, ac rubri coloris. Quam cinctura laxitatem Sylla adeo suspectam habuit, ut eum occidere voluerit. Deprecantibus autem nonnullis, Ego (inquit) hoc vobis gratificabor, vos verum hunc male praecinctum caute. Quam rem etsi Cicero intellexit, tamen rebus fractis ait: Nunquam putavi Trepeium ab homine male praecincto superatum iri. Decretum publice fuit, ut Caesar Imperator nominaretur, non quemadmodum Imperatores dicuntur ij, qui ex magna praelio victoriam reportauerunt, aut qui in magna potentia sunt, sed quomodo ij, qui quod summum imperium habent, idcirco nostris temporibus Imperatores appellantur, qua ratione Caesarem primum omnium Imperatorem, deinde post illum ceteros Romanorum Imperatores numeramus. Caesari statua eburnea iuxta statuam Brutii, eius qui reges exegerat, est collocata: qua ex re eventum rerum admirari licet. Futurum enim erat, ut Marco Bruto, qui ex illo superiore genus ducebat, spei ex insidijs necaretur. Cum alia multa faceret contra mores institutaque maiorum, tum singulis annis plures Consulibus faciebat, adeo ut postremo anni die, Consule vivente, Caninium in locum demortui Consulem suffecit. De quo Cicero iocose: Consulem (inquit) habuimus unum.

Caesaris statua eburnea iuxta statuam Brutii posita est.

Dicitur Cicero in Caninium.

lantissimum & fortissimum, qui in toto suo Consulatu somnum non vidit. Carthaginem & Corinthum vrbes antiquissimas atque florentissimas, quæ fuerant à Romanis deletæ, instaurauit, in easque colonias deduxit: quæ sicut antea vnà eodémque tempore diruta fuerant, ita tum vnà resiciebantur, ac florere incipiebant.

DIONIS LIBER XLIIII.

Cum iam compararet exercitū contra Parthos, eū M. Brutus, & C. Cassius insidijs factis interfecerunt, furore atq; amentia impulsī, ut autor historia metuens Casares scribit. Sic enim fortasse loqui decebat Senatorē, & nobilē virum, qui illustrē historiam componebat. Reuera autem, ut & Plutarchus in Parallelis ostēdit, prudentes eō venere, & cum dignitate suscepto consilio, ut se Remq; publicam in libertatē vendicarent: nā tales eos fuisse constat. Dion verò vnius viri dominationem reipublicæ preponendam putat, idq; planū facere ijs rationibus conatur. Cū tanta sit (inquit) vrbis Roma magnitudo, quæ pulcherrimi atque amplissimi orbis terrarum imperium tenet, in quo diuersis & contrarijs inter se moribus multarum gentiū homines viuunt, quæ omnibus diuitijs referta, varijs actionibus & fortunis priuatim publiceq; vitur: fieri nō potest, ut in republica mediocritas teneatur: multoq; ait esse facilius, vnum bonum & moderatū virum, quàm multos inueniri: postremò necesse esse grauiora damna, acriorēque iniurias à multis, quàm ab vno existere. Casari autē adulatōres mortis causam fuisse idem autor testis est. ab his enim nouis summisque honoribus elatus & inflatus, eorūdem calumniam postea non effugit. Cæperunt isti mensē, in quo natus erat, Iulium appellare: deinde Casarem ipsum, acūmque præterea Iouem coram nominare: postea

Plutarchus.

Adulatōres

Antonius
Cæsaris sa-
cerdos.

Cesetius &
Marulus.

Signa cædis
Cæsaris.

templum et facere, eique templo sacerdotem Antonium
ut Dialelem quendam, præesse voluerunt: decretis, quo-
de his rebus facta sunt, in columnis argenteis aureis li-
ris scriptis. Id idcirco faciebant, quod eiusmodi decre-
tis eum exultantem, atque omnia ferè admittentem ve-
derent, partim quidem assentantes, partim verò illuda-
tes, ut ob eam rem in inuidiam veniret, & odium acer-
bissimum, itaque celerius, id quod euenit, moreretur.
Regium nomen, quo fuit à plerisque nominatus, recusa-
uit: de quibus tamen cum tribuni confidenter quassim-
sent, essentque supplicium sumpturi, ac de statua eius
diadema quod ei fuerat impositum, liberè detraxissent,
eos iratus tribunicia potestate priuauit, & Senatu mo-
uit: qua res hominibus suspitionem attulit, eum nomi-
regium affectare, sed ad id accipiendum cogi quodam
modo velle: itaque tum magno odio apud omnes fuit. Scri-
ptum à quibusdam fuit Lucij Bruti statua, Vni-
uineres: item tribunali M. Bruti, nam istum erat Pru-
tor urbanus, (sella verò, de qua iudex pronunciat, tribu-
nal appellatur) Dormis Brute, nec tu quidem Brutus
es, nos verò Bruto egemus. Maximè autem in super-
biam & arrogantiam eius odium concitatum est. Nam
cum Senatus vniuersus ad ipsum venisset salutandi ca-
sa, cum ille sedens accepit, id peccatum defendebant non
nulli excusatione profluuij ventris, quod cum eum in-
te arripuisset, nec dum planè cõstitisset, merito dicebatur
sedisse, ne quid excerneret: sed hanc causam ideo minus
multis probauit, quod paulo post cum inde surrexisset
pedibus domum reuertit. Sed Cæsari futura cædis ma-
ius portentis antea significata est. Martis enim arma
qua tum apud ipsum more maiorum seruabatur, quo
Pontifex erat, sonuerunt: præterea fores cubiculi in quo
dorm

dor
tab
præ
vat
bas
dun
sed
uis
ter
Poj
occe
ver
qua
asc
set,
A
nau
pus
fedi
Cie
qu
ce
bue
nun
Cer
affe
in q
gau
mò
cõm
ei d
face

dormiebat, sua sponte aperta sunt: ille nihilo magis dubitabat. Nam aruspici, qui olim, ut cum diem caueret, pramonuerat, ridens fertur dixisse: *Vbi sunt responsa & vaticinationes tuae? Non vides eum diem, quem metuebas, venisse, & me viuere? ille, Venit, (inquit) nec dum praterijt. Igitur coniurati, qui insidias fecerant, sedentem in Senatu vndiq; circumstant, eique de improviso irruentes vulnera infigunt. Hic M. Bruto grauter percutienti dixisse fertur, Κχι σὸ τέκνον: Et tu fili. Post Caesaris necem Lepidus armatis militibus forum occupauit, quod diceret se Casarem esse vindicaturum: vere autem rebus nouis studebat, & sibi dominationem querere nitebatur. Brutus vero & Cassius in Capitolium ascenderunt. Igitur cum Roma in maximo periculo esset, Cicero habita oratione ciues in concordiam reduxit. Antonius huic reconciliationi operam & studium suum nauauit, non quod pacis author esset, sed quia per id tempus priuatus ciuis, & dominandi cupidus, nolebat in illa seditione & tumultu dominationem ab alio comparari. Cum inde simul abirent, Brutus ad Lepidum propinquum suum, Cassius ad Antonium proficiscitur. Inter cœnandum cum sermonem, ut par est, de multis rebus habuerunt, tum vero Cassium Antonius interrogauit: *An nunc etiã, inquit, pugionem sub axilla geris recõditum? Certè, inquit, longe maximum, si quidẽ in quoq; regnum affectabis. Post hac testamento Caesaris publicè recitato, in quo septuaginta quinque denarios populo viritim legauerat: deinde ipso Casare mortuo in foro posito: postremo habita de eo Antonij oratione, plebs ira accesa atq; cõmota, Casarem in foro cõbussit, postea sepelimit, in arã ei dedicare, ad eamq; tãquã esset deus Casar, sacrificia facere conata est: deinde effrenata & furiosa cõtra inter**

Lepidus.

fectores contendit, atq; Heliū Cinnam tribunū plebis, errore nominis ducta, propter alium Cinnam sociū & participem coniurationis, interemit: neque prius cessauit, quam Consules eandē aram euerterunt. latis legibus de quibus scā temerarijs ac nefarijs hominibus ex Capitolino precipitandis: sanxerūtque execrationibus publicis, neminē in reliquū tempus Dictatorem fore. tanquā enim in solo verbo factorū acerbitas esse videtur, non ex armis, aut cuiusque moribus, aut ex ipsi rebus nomina magistratus, in quo res ipse geruntur, calumniabantur. In hoc tumultu id pratereundū non est, quòd Caius Casca tribunus plebis, cū rescivisset Cinna ex similitudine nominis occisum esse, timuit, ne ipse quoq; necaretur, quòd P. Seruilius Casca, idēque tribunus plebis ex illo grege interfectoꝝ erat. Ita q; scripta promulgato, simul communionē sanguinis. & cōsiliū cōferentiam significauit. Antonius ad existimandas & pederādas res ab Cesare gestas cōuersus, ut primum tabulas eius habuit in sua potestate, ex his multa deleuit, multa reposuit: post verò quā plurima expilauit, ex primis civibus, populis, atque regibus magnā pecuniam confluavit: quorū nonnullis regionem, alijs libertatem, alijs civitatem, multis immunitatē vendidit: ad extremū cōtempto Octavio, ut puero adhuc & rerū imperito, quasi haeres non solum pecunie Cesaris, verū etiam potentie, omnia administrabat. Et quia Lepidus magnā habebat potestatem, filiā suam in matrimonium filio eius dederat, eūque Pontificem Maximum fieri curauerat, ut nihil de suis rebus inuestigaret curiosius. Deinceps de ceteris imperatoribus dicendum est, hoc opere in tot partes distributo, quot imperatores Romae post Iulium fuisse comperimus.

OCTAVIUS CAESAR

Augustus.

DIONIS LIBER XLV.



CAIVS Octavius Pias, nam id fuit nomen filio Attiae, filiae sororis Caesaris, Velitris oppido Volscorum natus, pupillus ab Octavio patre relictus est apud matrem, & vitricum Lucium Philippum: cumque adoleuisset, à Caesare non discedebat. Caesar enim, quod nullos liberos suscepisset, quodque iam in eo magnam spem positam haberet, valde eum diligebat, eiusque curam habebat, quippe quem nominis sui & pecunia heredem, ac imperij successorem erat relicturus: praesertim cum Attia sine vlla dubitatione confirmaret, eum se ex Apolline concepisse, in cuius templo obdormiens, rata est cum dracone commisceri, peperitque expletis ad pariendum mensibus. Ad hac antequam pareret, somniauit viscera sua sublime in caelum tolli, & in totum orbem terrarum diffundi. Item eadem nocte Octavius solem ex vulua uxoris oriri in somnis vidit. Cumque puer iam natus esset, Nigidius Figulus Senator statim ei summum imperium praedixit. Noverat is supra omnes homines suae aetatis totius caeli ordinem & cursum: tenebat stellarum vim atque differentiam, quid ipse per se, aut cum alijs coniuncte possint & efficiant: quorum etiam studiorum causa culpatus est, quasi magicis artibus uteretur. Is igitur ut vidit Octavianum serius propter partum uxoris in curiam venientem, (nam tum forte Senatus erat) statim exclamat, Nobis Octavi dominum genuisti: deinde eare percussum Octavianum, atque idcirco puerulum necare volentem prohibuit. nam

Nigidius Figulus Astro-
nomiae peritissimus,

Somnium
Ciceronis.

Somnium
Caculi.

ut hoc modo (inquit) moriatur filius tuus, fieri certè in
lo pacto potest. Cum verò puer ruri paruulus educari-
tur, aquila de manibus eius panem rapuit, mox euola-
uit: atque ubi paulo post reuolasset, ei reddidit. Item in
adhuc puero, & Roma commorante, Cicero somniauit,
eum catenis aureis suspensum è cælo in Capitolium per-
dere, eiq; flagellum ab Ioue datū esse: cūque ipse pu-
rum ignoraret, postero die in Capitolio obviam ei factū
est: quem ut agnouit, somnium is qui aderant presen-
tes, narravit. Sed & Catulo, qui antea Octavianum nun-
quam viderat, visum est in somnis, à nobilissimis qui-
busque pueris Iouem Capitolinum adiri, & ab eo Ro-
mæ statuam in sinum Octavii demissam fuisse. Qua re
exterritus, properavit in Capitolium precandi causa
ibi fortè ascendentem Octavianum inuenit, eiusque faci-
renocavit ad somnium, idq; postea verum esse confirma-
uit. Præterea ut primū ex pueris excessit, cū sume-
ret virilem togam, ea ab humeris utrinque fracta usque
ad pedes demissa est: quæ res quasi per se nihil boni por-
deret, eos qui aderant presentes, conturbavit, quia eorū
pore, quo primū togam virilem sumebat, euenerat.
Atque tum fortè Octavius: Tenebo (inquit) omnē Se-
natoriam dignitatem in mea ditioe & potestate, id
quod postea factum est. Igitur Caesar his rebus permi-
tus omnibus, de eo quàm plurimum sperare cœpit, eum-
que introducere ad nobilissimos viros, & ad regnan-
dum exercere: postremò docere accuratè omnia quæ
conuenire videbantur ei, qui summum imperium
benè gesturus esset, & cum amplissima dignitate.
Nam in omni genere dicendi Græcè & Latine exer-
cebatur: militia labores perferebat: perdiscebat om-
nia quæ ad rempublicam, quæ ve ad regnum perti-
nerent:

nerent:

nerent: fuitque Octavius studiorum causa, cum Caesar necaretur, in Apollonia, ad sinum maris Ionij. nam eò Caesar premiserat, quod bellum contra Parthos pararet. Itaq; de morte Cesaris accepto nuncio, ubi se ab eo heredem factum intellexit, nihil cunctandum ratus, statim Cesaris nomen sumpsit, hereditatēq; adiit, ac res gerere instituit: atq; ita Octavius antea vocatus, tunc Caesar, post Augustus, ad magnas res gerendas animum applicat: easq; fortius administrat atq; diligentius, quàm omnes viri: prudentius, quàm senes omnes. Nam principio ut priuatus, quasi solius hereditatis successor, cum paucis nullo magnifico apparatu in urbe ingressus est: tum Antonium, licet ab eo iniuriā acciperet, coluit, plebēq; sibi deuinctam habere conatus est. Itaq; cum Antonius in foro de superiore loco ipsum in Curia ut viuo patre consueuerat, de sublimi loco dicere non passus fuisset, sed eum expelli & eiici per lictores iussisset, cuncti grauius & iniquo animo tulerūt: potissimum quod Caesar, ut constaret inuidiā Antonio, & sibi multitudinis animos ad beneuolentiā alliceret, amplius in forum nō veniebat. Quo circa metuēs Antonius, Casari recōciliari voluit: cui quo rursus propter aliquam suspiciōē dissensio facta est. Interea Senatus securitatem & impunitatem decernit Sexto Pompeio Cnei minori filio: simul decernit, ut quae pecunia numerata ex hereditate patris in ararium redacta fuerat, ea filio reddatur. Is tum maximas copias habebat, viceratq; à Batia pugna Caium Asinium Pollionē, multasq; vrbes partim vi, partim de voluntate ipsarum ceperat. Huic cum Antonius praedia ab se occupata non restitueret, Lepidus, qui finitimam Hispaniā obtinebat, persuasit, ut cum eo in gratiam rediret, quo

posset omnia recuperare facilius. Porro in urbe omnia confusa & conturbata erant propter Caesaris & Antonij dissensionē. Etenim iura cuius minimè reddebatur, propterea quòd isti simulata causa libertatis, cuius ad dominandi cupiditatem trahebant. Antonius, quòd Consul erat, aperte amplissimam potestatem usurpabat, sed multitudo studio in Casarem accendebatur, non solum permota patris autoritate, sed etiam adducta spe quam de eo conceperat. Ad hæc valde Antonium odierat, quòd petulanter viueret, & homo imperiosus esse. Cassius autem & Brutus erant in prouincijs, quas sortiti fuerat: hic in Macedonia, ille in Syria. Igitur Antonius omnibus copijs ad Galliam occupandam profectus est. Caesar milites Antonij, quàm maximè potest, succurrere, atque eorum nonnullos propter eam quam eius patrem habuerant beneuolentiam, contra Antonium ducere, ei que impedimento esse in tempore conatur. Senatus, persuadente Cicerone vetere odio in Antonium, eum hostem indicat, pecunias & milites ad Casarem mittit. Quibus rebus omnibus, cum nondum Antonio par esset, & propter ambos Consules cum magnis copijs ire iubet. Eodem ferè tempore multa portenta visa sunt, præter cetera enim fax ardens ab oriente sole ad occasum commouit, & noua quadam stella multis diebus apparuit, spiritus dórque solis diminui & extinguui, ac tribus orbibus contineri visus est: quorum vnus ignea corona cinctus esse putabatur: quæ omnia fatalem casum rei publicæ prætendebant.

DIONIS LIBER XLVI.

Postquam pecunia ad bellum gerendū opus esse conuictum est, omnes suarum facultatum quintam & vicesimam partem contribuunt: Senatores verò etiam

Antonius
hostis iudi-
catur.

in singulos lateres, quos habebant in adibus urbanis, non
 suis solum, sed etiam alienis, in quibus habitabant, qua-
 tuor obolos persoluunt. Insuper ditissimi quique separa-
 tim alia permulta conferunt: prater ea arma, cateraque
 militibus necessaria multae ciuitates, multiq; priuati ho-
 mines gratis suppeditant. tum enim erariū exhaustum
 erat. Igitur magna pars hominū a Cesare contra An-
 tonium stabat, etsi neuter eorum in cura & cogitatione
 Republicae versabatur, sed ab utroque pari scelere, di-
 spari tamen fortuna & opinione cuncta afflictata erant &
 labefactata. Caesariani fortunatissimi esse, prospicere &
 consulere Republicae, eamque ex animo curare vide-
 bantur. Contra Antoniani miserissimi, hostes patriae, ac
 sceleratissimi homines esse dicebantur. Placet autē cun-
 cta sigillatim persequi: nam mihi quidem in eo magna
 vis esse videtur, si acta & euentus rerū ex cuiusque con-
 silijs, quemadmodum ea inter se consentiant, indicaue-
 rimus. Fortuna Antonium in varios casus misit. Is
 enim principio Hircium & Caesarem felicissime intra
 munitiones continuit: deinde Vibium venientem ad
 opem collegae ferendam factis insidijs sauciavit, quo ex
 vulnere paulo post mortuus est. Verum inde contra Hir-
 cium & Caesarem conuersus, occurrente Hircio se in
 castra sua recepit, quod belli laboribus defatigatus, &
 de via fessus erat: atque quia castra tueri non poterat,
 cum paucis ad Lepidū confugit. Consul foriter pugnan-
 do castra cepit, in qua tamen pugna ipse occisus est.
 Apud ceteros, qui se periculis commiserant, fuerunt bel-
 licae laudis & victoria insignia: sed potestas omnis, &
 rerum bene gestarum gloria penes Caesarem fuit: quan-
 quam in maximis periculis è castris non exierat,
 quippe adolescens erat, decem & octo annos natus.

Fractio

De fortuna
 Caesaris &
 Antonij.

Fracto Antonio, Senatus Casarem suspectum habere
 coepit, atque id agere, ut imperium deponere, ac priu-
 tus esse cogereetur. Qua re cognita, Caesar statuit milites,
 quos apud se habebat utriusque Consulibus paulo ante in
 bello contra Antonium defuncti, sibi donis & promissis
 deuincire, atque clam legatos ad Antonium & Lepidum
 mittere, eosque ad reconciliationem cohortari. Mox quoque
 milites ad Senatum, ac per eos Consulatam petijt: quem
 dum ei negaret Senatus, quidam e militum manu gladium,
 quem gerebat, attigit, Mox (inquit) si vos Patres conscripti
 Casarem Consulem facietis, id est facturus. Huic Cicero
 ita respondit: Siquidem ita Consulatam petitis, obtinebit.
 Post haec Caesar cum exercitu Romam contendit. Senatus
 principio eum prohibere, atque urbem tueri nitentur. Sed cum
 iam Caesar adesset, impenderetque urbi grauissimum periculum,
 mutato consilio, frequens obviam ei processit, urbemque
 inuitus permisit. Ea res mirifice extulit Casarem, tum etiam,
 quod primo die comitorum in campum Martium ingressus,
 sex vultures vidit, & paulo post duodecim, cum apud
 milites concionaretur, quod ille ad Romulum, atque eius
 auguria referens, sperauit sibi regnum futurum. Porro
 militibus magnam pecuniam largitus est, iisque maximas
 gratias egit, propterea quod sine eorum praesidio &
 custodia in Senatum venire non audebat. Adoptatus in
 familiam Caesaris, ex eo Caius Iulius Caesar Octavianus
 dictus est, nam haec est eorum qui adoptantur consuetudo,
 ut adoptantium quidem nomen accipiant, pristinum vero
 aliqua ratione formatum ac paulum mutatum seruent.
 Postmodo etiam Augustus cognominatus est, quo nomine reliqui
 post eum Imperatores appellati sunt. Igitur Caesar ubi milites

Dictum militis in Senatum.

Octavianus.

lites sibi deuinctos habuit, redegitque Senatū in suam potestatem, ad ulciscendam necem patris animum ap- pulit. Itaque contra interfectores contendit: post prope- rantibus Antonio & Lepido cum magnis copiis, cum ipsis se diu inire studet, quod eos opprimere non poterat, & quod sperabat Brutum & Cassium iam potentissi- mos viros per eos cōfici posse, se q̄ postea separatim utrū que eorum esse superaturum. Itaque ad paruā insulam eius fluy, qui Bononiam præterfluit, conueniunt, nec illi quidem soli, sed pari militum numero comitati. Post ubi satis exploratū est, ne quis eorum in occulto gladium haberet, in congressum colloquiūque veniunt, ibi q̄ do- minationem in omnes communem esse inter se iubent: prætereā contra communes inimicos coniurant, et si pro- pria quadam & præcipua sibi relinquunt. Caesar enim Lybiam & Siciliam accipit: horum alter Hispaniam, alter Galliam.

Triumvira-
tus.

DIONIS LIBER XLVII.

IN de Romam profecti, proscriptorū tabulas in albo proponunt, multo certē crudelius quā in Syllæ do- minatione factū fuerat. Sylla enim inimicos tantum su- stulerat, amicis verō suis pepercerat: at isti non modo perdebat inimicos, sed etiam amicissimos quosque in po- testatem aduersariorum mutuo tradebant, quibus tradi- tis, acciperent infestos sibi homines, eosque ad extremum ulciscerentur, ex quo fiebat, ut in his nulla firma amici- tia esset, sed irarum ardor acerbissimus. Prius quā Romam cū exercitu veniret, multa prodigia visa sunt, quibus eorum magna potentia, & grauissimi casus de- monstrabantur. Nam Lepido anguis gladium Centu- rionis cuiusdam circumplicauit, & lupus ingressus in castra, intra tentorium Lepidi cœnantis venit, ac men-

Album.

Portēta cō-
tra Lepidū
& Antonia.

sam

sam deiecit, amplissimam potentiam eius ostendens: sed
 in ea conseruanda difficultatem. Antonio verò fossa
 et circumfluens, & concentus de nocte auditus, magna
 animi voluptates significauit, ob easque exitum permi-
 ciosum. Sed Casari aquila statim inito cum ambob. su-
 dere, supra tentorium stetit, moxque coruos duos adu-
 lantes, qui ex alis eius plumas euellere conabantur, occi-
 dit: itaque ex utroque victoriam portendit. Interim mi-
 lites Antoni, Fulvia vxoris eius filiam, quam ipsa
 Clodio habuerat, Casari, etsi ante sponsalia cum alio
 cerat, desponderunt, Antonio scilicet eam rem proce-
 rante, quæ res etiam non est à Casare recersata. Dū ha-
 geruntur, cades indignissima maximæq, ut antea Sy-
 lanis temporibus, sunt. Etenim vrbs tota interfectorum
 hominum referta erat, capita pro rostris posita, reliqua
 corpora proiecta iacebant, atque à canibus & volucri-
 bus comedebantur. In his rebus hanc solam propriam
 alieni rationem habebant, quod eorum nemo inimicum
 suum, qui esset alterius amicus, vlcisci poterat, nisi pro
 eo alium tradidisset. ita aut ira veteri incitati, aut
 ra suspicione adducti, amici salutem supplicio inimici
 postponebant, permutabantque facillime. Nam amici
 pro inimicis, socij pro hostibus inuicem dabantur: & com-
 mutabantur aut pares cum paribus, aut plures cum uno
 aut cum pluribus pauciores, quasi venales essent, præci-
 & licitationibus factis. Tum enim simplex erat permi-
 tatio, cum pares erant inter se: sin minus, pauci pro mi-
 tis moriebantur. Commune autem in primis eorum fuit
 ut cum locupletibus inimicitias gererent, non eas qui-
 de susceptas ex aliqua simultate vel odio, sed quod era-
 in ipsis summa auaritia, & infinita pecunia cupiditas.
 Antonius & Lepidus his nefarijs & truculentis sceleribus

ribus
 dem
 per
 bu
 acc
 niq
 titu
 hil
 gno
 cum
 arca
 bert
 stun
 per
 ven
 nem
 rem
 tale
 amp
 xit.
 Lep
 An
 per
 eos
 capi
 nef
 Eoa
 dio
 ro s
 latu
 piti
 que

ribus potissimum astringebantur: sed & Caesar in eadem culpa esse videbatur, communicato cum illis imperio. natura quidem certe crudelis non erat, in moribus patris educatus. Præterea modo ad res gerendas accesserat, nec, cur multos odio haberet, causa erat: demique ipse se diligi & amari cupiebat: quin rerum potitus, ex quo tempore regnum habuit, non solum nihil tale commisit, sed multos etiam conseruauit. Magno argumento est, quod Tanyfia matrona nobilis, cum Titum Junium virum suum proscriptum in arcam coniecisset, ac eam apud Philopœmenem, libertum reposuisset: cumque propinquus eius diem festum celeberrimum acturus esset, curauit Casarem, per Octauiam, sororem ipsius solum, ex triumuiris eò venire, ibique de improviso accedens, Casari rem omnem aperuit, allatæque arca, virum ex ea eduxit. Quam rem Caesar admiratus, omnibus veniam dedit: etsi capitale erat, si quis proscriptum hominem occultauisset: hoc amplius Philopœmenem in equestrem ordinem perduxit. Itaque, Caesar tali ingenio præditus erat. Sed neque Lepidus in propinquos suos & alios erat inexorabilis: Antonius verò acerbe & crudeliter nulla misericordia permotus occidebat non modo eos quos proscripserat, sed eos quoque qui proscriptis operam ferre conaretur: quorum capita etiam inter epulas spectabat, eaque spectatione nefaria & calamitosa magna ex parte satiabatur. Eodem modo Fulvia non tam odio impulsæ, quam studio pecuniæ quærendæ, sæpe morte afficiebat homines viro suo incognitos. itaque is, ut caput cuiusdam ad se perlatum vidit, Hunc hominẽ (inquit) ignorabam. Sed capiti Ciceronis allato contumeliosissime maledixit, iussitque in Rostris, quò magis inter cætera emineret, collocari

Cæsar mitis
natura.

Tanyfiæ vir
tus.

Philopœ
men.

Ciceronis
caput,

in præcelsò atque adito loco, ut unde in concione au-
 tus fuerat in ipsum dicere, ibi cum amputata dextera
 conspiceretur. Idem caput, antequam inde exportaretur,
 Fulvia sumit in manus, consecratur conuicijs, spumans
 in faciem, supra genua collocat, ex eoque ore aper-
 linguam extrahit, deinde pungit acu, qua ad ornam-
 ta capitis sui utebatur: ad extremum illud ei male-
 cè & contumeliose. Sed ut illis temporibus varia cæ-
 facta sunt, ita plerisque salus multis modis data
 quorum pleraque prætermittere visum est, eaque tra-
 tum que commemoranda esse videbantur, reserue. In-
 tur cum quidam seruus in speluncam dominum inclu-
 sisset, cumque nò multo post alius indicasset, ita ut
 ei haud dubia impenderet, seruus veste cum domo
 commutata, ingredientibus properauit obuiam, & qui-
 si ipse dominus esset, occidi se passus est, ita illi rati-
 quem volebant, interfecisse, abierunt. hic postea alio
 contulit. Sed & alius pariter mutatis cum domino
 stibus, in opertam lecticam ingressus, domino persuaduit
 ut eam deferret: post ubi ambo deprehensi sunt, ser-
 ne conspectus quidem necatus est, dominus quasi lecti-
 carius euasit. Id serui dominis beneficio eorum affi-
 præstiterunt. Cæterum stigmatias quidam non
 non prodidit dominum à quo notis fuerat compunctus
 sed etiam ad eum seruandum promptissimus fuit. Cui
 enim clam dominum exportaret, eumque inimici re-
 gnita insequerentur, hominem sibi forte factum obuiam
 interemit, ei que vestem detraxit, ac domino induit:
 inde mortuo in rogè imposito, acceptaq; veste domini
 annuloque eius, persequentibus occurrit, is ait se fugerit
 quòd dominum occidisset, atque eius rei fidem ex spelunca
 & notis fecit: qua ratione non modo conseruauit domi-

Seruorū fi-
 des erga do-
 minos.

num
 meri
 lis m
 pat
 lit. F
 trem
 nau
 niri,
 retu
 ea re
 eius
 coru
 ro, q
 quoa
 tribi
 eam
 prof
 rent
 etia
 ti su
 qua
 M
 ad S
 to te
 uinc
 ven
 & h
 ues
 uit.
 albo
 vid
 plet

num, sed ab his quoque beneficium accepit. Verum memoria nominis istorum, quod obscuri homines erant, nullis monumentis consecrata est. Osianus quoque Geta quod patri suo opem & salutem ferret, eum pro mortuo extulit. Porro Quintum Ciceronem M. Tully oratoris fratrem filius in occulto habuit, & quantum potuit conseruauit, nam eum ita abdidit, ut nullo pacto posset inueniri, cumque ob eam rem verberibus & tormentis afficeretur, nihilo magis indicauit. Quintus autem postquam ea res ei nunciata est, admiratus filij constantiam, atque eius misericordia permotus, vitro prodijt, seque inimicorum potestati permisit. Marcus vero Terentius Varro, quod uni ex proscriptis idem nomen erat, metuens ne quod Cinna euenerat, sibi quoque eueniret, (erat enim tribunus plebis) edito scripto eam rem exposuit, & ob eam causam irrisus est. Per hac tempora permulti etsi proscripti non erant, tamen vel quod inimicitias gererent, vel quod locupletes essent, occidebantur. Plerique etiam proscripti, qui incolumes euaserant, postea restituti sunt, & magistratus gesserunt. Ex quo intelligi potest, quanta sit varietas rerum humanarum & inconstantia. Multi ad Brutum & Cassium confugiebant, plurimi ad Sextum Pompeium, quod classi praeerat, & aliquanto tempore in mari potens erat, tenebantque Siciliae prouinciam. Postea quam proscriptio de eo facta esset, cumque veniret in proxima loca Italia, pecuniam, receptumque, & honores promittebat ijs, qui ex impetu percussorum ciues eripuissent ac seruassent, itaque permultos conseruauit. Triumuii autem non solum occidebant eos quos in albo proscriserant, sed eos etiam quos iam missos fecisse videbantur, quodammodo perdebant, dum eos ex locupletibus egentes facerent, nam ab his exigebant pensionem

Quintus Cicerone, & eius filius.

“
“
“

adium quas habitabant, capiebantque redditus praediorum, & pecunias maximas inter milites distribuabant, eosque fouebant ac alliciebant multis muneribus ut dato prius stipendio, eos haberent ad omnia facinorosi paratiores. Quamobrem cum bona damnatorum uentilia proponerent, ceteros quidem minis deterrebant, quominus emerent: post vero solis militibus ea paruo pretio vendebant. Sed in hoc maximo maerore & acerbissimo luctu urbis, rem crudelem fecerunt, ac omnibus mortem irridendam. Iusserunt enim ciuibus, ut ista proscriptione latarentur, grauiter minati, nisi parerent. Eo pacto cuncta ad eorum arbitrium libidinemque gerebantur, ita ut regnum Iulij Caesaris aureum fuisse videretur. Per id tempus tabulas rursus in albo proponunt, ex quibus nemini quidem mortem asserunt, tamen uiuos fortunam spoliant; exigentes à singulis ciuibus decimam partem bonorum, ut aiebant: uere autem uix cuique decimam partem reliquerunt. Iidem Iulio Casari sepulchrum fecerunt in foro, ubi combustus fuerat, eosque qui ad ipsum congererent, tutos & inuiolatos esse uoluerunt, eadem in qua fuerat occisus, inaccessam in posterum effecerunt. His rebus gestis, Lepidus Romam exiit: Caesar & Antonius contra Brutum & Cassium profecti sunt. Nam hi intellexerunt Rempublicam arbitratu Antonij & Iulij Caesaris administrari, contempta Creta & Bithynia, quas prouincias sortiti fuerant, contendunt, hic in Syriam, illuc in Macedoniam: quae prouincia non solum erant opportunitate, sed etiam pecunijs, & magnis copijs floridissima. eas confestim sine pugna capiunt, deinde Asiam omnem in suam redigunt potestatem, deditione populi, si res ita ferebat, & uis facta, ut qui resisteret. Et per id tempus magistratus in singulis prouincijs, quo

Brutus &
Cassius.

rum alij ad Brutum propter eius dignitatem & gloriã statim se recipiebant: ceteri, qui Antonij & Cesaris partes sustinebant, facile capiebantur. In eo fuit numero Dolabella, à quo Trebonius Smyrna ex insidijs necatus fuerat, eiusque caput ad statuam Cesaris proiectũ, quòd cedis eius particeps fuisset. Fuit & frater Antonij in Macedonia, quem Antonius eò miserat, ut exercitui præset. Hi omnes obstupesciti Brutum admirabantur propter ea quæ ab omnibus ciuitatibus facta erant. Nã Athenienses Bruto & Cassio statuas ex ere iuxta statuam Armodij & Aristogitonis publico decreto posuerant. In primis autem id eos celeriter auxit, quòd à triumuirorum crudelitate & scelere longissimè aberat, præsertim Brutus: quòdque ad Senatum referebant omnia, eisque se resque suas omnes permittebant: id enim Senatus erat gratissimum idcirco cõfirmabat ea omnia quæ ab illis gesta essent, quousque seruire omnino coactus est. Hi postquam intelligunt Senatum redactum esse in seruitutem, & cedes nefarias in urbe factas, omnibus copijs in unum conductis, properè contendunt de libertate dimicaturi. Dum autem adhuc essent in Asia, adfuerunt Antoniani, qui ut Ionium mare transierunt, apud Philippos Macedonia castra locant. Illi ubi venerunt ex Asia, ex aduerso castra ponunt, eorumq; duas partes faciunt, quò magis liberos & expeditos milites habeant, eisque facilius queant imperare: deinde fossa valloq; circũdant, quæ res utraq; castra vno ambitu cingebat, ac communiter vtrunque exercitũ munitum & tutum præstabat. Cũ ita essent inter se oppositi, vtrinque crebre excursiones fiunt: & quanquam prælium aliquanto tempore commissum non est, tamẽ ad extremum congressi sunt. Hanc pugnam præcesserunt nonnulla

portenta, quibus eius belli exitus & casus Reipublice demonstrabantur, quod eam Deus optimus maximus in meliore statu & conditione regni erat collocaturus. Nam ut tum reserant, pax & concordia ciuibus non poterat insidere. Respublica enim, in qua penes populum omne sit imperium, potentissima, & in summo fastigio collocata, modum tenere nullo pacto potest. Itaque Romani multa utique huiusmodi in posterum quae bella suscepissent, ac tandem cadere & seruire coacti essent. Sed huiusmodi portenta iis quibus ea cura summo reo relinqui oportere: meliùque melius Dion. ut opinor fecisset, si ea supra modum admiratus non esset, sibique

Polybius. Polybium proposuisset aliqua ex parte ad imitandum. Ille enim historiam de Carthaginis & Graeciae captiuitate conscripsit, utemque de graui diuturnaque clade quam Romani antea ab Annibale acceperat: nusquam tamen monstra eiusmodi referre, aut calamitates uerbis antè significatas esse, dicere uidetur. Id si facit, ratio ea nunquam accidisse, culpa non caret: portentorum enim plena est historia. quod si euenisse putauit, tamen ea scribere noluit, ueniam meretur: historia enim conscribitur. Ego uero ex his omnibus quae temporibus Caesaris & Antonij acciderunt, hoc unum referam, quo commutationum, ut ego arbitror, significabatur: flumina quaedam Italia in contrarias partes fluxisse quaedam profusa esse. Pugna autem in hunc modum commissa est. Principio utrinque unus tuba sonuit, post reliqui omnes, si primum i qui continebantur certo & praefinito loco tuba canerent: deinde alij, ut animos militum ad prolium ineundum excitarent: mox repente silentium factum est. Illi rursus sonos acutissimos fuderunt, & uirumque exercitus conclamauit. Tum coepere milites gra-

Res mira.
Pugna in
Philippis.
Vide notas
in Dionem
annotationes.

uis a
uice
iace
uis
Fit
nes
acci
ma
Hic
pta
rien
absq
vtr
alio
qui
que
ban
Igi
Ca
Br
Ca
vici
Ca
pta
qua
uit
col
exi
è v
lit.
tan
rab

nis armaturæ scutis hastis percutere, easque contra se in-
 uicem torquere, funditores & sagittarij tela lapidesque
 iacere, equitatus irruere, subsequenter militibus gra-
 uis armaturæ. Ita res ad manus atque ad pugnam venit.
 Fit grauis impetus, dīstrīnguntur gladij: id primum om-
 nes agūt, ut multos vulnerent, ipsi verò nullum vulnus
 accipiant. Post ubi animi, ut sit, ira incendi & inflam-
 mari cœperunt, accurrunt propius, & temerè irruunt.
 Hic rationem nullam habent sui, neque sentiunt acce-
 pta vulnera, quod mors dolorem anteuertat. Itaque mo-
 rientium nullus est gemitus, nulla lamentatio: etenim
 absq; cruciatu corporis statim moriebantur: in primisq;
 utriusque in suis locis consistebant, neque enim recedebat
 alio, ut quenuquam insequerentur, sed in iisdem locis in
 quibus essent, sauciabant, pariterque sauciabantur, cū-
 que hostes occidissent, ibidem ipsi non multo post cade-
 bant. Mansit ea pugna quousque dies iam inclinaret.
 Igitur si Brutus cum Antonio pralio decertasset, &
 Cassius cum Cesare, ipsi pares inter se fuissent. Sed dñ
 Brutus Cesarem imbecillum vicit, atque Antonius
 Cassio, qui par ei in bellicis rebus non erat, superior fuit,
 victores quodammodo victi discesserunt. Castra enim
 Caesaris & Antonij, & que in castris erant, omnia ca-
 pta sunt: Caesar mirabiliter saluus euasit. Nam ei, ante-
 quam pralium committeretur, medicus somniū narra-
 uit, quo eum castris excedere inebat. Cassius quoque in
 columis ex pralio amissis munitionibus profugit: sed cū
 existimaret Brutum iam occisum esse, cūque quidā
 è victoribus ad eum properaret, mortem sibi ipse intulit.
 Brutus quamuis postea exercitum Cassij recepisset,
 tamen iterū sibi confligendum esse nō putabat, quod spe-
 rabat cunctando se posse hostes sine periculo conficere.

Capra ca-
 stra Cæsa-
 ris.

Ceterum de nocte conturbare eos maximo tumultu conturbabatur, quin etiam aliquando alveo fluminis auersum munitioes eorum inundatione repleuit. Dum Brutus hac ageret, Caesar & Antonius commeatu & pecunia maxime indigebant, ob eamque rem nihil dederat militibus, quo damna, qua captis castris in rebus eorum facta erant, resarcirent. Ad hac copias nauales iam a Bruto superatas amiserant: ita in armis spes relicta erat, modo victoriae, sed etiam salutis. quam ob rem experiri & tentare omnia etiam cum periculo cupiebant. Brutus quoque, quod crebro milites ab eo deficiebant, idem facere coactus est: iamque acies instructae erant, cum duae aquilae volantes super utrumque exercitum inter se certarent, finem belli praeuunciantes, propterea quodammodo qua ad Brutum spectare videbatur, victa est. Bruto perato, plerique militum in diuersas partes fugae se mandarunt, quos victores insequiebantur: etsi neminem eorum occidebant, aut capiebant, sed noctu locati in insidijs prouidebant, ne rursus cogerentur. Brutus desperata salute, ratus turpissimum esse capi, et indignissimum, ad mortem confugit. Itaque cum exclamasset: *o Hercules, O misera virtus, ergo nihil quam uerba eras, atqui ego te tanquam rem exercebam, sed tu seruiebas fortuna: cohortatus est aliquem ex suis, ut se interficeret. Quo facto Antonius corpus eius sepulcrum affecit, nisi quod caput Romam missum orta tempestate cum Dyrhachio soluisset, in mare proiectum est. Morte Brutus cognita, uxor eius carbonem candentem absorbit: ita mortua est. Cumque permulti clarissimi uirum cum Bruto essent, plures eorum statim mortem sibi consciuerunt, quam captiui decesserint. In his fuit Fauonius, amicus Catonis: reliqui in Sicilia ad Sextum se receperunt.*

Bruti mortis sententia.

Fauonius.

DIONIS LIBER XLVIII.

ANtonius pecunie faciendæ causa in Asiam profectus est. Caesar Romam venit, ut esset impedimentum Lepido, si quid moliri conaretur, atque, ut Sexto bellum inferret. Per id tempus Fulvia socius Caesaris et Antonii uxor, contempto Lepido ita administrabat omnia, ut nihil à Senatu decerneretur vel à plebe contra eius uoluntatem. Cum ea erat Lucius Antonii frater. Igitur postea, quam Caesar uenit, in pace aliquanto tempore fuerunt, post uero dissidere cœperunt, atque in apertum odium uenire. Nam Caesar propter insolentiam socius, quam ferre non poterat, filiam eius repudiavit, ut uirginem adhuc: quam rem iureiurando confirmauit. Cum autem apertas inimicitias gererent, proderat in primis Fulviae odium hominum, quod paulo antè in Casarem concitatum fuerat. Causa odij hæc fuit, quod cum Caesar Italiam omnem teneret, nisi si quid ueterani milites ab eo dono ceperant, aut ex publico emptum possidebant, ope auxilioque seruorum, alijsque rationibus adiutus, bona dominis eripiebat atque aufereret, eaque deinceps dabat suis militibus. Cum autem ij, qui partis bonis priuabatur, grauiter ferrent, atque, ut par erat, indignarentur, ita eos interrogare solitus erat, Vnde igitur, inquit, ueteranos remunerabimur, quasi aut bellum gerere, aut tot promissa facere quisquam ei iuberet. Sed cum Lucius et Fulvia iniuria affectos à Casare beneficijs sibi deuincirent, eisque omnibus in rebus auxiliarentur, Caesar et quidem inuitus remittere aliquid de crudelitate sua, nec amplius quenquam fortunis spoliare uisus est. Quare non modo apud Senatum, sed etiam apud omnes charus haberi cœpit: milites autem grauiter ferre. Idcirco interfecerunt Centuriones, aliosque permultos,

Fulvia,

qui eorum tumultum compescere, eosque placare nō bantur. Parum quoque, absuit quin ipse Caesar ab his fuerit interfectus. Etenim qualibet causa incitati, vniuersam cundiamque subibant: neque prius destiterunt, quam propinquis suis & patribus, liberisve eorum qui in proliis cecidissent, pradia quae ab alijs possidebantur, reuerti iuberet. Quo impetrato, milites Caesari fuerunt amiciores: sed populus Romanus iterum acerbè tulit, ita ut ipsi inter se venirent ad manus, & pugnarent cōtinuè. Quare timore permotus Caesar, studebat cū Fulvia & Lucio reconciliari: id tamen per legatos impetrare non potuit, propterea quod multi Senatorij & equestris ordinis cum Fulvia erant, cu quibus consilia communicebat: eaque nonnunquam, quod mirum fortasse videtur, accingebat gladium, signaq; distribuebat inter milites, atque apud eos saepenumero concionabatur. Quo propter Caesar ad veteranos confugit. (erant veterani qui militia dimissi erant, ubi per legitimum tempus militauerant.) Cū igitur essent in Italia cōplures veterani, ab his contēdit, ut se Fulvia conciliarent, cōponerēt, controuersias omnes, de quibus eos iudices sumebat. Ita, veteranorum magna multitudo Romam venit: deinde frequentes in Capitolio tabulas, in quibus scripta erant foedera quae Caesar cū Antonio fecerat, legi coram eis iurunt: ibi Caesari praesenti, absentibus autem per legatos diem dicunt, quam ad diem Romam ipsi veniant eandem suam acturi. Die constituta, cū Caesar paratus esset iudicium accipere, illi non adfuerunt, timore fortasse adducti, aut certè quod ea res indignissima videtur. Irridebant igitur veteranos, & Senatum Caligantem vocabant, ex usu caligarum militarium. Veterani nihilominus Lucium & Fulviam iniuste facere pronuntiabant, resque

Fulvia Antonij vxor gladium accingebat. Caesar ad veteranos confugit.

resque
Fulvia
causa
terram
Italiam
stultitiam
comitum
copiam
que
pudorem
afflictum
& iustitiam
equitum
magnam
in Senatu
honoris
rius
Nihilominus
Caesar
silla
ra
tea
bus
rit
bè
P
inu
pri
qui
tege
in r
tū

resque Caesaris comprobant. Quo facto Caesar Lucio & Fulvia bellum indixit, mox ea quae in fanis religionis causa erant, ceteraque ex quibus pecuniam facere poterat, nec ea solum quae Roma, sed etiam omnia quae in Italia, & in ditione ac potestate eius reposita erant, sustulit. Dum Caesar bellum appararet, Lucius & Fulvia, comparatis etiam rebus ad bellum gerendum necessarijs, copias cogunt. Tandem autem datis acceptisque utrinque magnis incommodis, Caesar superior fuit, atque oppidum in quo Lucius erat, diuturna obsidione fameque afflictum cepit. Et quamuis Lucius cum paucis saluus & incolumis euaserit, tamen complures Senatorij & equestris ordinis perierunt: Fulvia vero cum liberis ad maritum persugit. Iulia Antoniorum mater primum in Siciliam profecta ad Sextum Pompeium, ab eodem honorifice ad filium remissa est. Claudius quoque Tiberius Nero cum ijs fuit qui se ad Antonium receperant. Nam cum praeset praesidio in Capania, intelligeretque Caesarem bello superiorem fuisse, fugit cum Liua Drusilla, filioque suo Claudio Tiberio Nerone, ut postea mira res accidisse videatur, quod Liua Caesari quem antea fugerat, nupsit, atque Tiberius is, qui cum parentibus suis fuga se mandauerat, Caesari in imperio successerit. nam utrunque postea factum est. Caesar postquam urbem grauissimis morbis affligi propter famem videt, Sexto Pompeio maris imperium obtinente, iamque Italiam inuadente, cum eo decertare nauali praelio constituit, ac primum naues ex pellibus facere conatus est, ut ij solet, qui in Oceano nauigant, quas contextas viminibus intertebat crudis bouum corijs, quae non aliter extegebant, quam in rotundis scutis fieri solet. Itaque irridebatur, putabaturque, si quid cum ijs tentasset, in maximum periculum esse

L. Anroni⁹
victus.
Fulvia.
Iulia Anto
niorum ma
ter.

Glaudi⁹ Ti
beri⁹ Nero.

venturus: sed alia classe comparata usus, tamen victus est. Hic studuit statim cum Sexto pacem facere, sed cum in foederibus faciendis concordem non habuit. In his rebus cum occuparetur Caesar, Antonius ex Asia amicum Cleopatrae in Aegyptum profectus est: quo tempore Labienus qui praesuerat equitibus Pompei Magni, vel potius filius eius hic Labienus fuit, qui primo ad Parthos se contulit, deinde una cum filiis Pompei bellum contra Casarem gessit, isque superatis, ad Parthos confugit: Orodi Parthorum regi persuasit, ut bellum inferret Romanis. Huic Orodes Pacorum filium tradit, deinde eum ab se cum exercitu dimittit. Ab ijs Syria omnis praeter Tyrum capta est: Palaestina quoque, Cilicia, & urbes Asiae, quae in continenti aedificatae erant, omnes fere captae sunt. Quae quanquam ad Antonium pertinebantur, tamen homo temulentus, & amoribus irretitus nec socios curabat, nec hostes. Tandem vero coactus, quod omnia occupata esse intelligeret, Aegyptum reliquit, cur id faceret, bellum Sexti in causa esse dicebat. Inde venit in Graciam: ubi cum matre & uxore coniunctus Casarem hostem, Sextum vero sibi amicum fecit. Post haec in Italiam transiit, ac repente occurrens Publio Sulpicio, qui Caesaris exercitum contra eum ducebat, multos etiam cepit. Hoc praelio facto Fulvia moritur, tum ambo ab armis discedunt, hac reditus in gratiam usque per scriptio, ad quam eò veniebant, quod eorum copia atque spes aequales erant. In eo foedere Caesar Sardiniam, Dalmatiam, Hispaniam, & Galliam sortitus est: Antonius ea quae trans mare Ionium, quaeque in Europa Asiae erant in ditione ac potestate populi Romani. Lepidus enim Lybiam, Sextus Siciliam tenebat. Contra haec cum Caesar & Antonius bellum apparerent, in mare

Labieus.

Parthi in
Syriam.

Fulvia moritur.

Reconcilia
ti Antonius
& Caesar.

ma d
sent.
tens
sily
batu
defec
uiter
nium
mult
re se
dum
ratos
rum
pit.
rò le
id t
tum
quod
gnit
pera
man
cidi
gran
omit
tere.
fasq
simo
Eter
rus e
quoc
nis p
ritat

ma damna incurrerunt, quod ipse omnes qui Romæ essent, infestos eis inimicosq; reddidit: usque ad cœ mari potens erat, præsertim quod *Mena* liberti sui opera & consilijs uteretur. Tum Romanos, quia Sardinia occupabatur, vexabaturque maritima regio, res frumentaria defecit. Quamobrem cum ingens fames esset, eaque grauius affligerentur, hortabantur *Cæsarem* & *Antonium* ad pacem cum *Sexto* faciendam, ob eamque rem multum clamorem profundeabant. Sed ut nihil proficere se intelligunt, celeriter ad eos interficiendos contendunt. Qua re anima aduersa *Cæsar*, etsi iam suos vulneratos habebat, tamen vestem discidit, supplexque eorum fidem, obtestari, & misericordiam implorare cepit. *Antonius* maiore vi adhibita restitit: tandem vero legatos de pace ad *Sextum* mittere coacti sunt. Per id tempus *L. Cornelius Balbus Gaditanus* vir consularum gerebat, cuius mentio fit in historia propterea, quod ita omnibus copijs circumfluebat, tantaq; erat magnitudine animi, ut omnes homines sue ætatis facile superauerit. moriens enim denarios *xxv.* populo Romano viriim reliquit. Eodem quoque tempore *lex Falcidia*, que nunc etiam obtinet in hereditatibus, ut grauatius heres quartam partem retineat, reliquum omittat, à *Publio Falcidio Tribuno plebis* lata est. Interea *Cæsar* & *Antonius* multa faciebant contra ius fasq;: nam complures non modò alia ratione indignissimos, sed etiam seruos in Senatorum ordinem cooptabant. Etenim *Maximū* quendam, qui *Quæstoris* officio functus erat, agnitum, dominus in seruitute vindicauit. Alius quoq; inter milites, ut miles deprehensus, è cliuis *Capitolinis* precipitatus est, data prius ei libertate, ut maiorem auctoritatem haberet animaduersioni. *Cæsar* autem et *Antonius* tãdẽ

Mena libertus.

L. Cornelius Balbus.

Lex Falcidia.

cum

cum Sexto in colloquium venerunt cum quo in itinere
 deribus, pacéque facta, tantus pro gaudio clamor eorum
 qui aderat presentes fuit, tot belli scilicet laboribus ex-
 tatis, & pace longo tempore expetita, ut montes maxime
 personarent, ob eamque rem magnum horrorem incuterent
 Pompeiani non sustinebant, quousque in terram ven-
 sent (erant enim in navibus) sed statim saltebant in ma-
 re: alteri quoque se in profundum iaciebant, seque deinceps
 natantes mutuo salutabant, & complectebantur. Post
 hac conuiuia vicissim utrinque acta sunt, primum
 Sexto in naui: deinde in continenti à Casare & Anto-
 nio. Poterat Sextus utrinque cum essent in naui cum
 paucis interficere, idque Menæ consilium erat: tamen
 luit, sed cum Antonio iocabatur familiariter, à quo
 des eius paternæ quas in Carinis habebat, occupaban-
 tur. Est autem locus in vrbe, cui Carina nomen est: quæ
 appellatio cum ad partem quoque nauis inferiorem per-
 tineat, facere dicebat Sextus, se ipsis in Carinis epulas
 dare. Idem filiam suam despondit M. Marcello Cas-
 ris ex sorore nepoti, itaque hoc bellum dilatatum est. An-
 tonius ex Italia in Græciam reuersus, multa fecit contra
 morum institutaque maiorum. Etenim damna multa
 attulit ciuitatibus, in iisque cupiditates suas explens: do-
 nique Dionysius appellari voluit. Qua re animadu-
 sa Athenienses Minervam ei desponderunt. Is ne-
 ptias sibi placere respondit, ab iisque quadragies sestertium
 exegit dotis nomine. Cumque esset in his rebus occupa-
 tus, in Asiam premisit Publium Vētidium, qui Par-
 thos, qui in munitis locis castra posuerant, à quibus etiam
 inuadebatur, contra opinionem Labieni, cui par-
 ante res ex sententia successerant magna vi in fugam
 conuertit, Syriamque expulit, ipsum denique Labienum

Menz con-
 filium.
 Carinz.

Antonius
 Dionysius.
 Ceterum my-
 riades drac.
 Vētidius ad
 Parthos.
 Captus La-
 bienus, vi-
 et Parthi.

cepi
 no,
 ma
 fice
 tum
 tuit,
 post
 post
 M
 seru
 Cas
 sacr
 xit,
 Ne
 puer
 qua
 ibiq
 rulu
 ribus
 una
 sede
 na
 det.
 Dr
 pati
 rem
 reli
 hab
 Xso
 libe
 cōsu
 ad

cepit: *Hic non nihil deest. De Domitio enim Caluino, non Ventidio hæc Dio scribit, ac propterea Roma triumphauit. Hic ex eo tempore cum propter magnificentiam & sumptum cæterarum rerum clarus erat: tum verò, quod Palatium incendio consumptum restituit, atque statuas quas à Cesare acceperat, videlicet postea redditurus, adornauit. eas enim, cum Cæsar paulo post repeteret, non reddidit, sed ei ita facete respondit: *Mihi quidem, inquit, seruatorum copia non est, tu verò seruos tuos ad Palatium mitte, atque inde statuas accipe.* Cæsar autem eas reliquit, metuens, ne si inde eximeret, sacrilegi accusaretur. Post hæc Liuiam uxorem duxit, cuius amore olim captus fuerat. Erat Liuia uxor Neronis, qui cum fugerat, ut supra dictum est, ex eoque puerum sex mensium in alio continebat: eam Nero quasi pater, non maritus esset, Cæsari uxorem dedit: ibiq; cum epulum fieret, in eoque puerulus quidem garulms interuenuisset, quales solent esse ij, qui nudi à mulieribus deliciarum causa educantur, vidissetq; Liuiam unà cum Cæsare esse, Neronem verò seorsum cum alio sedere, ad eam accessit, mox ait: *Quid hic agis Domina? ecce enim vir tuus (Neronem monstrabat) illic sedet.* Liuia cum Cæsari nupsisset, peperit Claudium Drusum Neronem, quem Cæsar educauit, deinde ad patrem misit. Tiberius non multo post moritur, Cæsaremque eidem Druso, Tiberioque liberis suis tutorem relinquit. Interea plebs de his rebus multum sermonem habebat, sed id potissimum circumferebatur, *Τοῖς ὀτυχοῖσι καὶ τοῖς ἄτυχοις τὰ δῖα* quod fortunatis hominibus liberi tertio mense nascerentur, idq; postea in prouerbij consuetudinem venit. Sub hæc tempora *Μενα* à Sexto ad Cæsarem defecit, quem Cæsar Sexto reposcenti non modo

Liua nubis
Cæsari.

Fortunatis
tertio mense
filios nasci.

modo non tradidit, sed eum in honore habuit, atque equestrum ordinem cooptauit, concessit ei iure aureorum annulorum. Est autem ius aureorum annulorum, quod solum princeps libertis dat: propterea quod olim ciuibus Romanis, nisi iis qui Senatorij erant aut equestris ordinis, aureos annulos ferre non licebat. Sextus hac re per motus, à pace recedit, præsertim quod Cæsar promissum sibi non exsoluebat: nam is etiam querebatur à Sexto fœdera aliqua ex parte violari. Cæsar Lepidum & Antonium venire iubet ad bellum Sexto inferendum. Sed dum illi non statim paruerunt, Cæsar solus cum Sexto bellum gessit: quo in bello primum aduersa fortuna fuit, est. nam non solum quibusdam prælijs naualibus inferre fuit, sed etiam magna vi tempestatis complures nauis amisit. Quibus rebus Sextus efferebatur, diripiebat, vexabat Italiam, sequens Neptuni filium appellabatur. Quare cognita, Cæsar in omni ferè Italia naues adificari iubebat, multas aliunde conducebat, conscribere milites, congregabat pecuniam, ita ut in nauibus adificatis, ac querendis pecunijs, exercendisque remigijs biennium consumpsisset hac ratione. Hæc aliæque per multa, quæ ad Italiam & Galliam spectabant, præparabat. M. Vipsanium Agrippam comparanda classis præfecit, eumque, quod iam bellum contra Gallos coeperat, & secundus ciuium Romanorum belli gerendi causa Rhenum transierat, accersiri iussit, atque ei triumpharet concessit: mandauitque, ut milites qui in ea classe futuri erant, in laboribus exerceret. Agrippa cum Lucio Gallo Consul erat, & idcirco triumphare noluit, quod sibi turpissimum esse existimabat, esset gloria in aduersa fortuna Cæsaris. Classem verò celeritè comparauit: tum quod ea loca sine portu erant, opus

M. Vipsani
Agrippa,

magis

magnificum & praeclarum fecit. Nam apud Cumam, qua ciuitas est in Campania, inter *Mscenum* & *Puteolos*, locus quidam interiectus instar *Lunae incuruus* & inflexus est, cumque exigui montes ambiunt, vacui ab arboribus & nudi, paucis tamen exceptis: praeterea tres sinus maris habet. quem locum ubi *Agrippa* perforauit, in eo portus tutissimos fecit. Jam vero qua in eo loco vidi, quia commemoranda esse videntur, paucis exponam. Nam, in his montibus, quos iuxta sinus maris esse paulo ante dictum est, fontes sunt ignis & aquae plenissimi: & qui constet ex altero separatim, omnino nullus inueniri potest. Nec vero per se ignis, aut aqua frigida esse videtur: sed quia commiscentur, aqua calida, & ignis quodammodo humidus est: atque cum aqua per canales in cisternas insuat, eius vaporem ij qui ea loca incolunt, inducunt per tubos in altissima domicilia; ac postea calesunt in illis. Nam is vapor quanto longius à terra absuerit, & ab aqua, tanto magis exsiccatus & aridus est. Quamobrem utrinque aedes magnifica aedificantur & sumptuosae, quae sunt vitae hominis & valetudini aptissima. Idem quoque mons eam terra naturam efficit. Cum ignis exurere eam non possit (quippe vim eius & flammam contraria vis aquae, quae cum eo commiscetur, restinguit) nihilominus tamen ea quae proxima sunt, dissipare atque consumere possit, ut ea pars terra quae pinguis & humida est, calore eliquetur: quae vero aspera est & dura, consistat. Ex quo necesse est in glebis eius terra caernas existere: quae si in locis aridis collocatae sunt, in puluerem rediguntur: coniecta vero in aquam, & mixta puluere, consistunt: atque adeo, quandiu in aqua sunt, concrescunt, magisque obdurantur. Cuius rei causa afferri potest, quod ea pars quae

arida

arida est, igni augetur propter naturæ similitudinē,
 eoque frangitur: sed admixta re humida, ita refrigeratur,
 ut propterea concreseat, atque omnino consolidetur.
 Cum igitur Baia eiusmodi sint, in eas Agrippa
 nit, fecitque portus, naues celeriter comparauit, ac re-
 ges delegit. Tum in urbe multa portenta nūciata sunt
 sed in primis complures delphinos ad Aspidem oppi-
 dum Aphrica concertantes inter se interuisse: in
 eademque oppido pluuisse sanguinem, eundemque statim
 à volucris in varias partes dilatatum esse. Porro quæ
 Liuiæ euenit, magnam ei attulit voluptatem. nam
 in sinum eius coniecit gallinam albam, quæ ramum
 lauri ferebat, in qua bacca erant: quæ res cum magnam
 aliquid significare videretur, Liuiæ gallinæ magnam
 curam habuit, seuitque laurum, quæ cum creuisset, la-
 ream suppeditabat is, qui parta victoria triumphauit.
 Sed Liuiæ Casarem in sinu suo atque omnino in potestate
 erat habitura. Eodem tempore Antonius ex Sicilia
 in Italiam venit, propter bellum Sexti, ut aiebat, a quo
 magna clades Casari allata esset: sed postea cum Ca-
 sare dissidere cœpit, ita ut ei prope bellum intulerint.
 men rursus cum eo opera Octauiæ reconciliatus
 nam, eam, quia soror erat, Casaris, superiore fœdere
 uxorem duxerat. Antonius Casari naues dedit, ab eoque
 milites accipit, quorum opera contra Parthos victo-
 tur. Hæc illi faciebant, non beneuolentia adducti, sed
 quod commodi sui causa ita faciendum esse putarent.
 Antonius quoque Octauiam Corcyra statim in Italia
 liam remisit.

DIONIS LIBER XLIX.

Cæsar comparata classe, transmisit in Siciliam
 Cùmque ei bello nauali Agrippam præfecisset

Baiz.
 Portenta.

Ram⁹ lauri.

Antonius
 Octauiam
 sororē Cæsa-
 ris uxorem
 duxerat.

ipse p
 gerer
 cuida
 gnant
 virin
 perdu
 tum
 sunt l
 simile
 sent p
 ti vac
 comp
 pam
 ris, no
 dicer
 quam
 facile
 ipsi g
 alys
 cia
 laude
 vinc
 pract
 tiunt
 colun
 rent
 eis re
 ut di
 uale
 tum.
 Etus
 cum

ipse pedestres copias ducebat, obseruabatque omnia que gererentur. Sextus quoque classe tradita Demochari cuidam, è terra pugnam spectabat. Igitur Agrippa pugnam cum Demochare committit: que cum equalis utrinque multo tempore fuisset, essetque iam ad noctem perducta, tandem Casuriani superiores fuerunt. Pugnatum est apud Mylas urbem Sicilia. victos vero non sunt longius insecuti, mea quidem sententia, & ut verisimile est, propterea quod eos comprehendere non potuissent propter nauium magnitudinem, tum quod imperiti vadum, que erant ad proximam terram, naues eò compellere nolebant. Quidam tamen existimant Agrippam satis duxisse hostes in fugam conuertere, quod Casaris, non suam ipsius rem gereret. Nam familiaribus suis dicere solebat, hunc esse morem principum, ut nolint quæquam habere se potiore. Nam ea quidem, inquit, que facilem & exploratam victoriã videntur esse habitura, ipsi gerere statuunt: pessima vero quæque & difficilima alijs committere. Quæd si eueniat, ut opportuna negotia alijs mandare cogantur, grauius & acerbè ferunt laudem & gloriã eorum, qui ea gesserint. Neque enim vinci eos volunt, aut parum fortunatos esse: at vero rerum preclarè gestarum gloriã apud alios esse non facile patiuntur. Itaque sæpe cohortabatur eos, qui se saluos & incolumes esse vellent, darent operã, ut principes liberarent omnium rerum difficultate & molestia, sed tamen eis rerum gestarum gloriã reseruarent. Hæc Agrippa ut dicere, ita facere consueuerat. Sed cum prælium nauale commissum esset, intelligeretque, Casar Messana Sextum abisse, fretumque esse omni presidio destitutum, nauis occasionem belli eam non pretermisit, sed statim cum nauibus quas ab Antonio acceperat, Messanam

Demochares.

Dicitur Agrippa.

Cæsar vi-
sus in Sici-
lia, fugit.

Cornificius

contendit: nec tamen sælix fuit ad casum fortunæ. in
belli, propterea quod Sextus ei cum classe ac pedestri
copijs occurrit. Cæsar enim contemnens Pompeianam
quodiam ab Agrippa superati fuissent, cum is con-
xit: quo in prælio non solum amisit magnam partem cla-
sis, sed ipse quoque in maximum periculum & dis-
men venit, cum non posset ad suos, qui in Sicilia erant
perfugere: satisque ei fuit, se recipere in proximam con-
tinentem, atque ibi tuto esse. Sed cum exercitum suum
in insula interceptum esse animaduerneret, iniquo an-
mo ferebat: nec antè animum recepit, quàm piscis ex-
è mari saliens ad pedes eius accidit: atque à vatibus
eam causam responsum est, mare in eius fore potestatem
Cornificius autem, qui Casariano exercitui in Sicilia
præfectus erat, periclitabatur, ne si in loco consisteret, in
opia cibariorū expugnaretur: quod si recederet, ne cum
exercitu periret, circumstantibus hostibus, & emen-
nus iaculantibus, ac opportunis locis inuadentibus
men quia Agrippa transierat in Siciliam, Mytilenenses
ceperat, ac hostes insecutus ad eum venerat, præter
euasit. Qua ex re propter suam & militum salutem
ta læticia efferebatur, ut Romæ, quoties foris cœnaret
elephanto veheretur. Igitur etsi Cæsar eo tempore Sici-
lia non est potitus, tamen paulo post coniunctis cum Lepi-
pido copijs, postquam in eam transiisset, opera Agrip-
pe vicit Sextum prælio nauali. Quare Sextus de Sici-
lia diffidens, fugam se in Asiam mandauit, ibique, quod
res nouas moliretur, ab Antonio missis militibus occu-
sus est. nam eum Cæsar neque confestim est insecutus
neque postmodo, propter dissensionem quam fecerat cum
Lepido. Lepidus enim, quod bellum ex æquo gressisset
equum esse statuebat, se quoque Sicilia potiri. Verum
Cæsar

Cæsar
taréq
sustul
cum e
voleb
quid
aperi
prim
sibi v
ob eã
beret
nihil
rentio
conte
mè st
gressu
nihil
ac fa
secun
lia v
ador
runt.
que o
que i
esset i
Orod
non i
tudin
omne
Tum
dere
ampl
Cæsa

Caesar eo veluti legato in rebus omnibus utebatur, agi-
 tareque eum cum Sexto occulta colloquia suspicatus, eã
 suspicionem tamen non patefecit, ne eum aperire inimi-
 cum & hostem haberet. Pugna autem celerius, quam
 volebat, cum Sexto commissa. priusquam Lepidus ali-
 quid palam moliretur, Pompeio superato, cum Lepido
 apertas inimicitias gessit. Lepidus petebat ea quae ex
 primis foederibus ad se pertinebant, praeterea Siciliam
 sibi vendicabat, quod in ea expugnanda socius fuisset:
 ob eamque rem Caesarem in ius vocabat, cum secum ha-
 beret copias, quas adduxerat ex Libya. Adhuc Caesar
 nihil respondit, sed ratus ius in armis esse, quod ipse po-
 tentior esset, confestim aduersus Lepidum cum paucis
 contendit, ut eum perterreret, hominem videlicet mini-
 me strenuum: ac primum ut amicus in castra Lepidi in-
 gressus, pauca apud milites concionatus est: sed postquam
 nihil dicit ad eorum voluntatem, magis concitati sunt,
 ac factò in ipsum impetu, nonnullos ex his militibus, quos
 secum habebat, occiderunt: ipse, quod ei celerrimè auxi-
 lia venerunt, saluus euasit, eosque omnib. copijs postea
 adortus est. Tum milites Lepidi vniuersi Caesare adie-
 runt, ipseque Lepidus cum pulla veste supplex fuit, at-
 que ob eam rem omnem dominationem amisit, vixit-
 que in Italia non sine custodia. Cum autem Antonius
 esset in Graecia, Ventidius legatus eius Pacorum filium
 Orodis regis Parthorum bello deuictum interfecit, qui
 non infra ceteros reges propter iusticiam & mansue-
 tudinem apud suos charus fuerat: praeterea Parthos
 omnes qui ex ea pugna supererant, expulit ex Syria.
 Tum Antonius Ventidio ob res praclare gestas inui-
 dere cepit: eumque imperio deposuit, nec opera eius
 amplius usus est: tamen post mortem Antony primus

Caesar aduer-
 sus Lepidum.

cinium Romanorum de Parthis triumphauit, qui-
 phus fuit ei decretus à Senatu, & maximè, quòd eod-
 die eandem cladem Parthis intulisset, quam ab
 pulus Romanus Crassi temporibus acceperat. Pro-
 inopinatum quoque casum magnam gloriam ad-
 est. Nam cum antè per triumphū Pompeij Strabo
 cū reliquis captiuis ductus fuisset, de Parthis ipse per-
 triumphauit. Tunc Antonius Sossium præfecit Syri-
 Cilicia: à quo cum alia multa præclare gesta sunt,
 ab eo Hierosolyma expugnata sunt, ac primum qui
 capti sunt iis, qui templū eius urbis defendebant: post
 inde reliqui omnes ipso die Saturni: tantaque fuit
 religio, ut iis qui antè unā cum templo capti essent, ad
 sio impetrauerint, ut liceret sibi, postquā idē dies ve-
 set, de more sacrificare. Antonius Herode rege apud
 constituto, Antigonum, qui per id tempus in iis regio-
 obtinebat, cruce alligatum flagris cadi iussit: quod
 regi antea acciderat à populo Romano. Post hæc in
 thos exercitum duxit, cumque ad Phraata venisset,
 pit eam urbem obsidere: quo tempore tamen nihil
 gnum gerebat, sed à barbaris, qui extra urbē erant,
 tis magnisque incōmodis afficiebatur. In hac obside
 urbis, Phraates ad Antonium quosāā submisit, qui
 persuaderent, ut ad se legatos de pace mitteret: ita
 fieri posse, ut quæ petebat, obtineret. Deinde legatos
 sis ab Antonio, sedens in sella aurea, respondit, eos
 multis conuicijs consecutus, ac neruo arcus quem ha-
 bat in mambus, saepe pulsato, promisit, si mox inde
 moueret Antonius, se pacem esse cum eo confirmatū.
 Erat Phraates omnium hominum sceleratissimus,
 Orode patre, ac fratribus suis interfectis, regnū Par-
 rum occupauerat. Antonius cum hæc à legatis acci-

Caius Sof-
 sius.
 Hierosoly-
 ma capta.

Herodes
 rex iudæo-
 rum.

Dio habet
 Praaspa.

set, me
 inde c
 mum
 nem
 ter pe
 runt c
 quo ge
 defesso
 scend
 cet om
 signo
 videli
 grauis
 trucia
 ta & n
 cum t
 scutis
 latero
 ferti i
 præse
 hil præ
 fendit
 bent, &
 etiam
 in con
 men e
 causa
 oriri
 eos su
 cūuer
 etiam
 opini

set, metuens Phraatem quia se iactauerat insolentiùs, inde castra mouit: deinde paulo post exercitiù in maximum periculum adduxit: ex quo tamen contra opinionem euasit. Nam milites eius labores militia uehementer pertulerunt: cumque in insidias incurrissent, coeperunt coniunctis scutis testudinem repente facere, flexisque genibus sinistris in terram conuerti. Barbari rati eos defessos esse ex vulneribus, abiectis arcibus, ex equis descendunt, districtisque gladijs proximè accedunt, scilicet omnes simul interfecturi. Romani insurgunt subito, & signo dato totam phalangem explicant: inde irruentes uidelicet iuermes armati, imparatos parati, sagittarios grauis armaturæ milites, barbaros Romani confertos trucidant. Testudo autem in hunc modum fit: Impedimèta & milites leuis armaturæ cum equibus medium locum tenent, & qui sunt grauis armaturæ, qui que uiuunt scutis longissimis, ad alas instruuntur, & reliquos in star laterculi circumdant: ceteri, quorum scuta lata sunt, conferti in medio agmine consistunt, atque scuta sua nõ supra se solum, sed etiam supra ceteros extollunt, ita ut nihil præter scuta uideatur: que cum densa sint, omnes defendunt à telis cuiusuis generis, tantumque roboris habent, ut supra eam testudinem nõ modò homines ire, sed etiam equos agere possint, & uehicula, quoties fuerint in concauo & angusto loco: cui rei propterea testudo nomen est, quòd fortissima sit, atque tectissima. Ea duas ob causas utuntur: una est cum propugnacula quadam ad oriri uolunt, sic enim plerunque nonnullos extollunt, ut eos supra muros collocent: altera causa est, quòd ita circumuenti à sagittarijs, simul omnes subsidunt. (nam equos etiam genua flectere, seque inclinare docent) Ita hostib. opinionem præbent lassitudinis, quibus ob eam causam

Testudinis
forma.

irruentibus subito insurgunt, eisque terrorem in
 testudo ergo fieri ad hunc modum solet. Antonius
 Armeniorum dolo cepit, quod sibi in bello contra Pa-
 thos subsidio non venisset: quem cum vinctum primi-
 tens argenteis secum adduxisset, post aureis confra-
 ad Cleopatram duxit: cum qua deinceps relictis ar-
 sese dedit voluptatibus, atque filios eius reges regum
 pellavit. Nec solum inter eos partitus est Armenia
 & quas habebat prouincias sed etiam Indiam & Pa-
 thiam. Interea Caesar milites exercebat, dum Parti-
 nios & Dalmatas in suam ditionem & potestatem
 digeret. In quibus praelijs & laboribus nonnunquam
 vulneribus acceptis periclitabatur. Per id tempus
 Agrippa Romam aquam, qua defecerat vitio aqua ducta
 sumptu suo restituit, atque in complures partes
 deduxit: praeterea refecit aedificia publica, viasque
 nes sine villo sumptu publico. Cloacas vero ita purgauit
 ut per eas in Tiberim nauigaretur. Cumque in
 errare homines animaduerneret, in numero circuitus
 quos Graeci διαβλῆς vocant, delphinos & onata op-
 fieri iussit, ut ex his circuitus curriculorum ostender-
 tur. Ad hac oleum salumque omnibus dedit ciuibus
 neaque gratis per annum viris mulieribusque coe-
 in quibus lauarentur. Conduxit etiam tonsores ludis
 nemo quicquam impenderet de suo. Praeterea de loco
 periore in theatrum tesseras iecit, quibus argentum
 mittebatur, aliaeque res permulta. Res quoque vana
 multas in medio positas populo ad diripiendum
 Astrologos & magos omnes ex urbe expulit. Hanc
 nia Agrippa, cum esset Aedilis, fecit. Ceterum
 Medorum à Parthis denicto, Armenia Media
 in potestatem Parthorum venit.

Agrippa.

Delphini.

Locus hic
 est mancus,
 vide Dionem
 nostrum.

Q
 tis m
 Cleop
 prae
 piun
 Cleop
 bat, q
 huc s
 catas
 sept
 non d
 riores
 tione.
 Illyri
 Rom
 item
 rant.
 supra
 cum
 noit
 Cyre
 omni
 cini
 ten
 ranti
 xim
 pote
 suas
 in r
 port

DI

DIONIS LIBER L.

Caesar & An-
tonius hoc
res.

Quibus rebus gestis Antonius & Caesar paulo post bello concertare coeperunt, atq; alter alterum multis modis criminari. Caesar obiciebat Antonio, quod Cleopatra daret ea quae essent populi Romani: quasi praestigis quibusdam factum esset, ut ei veluti mancipium seruiret, cuius rei causa non plane Antonio, sed Cleopatra bellum indixit. Antonius Casarem accusabat, quod ab eo iniuriam accepisset, a quo Antonii adhuc superstites tabulas testamenti apertas esse & publicatas ferebatur. Fuerunt & aliae causae, nam cum statuisset longo tempore ante bellum inter se gerere, causa eis non defuerunt. Huius belli apparatus omnes vicit superiores: nam utrique auxilio fuerant quam plurimae nationes & gentes. Cum Casare erant Gallia, Hispania, Illyria, atque Afri, qui antea fuerant in ditione populi Romani, exceptis his, qui circum Cyrenem incolebant: itemque ij, apud quos Bogud & Bocchus regnum obtinuerant. Sardinia quoque & Sicilia, aliaeq; insulae proximae supradictis regionibus opem ei ferebant. Antonius secum habebat Asiaticos eos qui parebant populo Romano: item Thraciam, Graeciam, Macedoniam, Aegyptios, Cyrenaeos, cum finitimis nationibus & insulis: praeterea omnes fere reges & principes, aut eorum legatos, qui vicini erant provinciis populi Romani, quas Antonius tenebat. Idem Antonius, antequam bellum gereretur, iuravit militibus, se parta victoria in duobus mensibus proximis imperium depositurum, traditurumque omnem potestatem senatui populoque Romano: vixque ei persuasum est, ut id sexto mense faceret, quod facilius res in meliore statu collocarentur. Ante id bellum haec portenta visa sunt: Bubo primum volauit ad templum

Dion taxa-
tur.

Draco bi-
ceps.

Concordia, deinde ad reliqua, in quibus etiam confu-
bat: nisi Dion ridiculus est, qui dicat volatibus bubonibus
& simiarum introitibus in templa, & si qua sunt cu-
generis, bella & calamitates tam magnas declarari, et
etiam eruptione Aetnaeorum ignium finitimus civitas
bus vastatis. Porro quod draco biceps visus sit in He-
truria, longus pedes LXXXV, sitq³, cum multa vastata
set, fulmine percussus: si verum est, mirabile profectum
Roma autem pueri sponte sua in duas partes diuisi,
partim Antoniani, partim Caesariani nuncupati, con-
biduum certauissent inter se, Antoniani victi sunt.
Quae res casum Antonij futurum praemonstrauit. E-
dem quoque sua statua interitum portendit, quae in A-
bano collocata, cum lapidea esset, multum sanguinem
misit. Pugnatum est apud Actium, ubi nunc est Nico-
polis. Antonio amici maximè offensi erant: quod
eo bello sociam sibi adiunxisset Cleopatram, propter quod
victus est praelio nauali, quod in hunc modum factum
est. Naues Antonij erant nauibus hostium longe ma-
iores, in quibus triremes paucae, quinqueremes & decem-
remes coplures, reliquae erant inter has mediae: in his altis-
simas turres adificari, atque magnū numerum hominum
imponi in turribus iusserat: ex quo efficiebatur, ut pa-
gina dissimilis esset. Nam Caesariani, quod minores & ve-
leriores naues haberent, impetum in hostes faciebant, pro-
dig³ recti, ne sauciarentur. Itaque aut submergebant nau-
ues eorum, aut si id non facerent, recedebant, antequam
manus venirent: rursumque irruebant in eos aut sub-
aut ijs relictis, alios aggrediebantur: quibus celeriter
fectis, alios atque alios petebant, & quam maximè pos-
sent, offenderent imparatos. nam quod vires hostium, quod
pugnare cum ijs timerent, ubi eos aggressi erant, non
exp

expecta-
ne tem-
cul a t-
bus, na-
rianos
percut-
quod
qua si-
minus
fractis
gressio
duae r-
tur, al-
bantur
simun-
tes. A-
gia, au-
tur o-
Ante-
ctores
rum
riore
nis.
Cleop-
in an-
incer-
prop-
pecta-
quos
forte
secut-
dem

expectabant diutius: sed ubi de improviso irruissent,
 ne tempus darent sagittarijs contra se iaculandi, pro-
 cul à telis fugiebant, vulneratis aut perturbatis hosti-
 bus, ne ab iisdem postea caperentur. Antoniani Cesa-
 rianos ad hunc modum celeriter contra se nauigantes
 percutiebant crebris lapidibus, telisque in eos coniectis:
 quòd si accessissent propius, manus ferreas iniiciebant:
 quæ si opportunè cecidissent, ipsi superiores erant: sin-
 minus, submergebantur, suis nauibus impetu hostium
 fractis: quòd si in eo prohibendo tempus traherent, ag-
 gressionibus aliorum hostium fiebāt opportuniore. nam
 duæ tresve naues contra vnā magno cursu fereban-
 tur, aliæ earum præstabant quod poterant, aliæ afflige-
 bantur. Igitur erant ex Cesarianis gubernatores potis-
 simum & remiges labore defessi: ex Antonianis mili-
 tes. Atque Cesariani, quòd celeriter impellerent nauig-
 ia, ac subito in contrarias partes agerent, comparaban-
 tur cum equitibus, qui equos concitant & reflectunt:
 Antoniani armatis hominibus similes erant, ex quo vi-
 ctiores esse videbantur & victi. Nam illi ad naues ho-
 rum proximè accedentes remos frangebant: hi de supe-
 riore loco submergebant illos lapidibus, & alijs machi-
 nis. Sed cum diu pariter esset pugnatum, accidit vt
 Cleopatra, quæ post tergum pugnantium erat, stabatq;
 in anchoris, non potuerit exitum belli ancipitem atque
 incertum expectare, sed muliebri & Egyptio animos
 propter dubium certamen suspensa metu & sollicita ex-
 pectatione in fugam se contulit, suisq; signum dedit:
 quos Antonius, postquam subito vela fecisse, ac tum
 fortè secundissimo vento in alto nauigare intellexit, sub-
 secutus est. Qua re cognita, cum ceteri milites animos
 demitterent, & vehementer conturbarentur, Cesar su-

Manus fer-
rez.

Quo die An
tonius vi-
sus.

perior fuit, eo praelio navali ad quartum nonas Septembris confecto: quem diem, etsi mihi mos non est ita facidi, tamen propterea notavi, quod eo die penes vnum sareum summa rerum esse coepit, ut ex eo anni principatus eius numerentur.

DIONIS LIBER LI.

Cesar urbem adificavit in eoloco, in quo sibi Toriam pepererat, eamque Nicopolim appellavit: praeterea eum locum, in quo castra habuerat, locis quatuor pedum magnitudinem habentibus, truxit, ornavitque rostris navium quas ceperat ab hostibus: & in eo Apollini templum sine tecto fieri iussit. Agrippa in eo bello Casari magno usus fuit: nam Antony quasdam urbes evertit, in quibus habebat bellicos apparatus, & eius adversarios crebro vicit. Quo ob res ei atque Mecenati tantam potestatem detulit. Caesar in rebus omnibus, ut literas quasunque ad Senatum, vel ad alios mitteret, ipsi prius legere possent, ex eis quae vellent immutare: cuius rei causa annulus ab eo acceperant, quo literas obsignarent. nam duobus signis fieri iusserat, quibus eo tempore multum utebatur, quorum in utroque primo sphinx erat pariter impressa, sed postea in eis suam imaginem imprimi voluit: quibus signis omnia deinceps obsignavit usque, reliqui post eum Imperatores, praeter Galbam usi sunt. Nam is sigillo accepto a maioribus suis usus fuisse dicitur, quod habebat canem ex prova navis caput inclinantem.

Mecenas.

Duplex sigillum.
Sphinx.

MONA

MO

C

Cesar
lutam
plicab
eo colle
rum, n
ut va
statuis
se colle
ad se e
lies su
tibi d
patre
honor
ru de
eente
scrip
& la
mon
sunt
super
super
habe
dem
(ing

MONARCHIA AV- gusti Cæsaris.



ACTO prelio nauali, Antonius qui fugerat in Egyptum cum Cleopatra, ubi post aduentum Cæsaris ab amicis focysq; relictus est, mortem sibi cõsciuit, atque in sinu Cleopatra obiit.

Cæsar iam ceperat Alexandriam, & Cleopatram solutam à vinculis in custodia palatii retinebat. ea supplicabat Cæsari, ut ad se veniret, cupere se pauca cum eo colloqui. Deinde postquam Cæsar promisit se venturum, negligenter ornata in luctu & squalore erat: sed ita, ut valde venusta esse videretur: sedebatque in lecto, stans Iulij Cæsaris patris eius multis variisque iuxta se collocatis: cominebat etiam in sinu literas omnes, quas ad se olim Iulius miserat. Itaq; postquã Cæsar venit, exiliës subito rubore persusa: Domine (inquit) nã id nomen tibi datũ à dijs immortalibus, mihi ademptum est: vides patrẽ tuũ quẽadmodũ sape ad me venit: intelligis, quos honores mihi tribuit, & quomodo mihi regnũ Egypto rũ dedit. ut igitur (inquit) eum audias de me aliquid dicentem, accipe has literas, & lege, quas ad me sua manu scripsit. Hæc cum diceret, oculos cõiciebat in Cæsarem, & lamẽtabatur suauiter, utebatur molli & delicato sermone: interdum dicebat: Quid mihi ista tua litera prosunt Cæsar: mox addebat, Sed tu quidem mihi es in hoc superstes: ac rursum, Utinam (inquit) habuissem te superstitem: mox contrã, Sed hunc cum habeo, te certè habeo. Cæsar licet eam intelligeret, tamẽ dissimulabat, tandem verò oculis ad terram spectantibus respondit: Fac (inquit) bono animo sis õ mulier: nam tibi quidem certè

In Cleopatra sinu Antonius moritur.

nihil

Mors Cleo-
patræ.

Pſylli.

nihil accideret mali. Cupiebat eam *Cæſar* Romam adducere, ut nobilem *Cleopatram*, & omnium ſermone celebratam per triumphum duceret. idcirco eam bene ſperare iubebat, & curam eius habebat maximam, neque eam priuabat ſuo ſamulatu. Quam rem *Cleopatra* (quippe ſtolida non erat, ſed ſtrenua mulier & intelligens) cum eſſet facile ſuſpicata, pulcherrimam veſtem induit, ornatæque elegantiffimæ, ac in lectulo recumbens mortua eſt, aſpide ad ſe in urnula portata, vel ut quidam putant, brachio compuncto acu, qua ſolebat capillos ſuos criſpos facere: qua quod venenata eſſet, interitum ei percelerem attulit. *Cæſar* cognita morte *Cleopatræ*, grauiter & moleſtè tulit, voluitque corpus eius orare, præterea medicamenta parari, & pſyſſos adhiberi iuſſit, ſi forte poſſet villo pacto vitam ei reſtituere. Hi pſyſſi omnes maſculi ſunt: mulier enim pſyſſa eſſe non poteſt. Eorum ea vis eſt & poteſtas, ut queat ſubito venenum ſerpentium cuiuſcuſque generis ſugere, præſquam homo interierit, nec eorum morſu vulnerantur aut leduntur. Solent ex alijs pſyſſis naſci, atque infantem ſuos in hunc modum experiri, ut vel eos, ubi primùm nati ſunt, conijciant inter ſerpentes, vel faſcias eorum: qua res nihil nocet infantibus, à quorum etiam veſtibibus ſerpentes torporem concipiunt. Itaque Pſyſſi huiuſcemodi ſunt. Sed cum *Cæſar* nullo pacto poſſet efficere, ut *Cleopatra* reuiuſceret, eam eſt admiratus, atque eius miſericordia permotus, magnam animo moleſtiam cepit, quod in eius victoriæ laude & gloria priuatus eſſe videretur. Igitur *Antonius* & *Cleopatra* hunc finem habuerunt. *Cæſar* autem *Alexandrinis* pepercit propter *Alexandrum* conditorẽ eius urbis, & propter *Areum* philoſophũ, cuius opera utebatur in ſtudio philoſophiæ: ſed ut

verit

vera id fecit, ne graue dānum inferret tanta hominum
 multitudini, quae antea saepe seruierat vilitatibus &
 commodis populi Romani. Deinde voluit corpus Ale-
 xandri videre, viditq; & contrectauit, ita vt ferant na-
 sum illius ab eo paululum fractum esse. Sed cum Ale-
 xandrini in primis cuperent ei corpora Ptolemaeorum
 ostendere, ea non aspexit: Cupiui enim (inquit) regem,
 non mortuos videre. Qua de causa Apim quoque adi-
 re noluit, quod se deos adorare non boues diceret consue-
 uisse. Aegyptū vero tributariam fecit, eiq; praefecit Cor-
 nelium Gallum: nam eam Senatori concedere non so-
 lum non est ausus, sed neque Senatorem quenquam in
 Aegypto passus est commorari, nisi sicubi hoc ipse nomi-
 natim permisisset. Pecunia vero in Aegypto conflatā,
 partim ad milites peruenit, partim ea imperiū Roma-
 norum locupletatum est, & templa eorum ornata. Itaq;
 Aegyptus subacta est, quod futurum esse Dy ante mani-
 feste ostenderat. Nā in ea loca imber non solum aqua,
 sed etiam sanguis effluxit, in qua ne stilla aqua quidem
 antea ceciderat. Praeterea, draco mirae magnitudinis,
 vt primum ab Aegyptijs visus est, statim mirum in mo-
 dum sibilauit. Stella quoque visae sunt, quas Graeci Co-
 metas vocant. Apparuerūt etiam imagines hominum
 mortuorum, & simulacra deorū macta fuerunt. postre-
 mō ipse Apis mugitus ingentes & miserabiles edidit,
 ac vim lachrymarum profudit. Post hęc Caesar Romā
 venit, de quo multa amplissima & ornatissima decreta
 à Senatu facta sunt, quae commemorare non est necesse.
 Sed ante omnia gloriose triūphauit, & ornamenta Cleo-
 patra in templo posuit. Itaque Cleopatra licet bello victa
 & capta fuerit, tamen omnium sermone celebrata est: nam
 ea in templo Veneris aurea conspicitur. Caesar ob res fe-
 liciter

Cæsar cor-
 pus Alexan-
 dri vidit.

Aegypt^o tri-
 butaria,
 Cornelius
 Gallus.

Prodigia.

Apis.

Rinoceros.

liciter administratas cōplures dies festos egit: in quibus equus fluuiatilis, & rinoceros tunc primum introducti sunt in theatrum. Est autem rinoceros similis elephant cornu iuxta nasum habens, quamobrem hoc nomine appellatus est. Per id tempus M. Crassus per Graciam & Macedoniam ad Danubium missus est, ubi crebra praelijs Mysos & Basternas deuicit, Deldonemque regem eorum ipsemet occidit. Deinde Thraces subegit, ac Getas magnis affecit incommodis: cuius rei causa sari decernebantur honores amplissimi.

DIONIS LIBER LII.

Cæsar deliberavit de imperio deponendo.

Mæcenatis sententia.

Cæsar Censor cum A-

ITaque populus Romanus cum fuisset vel in ditior regni, vel in autoritate reipublicæ ac magistratuum septingentos quinque & viginti annos, rursum cœptis regiam potestatem venire. Quanquam Cæsar in deliberationem venit, & consultationem de armis deponendis, ac rebus omnibus senatui populoque Romano permittendis, eamque deliberationem habuit cum Agrippa & Mæcenate, cum quibus communicabat omnia arcana consilia. Ex his Agrippa consulebat iustum ut imperium deponeret, remque publicam restitueret. Mæcenas maiorem rationem habebat utilitatis, arbitrabat enim regnum iustum & legitime comparatum in primis conducere rerum magnitudini. Cæsar Mæcenati assensus est, magisque regnum confirmauit, sumptusq; nomen imperatorium, non illud quidem vetus quo parta victoria olim Imperatores appellabantur, sed hoc, quo significatur summum imperium, quod & Cæsari patri eius, filiisque, & deinceps nepotibus decretum fuit. Post hæc Censor factus cum Agrippa, Senatui correxit, non quod Senatorem quenquam mouerit Senatu, sed quod eos cohortatus sit, ut qui sibi conscii essent

fui g
ret:
per
ad
nisi
funt
prop
min

A
bat,
sign
acci
rege
mod
ut of
affici
nos a
ut e
min
char
to S
ca r
nisi
quoc
vim
deri
sam
Dū
mal

fui generis, aut ante acta vita, de se ipsi iudicium face-
rēt: præterea cauit, ne Senatores ex Italia, nisi iussu aut
permissu suo proficiscerentur: id quod etiam obtinet vsq;
ad hæc tēpora. Non enim ius est Senatoribus proficisci
nisi in Siciliam, aut in prouinciam Narbonensem. Pos-
sunt autem in has prouincias abire nō habita licentia,
propterea quod proxime sunt, & quod eas incolunt ho-
mines incermes.

DIONIS LIBER LIII.

A Grippa Caesar sororis suæ filiam in matrimonium
dedit, & quoties unā in castris erant, ei concede-
bat, uti simili tentorio uteretur: quinetiam ab utroque
signa militibus dabatur. Igitur confectis bellis ciuilibus,
accidit ut populus Romanus à Cesare bene & ratione
regeretur, eumque deinceps sapientissimi quique non
modo non oderant ut regem, sed etiam charū habebant,
ut optimum & præstantissimum virum. Urbem enim
afficiebat beneficijs quàm plurimis, quod partes eius rui-
nosas reficeret atque restitueret, quodque daret operam
ut esset optimus status ciuitatis. Præterea priuatim ho-
mines beneficijs sibi deuinciebat, ob eamque rem erat
charissimus. Quibus rebus confisus & ornatus, conuoca-
to Senatu, cepit agere de regno deponendo, ac Republi-
ca restituenda: tamen ei contra voluntatem accidit:
nisi id ei magis ex animi sententia dicamus euenisse,
quod ficta hæc fuerit & simulata postulatio. Nā qui per
vim & iniuriam regnum occupauerunt, cupiunt id vi-
deri sibi de voluntate ciuium esse delatū, ob eamque cau-
sam ad hanc delinitionem & simulationem procedunt.
Dū hæc Caesar petit conclamant omnes partim doloso &
malicioso consilio, partim timore adducti, qui eam rem
suspect

Caesar rēta-
uit regnum
deponere.

“

“

“

*suspectam haberent: nonnulli etiam ex animo, qui pu-
 lo erant prudentiores, principe deinceps opus esse, & quod
 eò spectabant, congregabant omnia, quorūque eum imp-
 rare coegerunt. Nam iam quibusdam odio erat populi
 principatus, quòd sepe seditionem faceret: tum eius
 Caesar placebat, & Reipublica commutatio. Itaque imp-
 runt stipatoribus Caesaris duplex stipendium dari eis
 quòd ceteri milites mererentur, ut se firmiter praesidio
 defenderet. Quo circa imperium eius hoc modo à Sen-
 tu populòque confirmatum est. Sed cum vellet populi
 ris videri, curam eorum quae publica erant, ad imp-
 tionemque suscepit, quae res ita postulare videbatur, ita
 negavit se omnibus nationibus et gentibus imperare
 le, easque, quibus imperabat, se in potestate perpetuo ha-
 turum. Igitur quarum gentium vires debiles erant & im-
 becilles, eas in Senatus reliquit potestate, quòd eas du-
 ret posse absque armis summo in ocio teneri, ac prae-
 Senatum ex imperio fructus maximos atque incun-
 simos esse capturum: potentissimas quasque gentes
 tenere statuit, ut quam plurimos labores, susciperet, &
 retque pericula propter ocium Senatus. Vere autem
 fecit, ut illi inermes & imbecilles essent, atque ut ipse
 matius secum milites haberet. Quanquam pro-
 post decem annos se non modo regnum, sed eas quoque
 uincias, quas ante a sortitus fuerat, relicturum, conce-
 rumque Senatui: tamen id non fecit, se elapsò eo tem-
 re, alterum decennium, eoque transacto, rursus ab-
 ei decretum est. Itaque saepe prorogato sibi decennio-
 gnum quandiu vixit, obtinuit: ex quo deinceps factum
 est, ut Imperatores omnes licet in imperio praesidio
 tempus non habeant, sed in perpetuum facti sint, tum
 decimo quoque anno diem festum celebrent, & sibi p-
 rōg*

*Quasdam sibi
 provincias
 retinuit.*

roger
 re fa
 bere
 facti
 ret, s
 tur,
 quod
 habe
 co in
 Imp-
 bet.
 man
 R o
 esse
 vsu
 tura
 hono
 eum
 gniss
 pera
 prop
 sum
 sunt
 pera
 pra
 colu
 mò
 mon
 trat
 aut
 faci
 faci

rogent imperium. Post hac complura decreta de Casare facta sunt. Decretum est enim, ut ante palatia sua haberet lauros propositas, ex quibus penderet corona quae facta esset ex quercu, quasi ipse hostes perpetuò vinceret, & ciues conseruaret. Porro regia Palatia appellantur, non quòd sint ita ex decreto aliquo nominatae: sed quòd Caesar habitabat in Palatio, atque ibi suos milites habebat. Domus enim Romuli Palatiũ dicebatur à loco in quo esset edificata. Quamobrem licet alibi habitet Imperator, tamen domus ubi habitat, Palatij nomẽ habet. Ad hac Caesar Augustus à Senatu populòque Romano cognominatus est. nam etsi Caesar valde cupiebat Romulus appellari, tamen sensit ob eam rem suspicionẽ esse ab se regnum affectari: non igitur amplius id nomen usurpauit, sed Augustus dictus est, quasi hominum naturam excederet. nã ea quae sacrosancta & in maximo honore sunt, augusta esse dicuntur. quamobrem Graeci eum σεβαστὴρ nominabant, scilicet cultu & honore dignissimũ. Cuius nominis appellatio quemadmodum Imperatoris, ad ceteros qui eum subsequuti sunt, pertinuit propter summum & amplissimum eorum imperiũ: nec sunt Reges aut Dictatores appellati, quae nomina semel sunt profligata è Republica, sed eorũ facta & potestas Imperatoris verbo continentur. Hanc autem vim habet si prà dicta vocabula, ut ex ijs possint conscribere milites, colligere pecuniam, inferre bella, pacẽ facere, ac postremò Senatoribus mortẽ afferre: sed quòd Cēsores sunt, de moribus nostris iudicium faciunt, censent populũ arbitrato suo, legunt in Senatum, & Senatu mouent. Quòd autem sunt omnibus sacerdotijs consecrati, eo pontifices faciunt, & sacris praesunt. Tribunicia verò potestas eos facit inuiolabiles: nam si quis eis maledicere, aut vim

Palatia.

Romulus.

Augusti appellatio.

Dictator.

Tribunicia potestas.

Imperato-
res solati le-
gibus.

Patris ap-
pellatio.

Difficile est
historiâ Im-
peratorum
scribere.

afferre visus fuerit, indemnatus ut sacrilegus occi-
tur. Igitur Imperatores his nominibus fulciuntur, om-
nia habere videantur concessu populi. Id verò sibi
pauerunt, quod antea ciuium Romanorum datum
nemini, ut soluti legibus esse dicantur: hoc est, omni leg-
necessitate liberati, nec ijs que scripta sunt subiecti. Ita
que dempta nominis acerbitate, regiam obrinent po-
statem. Nam Casaris aut Augusti appellatio nullam
eis potentiam tribuit, sed altero familia significatur
terro splendor dignitatis. Patris verò cognomen fortis-
eam eis potestatem in nos omnes dat, quam patres im-
beros habent. neque tamen propter imperium, sed reu-
rentiæ & honoris causa nominati sunt, ut quos in p-
testate habent, perinde ut filios diligant, & hi eos ut p-
tres revereantur. Igitur Respublica in meliore statu
ac magis salutarem commutata est: nam omnino serui-
poterat, ut ea, si apud populum fuisset imperium, si ali-
esset. Ceterum ea que deinceps gesta sunt, non possunt
eodem modo cum ijs que precesserunt, narrari, quod
tè ad Senatum & ad populum omnia referrebantur
cet procul accidissent. Ex quo fiebat, ut ea non solum
ta essent omnibus, sed etiam à multis scriberentur: ita
etiam ex annalium monumentis veritas conquire-
tur. Post vero magna pars rerum occultè geri & admi-
nistrari cœpit. Quòd si qua divulgata sint, idcirco
non habent, quia probari non possunt. nam omnia de
fieri ve putantur in gratiam Imperatorum, aut eorum
hominum, qui plurimum apud Imperatores possunt.
Itaque multa, que nunquam acciderunt, omnium
sermone celebrantur, multa quoque silentio pretereun-
tur, que acciderunt: cetera ferè narrantur aliter quam
facta sunt. Nam magnitudo Imperij efficit, & multi-
ta

tudo
perso-
& in
cer
dier
prose
tabo
tur e
sim
xi, e
digi
plan
qua
iri p
testa
rium
nius
non
omn
tem.
sulib
nato
quib
natu
lega
que
bil
rim
part
pleb
nei
tur.

tudo rerum gestarum, ut nequeant omnia accurate
 perscribi. Siquidem in vrbe multa quotidie penè sunt,
 & in prouincijs. quæ subiecta sunt imperio, ut ea nemo
 certò sciat, præter eos à quibus geruntur. plurimi ne au-
 dierunt quidem gesta esse. Quamobrem ea quæ restant
 prosequar, quomodocunque se habeant, sed ita uti ea pu-
 tabo accidisse, si quid præter ea quæ vulgò circumferun-
 tur ex ijs quæ legi, audiui aut vidi, nonnunquam pos-
 sim conyere. Postquam igitur Cæsar, ut paulò ante di-
 xi, Augustus cognominatus est, ei subito de nocte pro-
 digium non paruum extitit. Tiberis enim in aquis &
 planis locis vrbis ita stagnauit, ut in ijs navigaretur:
 qua ex re vates Cæsarem maiorem in modum auctum
 iri prædixerunt, urbemque omnino in eius futuram po-
 testate. Itaque Augustus ea quæ pertinebant ad impe-
 rium alacrius faciebat & diligentius, quasi id sibi om-
 nium consensu datum esset. Multas leges condebat,
 non suo consilio, sed eas ad populum ferebat, atque
 omnibus ijs qui possent, emendandi faciebat potesta-
 tem. præterea consultabat de multis rebus cum Con-
 sulibus & optimatibus: nam & sorte quindecim Se-
 natores adhibebat in consilium in sex menses, cum
 quibus nonnunquam ius reddebat. Quinctiam Se-
 natus per se iudicabat, ut antea, dabatque responsa
 legatis quorundam regum & populorum: populus quo-
 que ad magistratus eligendos congregabatur, etsi ni-
 hil fiebat contra Cæsaris voluntatem. Nam par-
 tim proponebat eos qui essent magistratus futuri,
 partim id more maiorum relinquebat in populi &
 plebis voluntate: sed tamen prouidebat, ne minus ido-
 nei, aut largitione facta, precibusve designaren-
 tur. Cùmque cuncta iniitò administrauerit in hunc

Senatus iu-
 dicabat.

Dion & Ioannes Xiphilinus.

Historia Romana Dionis amplissima & plurima volumina continens.

Cornelius Gallus se infert.

Largus.

modum, mihi de singulis dicendum est: id enim necesse esse nunc potissimum arbitror, quod res valde sunt à nostra memoria remota. quod ego non dico Dionis nomine, qui fuit Imperatorum Alexandri & Seueri temporibus, sed ut Ioannes Xiphilinus Ioannis patriarcha fratris filius, qui tempore Michaelis Imperatoris filij Duca ex multis libris Dionis hanc Epitomē composuit. Igitur cum Augustus rebus bene administratis, & latis legibus magnam gloriam consequeretur, Cornelius Gallus cui fuerat Ægyptus commissa, propter magnitudinem honoris cœpi omnibus modis iniuriam facere. nã & uana quedam conuicia iactauit in Augustum, & suas fratras in omnibus sc̄re partibus Ægypti collocauit, iussitque res ab se gestas in pyramidibus inscribi. Is à Largo amico suo accusatus magno dedecore affectus est, & suis facultatibus priuatus: quæ cum decreto Senatus ad Cæsarem peruenissent, mortem sibi cōsciuit. Quo factō multum in partes Largi transierunt, quod ipsum augeri uidebant: in quibus tamen non fuerunt optimates. Nam Proculus, cum primum ei factus esset obuiam, cœpit res suas & os manu occludere, atque ita significare, qui aderant presentes, tutum non esse corã eo respirare. Præterea alius quispiam ad eum accessit cum testibus, tametsi erat incognitus, eumque interrogauit, an se cognosceret: & cum ille negasset, iussit id responsum in bello scribi, quasi non liceret homini quantumuis improbo calumniari eum, quem antea nunquã uidisset. Augustus Astures uicit, & Cantabros gentes Celticas, opera Terentij Varronis & Titi Carisij, cepitque multa oppida earum gentium, propter quas cum templū Iani apertū fuisset, ab eo clausum est, quod omni ex parte pacem Romanis peperisset. Idem postquam domus, quæ

Am

Antony antea fuerat, post Agrippa, ac Messala data, deflagrauit, Messala aliam dedit, & Agrippam apud se habitare iussit. Per id tempus Publius Seruilius Prator percelebre nomen habuit, quod trecentos vrsos, totidemque alias feras Libycas occidisset quibusdam ludis. Senatus Cesarem, à quo magno honore afficiebatur, communicato saepe consilio rerum gerendarum, mutuo colebat, eumque ut Imperatorem decreto liberauit omnibus legum vinculis, ut ea quae vellet faceret, & ab ijs quae nollet abstineret. Hac cum Roma gererentur, alia expeditio populi Romani eodem penè tempore principium & finem habuit. Cum enim Largus praefectus Aegypti exercitum duxisset in Arabiam, quae Felix nominata est, in qua Samo regnum obtinebat, principio nemo omnium eius regionis ad bellum processit, sed solitudo, sol, & aquae, quarum natura molesta erat, Largo magnam cladem attulerunt, cuius magna pars exercitus interijt, non quidem vstituto morborum genere, sed quodam alio, qui cum caput inuasisset, ipsumque aridum relinqueret & exiccatum, subito opprimebat & agrotantes: vel cum peruagatus esset ceteras partes corporis, descendeat in crura, eaque maxime affligebat. Huic morbo remedium non erat, praeter oleum cum vino mixtum, quod vel agrotus potaret, aut eo ungeretur, cuius tamen copia non erat: propterea quod neque regio ferret, neque ipsi secum multum apportarent. Itaque barbari in eos quos valde laborare intelligerent, irruptionem fecerunt. Nam primum quidem congressi inferiores fuerant, & quaedam loca amiserant: post vero, morbi qui Romanos premebat auxilio vsi, non modo sua receperunt, sed eos quoque qui super fuerant, expulerunt è suis finibus. Hi Romani primi, & ut ego arbitror, soli longissime bel

Publius Seruilius Prator.

Largus.

Sabos Dionii.

* Athlula
est apud
Dionem.
Valerudo
Augusti.

Antonius
Musa.

Marcellus
moritur.

li gerendi causam hanc Arabiam progressi sunt: per-
uenerunt enim ad ea loca celebrata, quae * Epibula ap-
pellantur. Augustus cum antea sepe in graues morbos
& periculosos incidisset, tum rursus factus XI. consul
cum Calpurnio Pisone, vehementer egrotauit, ut nul-
lam spem haberet salutis. Itaque quasi esset paulo post
moriturus, omnia constituit, conuocatis magistratibus &
principibus ciuitatis: & quanquam omnes sperabant
Marcellum in hac re omnibus praepositum iri, tamen
nullum successorem reliquit, sed cum apud eos nonnulla
differuisset de Repub. libellum Pisoni Consuli dedit, in
quo scripta erant copia & redditus ciuitatis. Annulum
Agrippae tradidit. Sed cum ita egrotaret, ut ne quicquam
facere eorum quae sunt in primis necessaria,
Antonius Musa eum frigidis quibusdam potionibus
& lauacionibus curauit, ac seruauit incolumem. Quam-
obrem Caesar magnam ei pecuniam dedit, concessitque
ius aureorum annulorum: (erat enim libertus) nec se-
lulum ei, sed etiam ceteris omnibus, qui eandem artem pro-
fiterentur, vel essent in posterum professuri. Sed oportet
bat nimirum Musam, qui fortune, aut (ut ipse sentio)
Dei opus sibi ipsi adscribebat, è vestigio redargui. Mar-
cellus enim cum non multo post egrotaret, atque eodem
modo à Musa curaretur, mortuus est. Mirabantur
omnes cur (esar noluerit Marcello imperium relin-
quere (is ex posteris at Marcelli eius qui cum Anni-
bale pugnauerat) quem ut generum & nepotem charum
habebat, tantisque afficiebat honoribus, ut cum is esset
Edilis, voluerit tota aetate forum cortinis supra co-
opertum esse. At in hac re nondum ingenio adolescentis
satis confidere videbatur: sed vel reddi populo libertatem
volebat, vel Agrippam concessu populi imperium

obtinere: quippe sciebat eum apud omnes esse charissimum. Posteaquam conualuit, intellexitque Marcello ob eam rem non satis cum Agrippa conuenire, statim Agrippam in Syriam misit, ne forte inter eos fieret dissidium ac dissensio. Agrippa tamen Roma subito profectus non peruenit in Syriam, sed cum consideratius temperantiusque faceret omnia, illuc legatos misit, ipse in Lesbo remansit. Quod autem postea factum est à Casare, valde approbatum atque laudatum est. nam Lucium Sestium Consulem in suum locum designauit, etsi antea Bruti partes semper sustinuerat, ei que militia affuerat, atque tum adhuc memoriam eius libenter usurpabat, & statuas habebat, ac eum ornabat laudibus.

DIONIS LIBER LIIII.

PRæterea Casar cum à populo Dictator crearetur, cogere turque parere oblatus quatuor & viginti fascibus, vestem discidit, quo facto rectè inuidiam & odium nominis declinauit, quamuis honore atque autoritate Dictatores antecelleret. Cùmque M. quidam Primus Prætor Macedonia bellum Odrysis intulisset, diceretque in iudicio nonnunquam, se de sententia Augusti, nonnunquam, de Marcelli voluntate id fecisse, Augustus ultro in ius venit: deinde à Prætore interrogatus, an Primo bellum gerere præcepisset, negauit: cùmque Licinius Murena patronus & defensor Primi multa in Casarem maledicta iaceret, cùmque ita rogaret: Quid igitur hic facis, aut quis te accersiuit? tantum respondit, se vocari à Republica venisse. Iisdem temporibus Æthiopes qui ultra Ægyptum incolebant, usque ad urbem que Elephantina dicitur, progressi duce ac presente Candace regina, omnia que fierent obuiam, vastabant.

Primus.

Candace.
Petronius.

Quo cognito Caius Petronius praefectus Aegypti contra eos contendit: illi regredi coeperunt, seque in fugam conijcere. Petronius eos in itinere consecutus, atque in patriam eorum attractus, cum ijs praelium feliciter commisit, cepitq; Tanapem urbem regiam, quam retinuit relictis in ea praesidijs. Nam cum nollet progredi togius, nec posset in ea regione diutius remanere, regressus est. Interim Aethiopes praesidia à Petronio relictà adorti sunt: quamobrem ipse exercitum reduxit, suosque liberavit, atque Aethiopes domum compulit. Sed cum Augustus in Sicilia praefectus esset, populus in creandis Consulibus seditionem fecit. nam etsi exigua erat populi potestas, tamen ubi populus dominium habebat, ciues salui esse non poterant. Hanc ob causam Augustus indignatus, quod Romae semper esse non posset, nec eam aude ret sine praefecto relinquere, Agrippam accersiri iussit, eique Iuliam qua tum vidua erat, uxorem dedit, deinde eum Romam misit. Ferunt Mœcenatem id consilium Caesari dedisse, propterea quod Agrippam tot tantisque honoribus auxisset. Nam eum, inquit, generum tuum esse, aut interire necesse est. Postquam transijt in Graciam, Lacedaemonijs magnos honores tribuit, quod Livia, cum fugeret olim cum Nerone viro suo, apud eos commorata fuerat. Athenienses verò multis incommodis affecit, atque ijs Aeginam ademit. Cyricenos autem, & alias ciuitates, quae contra quosdam ciues Romanos nonnihil videbantur commisisse, in seruitutem adduxit. Phraates per id tēpus metuens ne Caesar contra se exercitū duceret, captiuos ad eū remisit, & signa militaria quae à Crasso acceperat: quae ex re Caesar gloria esse rebatur, quod absq; labore recuperasset ea quae alij magnis praelijs amisissent: ob eā causam sacra fecit, atq; omnia urbem

Iulia filia
Augusti A-
grippæ nu-
psit.

Aegina.

Phraates si-
gna & ca-
ptiuos red-
dit.

urbem
praefectus
contra
genitum
ad a
non
quae
di q
conf
ra fi
sunt
est, q
uteb
ba c
scrib
pore
per
igne
com
mar
urbem
enim
stus
toque
exh
ipse
num
liber
erat
tum
ac p
rita

urbem ingressus est. Tum laudabatur, quòd sibi nihil præterea acquirendum esse putaret, quòdque statueret contentus esse rebus præsentibus. Cum esset in Asia, regnâque & principatus partim alijs cõfirmasset, partim ad alios transtulisset, condemnatis quibusdam regibus, nonnullis etiam laudatis, atque in amicitiam receptis, quàm plurima legationes ad eum venerunt. Nam Indi qui antea quoque legatos miserant, tunc amicitiam confirmauerunt datis muneribus, in quibus præter cætera fuerunt tigres, quæ tum primum à Romanis visæ sunt: præterea adolescentulus absque humeris ei datus est, qui pedibus perinde ac manibus in rebus omnibus utebatur: pedibus arcum tendebat, mittebat sagittas, tuba canebat, id quem admodum faceret, nescio, tantum scribo quæ versantur in sermone omnium. Eodem tempore Zamarcus Indus sophistes, siue gloria cupiditate permotus, siue senectute, ut est mos regionis, viuis se in ignem coniecit. Casari Romam redeunti Romani se comparabant, ut obuiam procederent: sed is de nocte Romam aduectus est, ut semper consueuerat, cum vel in urbem introiret, vel ex urbe proficisceretur. studebat enim diligenter clam utrunque facere, ut nemini molestus esset. Cum autem vellet Senatores pauciores esse, certoque & definitio numero cõtineri, plerisque molestiam exhibuit, tum ei à permultis insidia paratæ sunt: atque ipse coegit permultos sibi mortem asferre: in quorum numero fuit Murena, qui cum eo olim constanter & liberè se gesserat: quosdam alios condemnauit, in quibus erat filius Lepidi: Lepidum verò patrem tractauit contumeliose, quem inuitum rure iussit in urbem venire, ac postea semper in conuentus adduxit, ut propter auctoritatis & dignitatis commutationem maiore in iuriam

Indorù legati.

Adolefens absque humeris.

Zamarcus Indus, Zamarcus Dio habet.

Senatorum numerus diminutus.

Antistij de
Czfare di-
ctum.

Liuz obno-
xius Czfar.

Pylades.
Bathillus.

Vxor Mæce-
natis.

Cetus.

sustineret, essetque ludibrio & despectui. neque vero in-
sit eñ interfici, neque ei, cum Pontifex esset, pontificatum
ademit, quandiu vixit. Cum autem haberetur sermo in
Senatu, ut Senatores Augustum vicissim custodirēt,
Antistius qui repugnare non est ausus, sed neque vole-
bat acquiescere: (is erat homo nobilissimus) Sterto, in-
quit, quamobrem nequeo apud Casarem excubare. hinc
Cesar, etsi alia contra voluntatem eius fecerat, tamen
non puniuit. Cum autem de ornatu mulierum, & vir-
rum continentia precepta dare conaretur, irrisus est,
quod propter ea que domi sua fiebant non haberet de
ijs rebus loquendi libertatem: cum multis enim rem habe-
bat: Liuia q̄, quā vino marito eius duxerat, erat, ut aiunt,
subiectus. Itaque adducto ad se adolescente, qui duxe-
rat in uxorem eam cum qua adulterium commiserat,
eoque grauius accusato, Cesar in dubitationem venit,
quod neque auderet id facinus negligere, neque in ad-
lescentem animaduertere, tamen ita respondit: Seditio-
nes, inquit, nobis attulerunt multa & graua incommo-
da, que recordari non est necesse, quare provideamus
posterum, ne quid huiusmodi committatur. Florebant
per id tempus Pylades & Bathillus saltatores, propter
quos cum saepe fieret populi concitatio, Cesar Pyladi tra-
tus est. At ille dixisse fertur: Id tibi quidem conuenit
Cesar, populum propter nos occupatum & distentum
esse. Ceterum consuetudine Mæcenatis propter uxorem
eius nō perinde delectabatur, ut antea: nam Augustus
eam vsque ad eō diligebat, (ei Terentia erat nomen) et
ea aliquando sit ausa cum Liuia de pulchritudine con-
tendere. Sub id tempus cetus latitudine pedum xxxiiij.
plicata vero longitudine, atque in omnibus præter caput
mulieri similimus, ex Oceanano in Celticam venit. Li-
cinius

cin-
Ga-
cia-
na-
bit-
à G-
Ga-
gra-
bat-
der-
ctu-
cap-
sit-
plic-
ei q̄-
alia-
mo-
tua-
di o-
cer-
nisi-
bar-
ris-
iux-
nu-
mo-
riu-
Lu-
rat-
rat-
cta-
eos-
sub

cinus quidam Iulij Caesaris libertus, quem Augustus Gallis praefecerat, adductus barbara & immani auaricia, prae ditiſq; Romana dignitate, Gallis plurima danna & detrimenta attulit. Tanta enim fuit eius improbitas atq; peruerſitas, ut cum ſolerent ſingulis menſibus à Gallis tributa coſerri ipſe XIII. meſes fecerit. Huc cum Galli vehementer accuſarent apud Caſarem, ferrētq; grauiſſe, Caſar partim eis concedebat, partim excuſabat Licinium: quaedam negabat ſe ſcire, nonnulla ſe credere diſſimulabat, cetera occultabat, pudore ſcilicet affectus, quod eum hominē Gallis praefeciſſet. Sed Licinius capto aſtuto & callido conſilio omnes irriſit: nam ut ſenſit Auguſtum ſibi iratum & offenſum eſſe, ac de ſe ſupplicium ſumptum iri, eum in domum ſuam introduxit, eiq; theſauros oſtendit, magnam vim argenti & auri, aliaq; permulta cumulate in eum locum congregata: mox inquit, Domine, haec omnia coegi & coarceruauitua & populi Romani cauſa, ut ne nationes huiusmodi copioſe & locupletes abſte deſicerent: omnia quidem certe tibi ſeruauit, eaque in praſens do. Itaque Licinius ſaluus euasit, quaſi in gratiam Auguſti vires barbarorum eneruaſſet. Caſar Tiberiū & Druſum uxoris filios contra hoſtes miſit. Hi vicerunt barbaros qui iuxta Danubium, & Germanos qui prope Oceanum incolunt: poſtea Druſus admodum adoleſcens mortuus eſt. Tiberius diu vixit, accepitque imperium Auguſti: quanquam Auguſtus Caium & Lucium (quos Iulia filia ſua ex Agrippa pepererat) imperatores fecerat, & filios ſibi eos, adoptauerat, quò minus ſibi inſidia pararentur: nec enim expectauit, dum ad virilem aetatem peruenirent, ſed ſtatim eos ſucceſſores imperij renūciauit: quoniā thoracē quem ſub veſte gerebat, etiā cum in Senatu veniret, putabat

Licinius libertus Iulij Caesaris.

Conſilij Licij aſtutiſſimum.

parum sibi profuturum, tamen si ciues Romani adducti beneuolentia ad eum incunte anno uenerat, argentumque omnes dederant, dispari tamen numero: ille quoque tantundem, aut plus eo non modo Senatoribus, sed etiam reliquis omnibus reddiderat. Tanto enim amore erat in amicos inflammatus, ut cum Macenas & Apuleius male audirent in iudicio, quod adulteri cuiusdam patroni & defensores essent, ipse in ius uenerit: ac cum sedisset in tribunali pratoris, nihil quidem admisit grauius, sed accusatori interdixit, ne amicis suis propinquo conuicium faceret, atque inde statim surrexit. Cum autem Cornelium quendam de uita uxoris accusaret, is in Senatu respondisset, se de uoluntate & consilio Caesaris eam duxisse: ira uehementer incitatus, nihil dixit acriter, nihilque fecit acerbe, sed statim exiit e Senatu, ac paulo post reuersus: Malui, inquit ad amicos, hoc facere, quamuis rectum non fuerit, quam hic manere, coactus maleficum aliquod committere. De Vedio uero Pollione, qui mortem obiit iisdem temporibus, mentionem faciam, quamuis nihil memoria dignum fecerit: quippe libertino patre natus erat, tamen quod maximas opes habuit, & eius est nobilitata crudelitas, solet nomen eius historijs mandari. Porro autem molestum esset omnia quae ab eo dicta sunt aut facta, commemorare: sed in piscina murenas habuit, quae carnibus humanis uescerentur, eisque seruos proposuit, de quibus uoluit supplicium sumere. Itaque cum Augustum conuiuiam accepisset, pincernam qui forte scyphum crystallinum fregerat, muranis offerri iussit. Augustus, cuius ad pedes puer supplex iacebat, primum conabatur ei persuadere, ne id faceret: sed dum ille non obtemperat, Affer, inquit, ad me cetera pocula quae sunt huius generis, et reliqua omnia

Cornelius.

Vedij Pollionis crudelitas.

Muræne carnis humanis uescuntur.

qua

quæ preciosa habes, ut ego quoque ijs uti possim: post ubi allata sunt, confringi iussit. Tum Pollio, ut cui maior terror iram unius poculi causa conceptam excussisset, inuitus conqueiuit. Idem postea moriens Augusto domum suã, & eam villã cui Pausilypũ nomẽ est, quæq; est inter Neapolim & Puteolos, reliquit. Sed domum Vedij Augustus, ut memoria nominis eius ex vrbe deleteretur, funditus euertit, atque in eo loco porticũ nomine Liniæ edificauit. Idem cum in complures alia locos, tum in Hispaniam & Galliam multas colonias deduxit, extruxitque templum Quirino LXXVI. columnis ornatum, cumq; ita tot annos vixisset Caesar, visum est quibusdam id ei non casu & fortuito, sed iudicio deorum immortalium, & fato quodam euenisse.

Pausilypũ.

Porticus Liniæ.
Templum Quirini.

DIONIS LIBER LV.

DRusus autem Tiberij frater missus contra Celtas qui trans Rhenum incolunt, captis rebus omnibus quæ factæ essent obuiam, vsque ad Albim fluiuium est progressus, qui à Vandalorum montibus maximus in eum Oceanum influit, qui spectat ad Septentriones. Ibi quadam mulier inusitata magnitudine fertur ei occurrisse, atque ita dixisse: Quò pergis Druse cupide & inexplabilis? non enim potes hæc omnia ex fatis videre: quamobrem recede, nam tibi iam adest exitus vitæ, & rerum tuarum omnium. Itaque Drusus cum celeriter reuertetur, tamen in itinere morbo extinctus est. Tum Liniæ statua posita sunt consolandi eius causa, eaque in numero matrum, quæ tres liberos peperissent, scripta est. Lex enim antea quidem ex Senatus, nunc autem ex Imperatoris autoritate eadem iura beneficij loco tribuit quibusdam mulieribus, quæ data sunt ijs quæ ter pepererint, ut non subijciãtur pœnis steriliũ, sed eis omnia fere

Albis fluiuius.

Mulier Drusum increpat.

Mors Drusi.

Ius trium liberorum.

†Vide anno
rata in Dio
nem.

Autoritas.

ferè premia tribuantur, quæ mulieres fecundissima consequuntur, quæ non modo sunt hominum, sed etiam deorū inuēta, ut accipiant si quid à morientibus sibi relictum fuerit. id enim huiusmodi est. Cæsar nomina Senatorum omnium scripta in albo proposuit, quod ex eo tempore quotannis fieri solet, iſq; qui sine causa desissent in Senatum venire, multam auxit: post verò quoniam iam solebant impunes relinqui propter magnam multitudinem eorum qui in pœnam inciderent, iussit quoties multi deliquissent, ut inter eos sortes ducerentur, quibus ductis, quintus quisque pœnas persolueret. Senatores etiam absente Cæsare consultabant, scribebanturque eorum sententia, neque tamen vim Senatusconsulti habebat, aut rata erat, sed tantum Autoritas Senatus dicebatur. nimirum ut tamen Senatorum sententia nota esset: nam ea est verbi significatio, quæ Græcè vno verbo exprimi non potest. In primis cupiebat popularis esse: itaque cum quidam qui commilito ipsius fuerat, egeret eius patrocinio, principio quod sibi per ocium non liceret, cuidam ex amicis precepit, ut causam eius defenderet: sed cum commilito indignatus ita respondisset, Ego verò quoties tibi necessaria sunt opera mea neminem ad te misi. sed præsens ipse tua causa pericula suscepit: tum ei Cæsar aduocatus venit. Cumq; quispiam amicus eius reus esset factus, ei ipse patrocinatus est, re prius cum Patribus communicata, eumque seruauit, nec solum accusatori non est iratus, cuius fuerat magna in accusando licentia: sed etiam eum, cum morum rem citaretur, absoluit, dixitque propter multorum hominum nequitiam, eam libertatem loquendi necessariam esse: de his verò supplicium sumpsit, qui nunciabantur ipsi insidias fecisse. Cum autem non liceret quæstionem haberi

habere de seruo contra dominum, constituit, quotiescum
 que id usu veniret, ut is seruus vel Republica vende-
 retur, vel sibi: atque ita, cum non esset amplius in rei
 potestate, torqueretur. Quamobrem eum alij accusabāt,
 quod futurum esse diceret, ut domini mutatione lex ab-
 rogaretur: alij contendebant id esse necessarium, quod
 multi bis de causis in ipsum Augustum, ac magistra-
 tus conspirarent. Post hac imperium, quanquam iam
 ab se depositum esse dicebat, scilicet praterito altero de-
 cennio, rursus tamen inuitus suscepit. Mensem sexti-
 lem, etsi mense Septembri natus erat, Augustum cogno-
 minauit, quod tum primum Consul esset factus, quodq;
 sibi in eo multas magnasque victorias peperisset: de qu-
 bus rebus omnibus maximè gloriabatur. Sed ei mors
 Mæcenatis magnum & acerbum dolorem commouit.
 nam is cum multum ceteris in rebus prodesset Casari,
 tum verò, quoties paulo vehementius irascebatur, iram
 eius placabat atq; leniebat: idq; ex eo licet animaduer-
 tere, quod cum Caesar aliquando ius diceret, adessetq;
 Mæcenas, ac prouideret eum multos mortales condem-
 naturum, conatus est reiectis ijs qui circumstantabant, ad
 Casarem proxime accedere: sed cum non posset, ad eum
 scripsit in hæc verba: Tandem aliquando surge car-
 nisæ: deinde quasi aliud scriptum esset, epistolam
 ei in sinum coniecit: ita Caesar, nomine capitis con-
 demnato, statim surrexit: tantumq; absuit, ut ex ea re
 molestia ceperit, ut grauisus sit maximè se, quoties supra
 modum irascebatur, coactus vel natura sua, vel rebus ne-
 cessarijs, libertate ac licetia amicorū corrigi. Mæcenas
 quauis propter uxore indignatus esset, tamen eum hære-
 dè reliquit. Hic primus balneū aquæ calidæ in vrbe con-
 struxit, primisq; quasdā notas literarū inuenit ad cele-
 riter

Quæstio de
 seruo cōtra
 dominum.

Sextilis Aug
 gustus.

Mæcenatis
 amici ad-
 monitione,
 Cæsar sæpe
 numero ad
 meliorē mē-
 tem est re-
 uocatus.

Mæcenas.

Mæcenas
 inuentor
 notarum.

Angiportuū
in vrbe cu-
ratores.

In consules
qui potissi-
mū creādi.

Tiberio Tri-
bunus ple-
bis.

Præfeti præ-
torianorū
ab Augusto
creati.

riter scribendum, easque complures per Aquilam li-
bertum docuit. Eodem tempore propter incendia facta
nonnulli curatores angiportuum à plebe cōstituti sunt,
quos Græci *ἄγγυραρχοὶ* vocant. His toga uti magistra-
tuum, & lictores duos habere in ijs angiportubus qui-
bus præsunt, datum est. Caesar propter Caium & Lu-
cium, quos Agrippa ex filia eius susceperat, non solum
quòd petulanter viuerent, sed etiam quòd essent ad-
temerarij, ut Caius nondum adolescens Consulatum
petierit, graui dolore affectus, precatus est, ne unquam
inciderent huiusmodi tempora, in qua olim ipse incide-
rat, ut minor xx. annis Consul fieret: cūque ad hoc
instaret, respondit, id imperium deferendum esse ei quòd
nihil peccaret, quicquid posset cupidatibus populi Romani
obstiteret: deinde ut eos modestiores efficeret, Tiberio Tri-
buniciam potestatem dedit in quinquennium, etque
Armeniam, qua alienata erat à populo Romano, re-
tribuit. Caterum id factū eò recidit, ut omnes istos Au-
gustus offenderet, dum illi se negligi putabant, dumque
Tiberius eos metuebat iratos: qui ob eam causam Rhe-
dum se contulit, quasi doctrina opus esset & studijs litte-
rarum, eoque non modo non duxit alienos, sed neque si-
milares omnes, ut celerius omnino conspectum, factūque
Lucij & Caij vitaret: vel ut quidam dicebant, propter
Iuliam uxorem, quam ferre amplius non poterat: eam
enim Romæ reliquit. Augustus autem cū infinita ef-
set populi multitudo, cui frumentum dabatur, eam re-
degit ad hominum ducenta millia, & ut à quibusdam
dictum est, populo viritim sexaginta denarios dedit.
præbuitque spectacula, aqua in Circum Flaminiū
introduceta, in quo sex & triginta crocodili interfec-
ti sunt. Tum primū duos præfectos Prætorianorum
creati

creauit: nam ita mihi nominãdi sunt, cum iam hoc verbum in vsum venerit. Porro lasciuia Iulia tanta fuit, vt in foro, atque adeo in rostris nocturno tempore comestationes ageret, & compotaret. Quam Caesar vt tandem deprehendit, grauiter iratus est: nam & antea suspicabatur eam minus pudicè viuere, etsi pro certo non habebat, propterea quod ij qui principatum tenent, omnia potius, quàm ea quæ ad se spectant, intelligunt: vtq; non possunt clam suos quicquam agere, ita suorum facta nunquam optime percipiunt. Ob hanc causam Caesar vsque adeo commotus est, vt iram domi sua continere non potuerit, sed rem omnem detulerit ad Senatum. Iulia in Pandateriam insulam finitimam Campania relegata est, eamque est Scribonia mater sponte consecuta. Ij qui cum ea rem habuerant, Iulius Antonius, qui spe regni id fecerat, cum quibusdam alijs viris illustribus occisus est, reliqui sunt in insulas relegati. Sed cum alie quoque mulieres permulta accusarentur de iisdem sceleribus, non omnes accusationes admisit, sed tempus præstituit, vt de ijs quæ antè facta essent, non quereretur: & cum erga filiam nulla clementia vsus esset, dixissetque se male patrem Phœbes, quàm illius fuisse, cæteris pepercit. Erat Phœbe liberta Iulie & socia, quæ mortem voluntariam sibi consciuit, & ob eam rem ab Augusto laudata est. Cum Caius ad bellum contra Armenios missus esset, Tiberius in Chium venit, cumque in magno honore habuit: nec solum Caio humilem se præbuit, sed etiã cæteris omnibus qui cum ipso erant, submissus fuit. Cum autem Phraates rex Parthorum de pace ad Casarem literas misisset, Casarque Phraati simpliciter sine regis nomine rescripsisset, iussissetque de Armenia decedere, Phraates non solum non est timore perterritus, sed

Iulia.

“

“

“

“

Pandateria
Scribonia
mater Iulie.

Phœbe.

Caius.

Tiberius.

Phraates.

Rex regū. *etiam ad eum rescripsit arroganter. seque regem regū, illum tantum modo Casarem appellauit. Tamen in gratiam reditum est, postquam Phraates Caium in Syria adesse expertus, domesticamque seditionem ob sui odium veritus, Armenia cessit. His peractis rebus, defunctusque Lucio & Caio, factum est ut Tiberius Rhodo in urbem redierit. is propter stellarum cognitionem erat vates exercitatusissimus, habebatque Thrasyllum virum in astronomia peritissimum, qui sciebat optimè quid sibi atque alijs esset euenturum. Nam ferunt Tiberium aliquando statuisse Rhodi Thrasyllum è muro precipitare, quod si solus omnes cogitationes eius cognosceret: sed ut eum ma-
 stum esse animaduertit, rogauitque causam mœrorum, atque is respondit se periculi cuiusdam suspicionem habere, Tiberium admiratum, quod proposuerat, non facisse. Sic enim omnia certò sciebat, ut cum procul vidisset nauem in qua nuncius vehebatur, quem de reditu in urbem mater & Augustus ad Tiberium mittebat, statim quod ille nunciaturus erat, prædixerit. Lucij autem & Caij corpora tribuni militum cum primarijs singularum ciuitatum Romam tulerunt: scuta quoque aurea & hasta, quas ineunte adolescentia acceperant ab equitibus Romanis, in curia reposita sunt. Augustus cum esset aliquando dominus à populo nominatus, non solum vetuit ne quis se appellaret eo nomine, sed etiam id cauit diligenter. Tertio autem expleto decennio, quartum imperium inuitus suscepit: quod sententia mitior iam ac minus ad offendendos Senatores procliuis factum, nolèbat cuiquam insensus esse. Palatio incendio consumpto cum multi ipsi multa offerrent, nihil accepit præter aureum à singulis populis, & à priuatis denarium. Aureum appello more Romano generum*

Thrasyllus
mathema-
ticus.

Hasta.

Nomen Do-
mini.

Incendium
palatii.

Aureus nū-
mus conti-

more

moneta, quinque & viginti denarios continens: eundem Græci quidam quorum libros propterea legimus, quod Attici sunt, χρυσόον appellat. Augustus restitutum palatium omnino publicavit, vel propter stipem quam à populo acceperat, vel quod pontifex erat, ut in publico simul & privato habitaret. Instabat populus Augusto, ut filiam suam restitueret. is respondit, citius ignem cum aqua commisceri posse, quam illam restitui. Itaque populus multum ignem in Tiberim coniecit, sed tamen nihil egit, quanius eum postea coegerit, ut saltem eam ex insula in continentem reduceret. Casari multi insidias fecerunt, atque in primis Cneus Cornelius Pompeij Magni ex filia nepos: quos cum nollet occidere, propterea quod morte eorum non magis se securum esse intelligebat, quam liberare, ne ob eam rem ceteros contra se incitaret, ad eum in magnam dubitationem venit, ut dies noctesque curis angeretur. Itaque Liua eum interrogare coepit, Quid hoc rei est mi vir, quam obrem non dormis? Tum Augustus, Ecce quis posset, inquit, mea uxor vacuo animo esse, cui tot perpetuo inimici sunt: an non vides, quot homines mihi & principatui insidias parent, quos non modo non deterrent damnatorum supplicia: sed contra, tanquam spe alicuius boni proposita, ceteri ad immaturam mortem contendunt. Liua postquam hæc audivit. Mirum non est, inquit, quod tibi insidia parentur: partim quod alienum non sit ab humana conditione, partim quod in tam magno imperio multa facias, ex quibus par est plerisque molestiam capere. Princeps enim non solum non potest omnibus placere, sed etiam quantumvis recte imperet, ei multos irasci necesse est. Neque enim tam multi homines iusti sunt,

net drachmas viginti quinque.

Reducitur Iulia.

Hortatur & admonet Liua Augustum.

„ quam *ij* qui volunt iniuriam facere, quorum cupidita-
 „ tes expleri non possunt. Boni autem viri & virtute pri-
 „ diti, partim multa & ea quidem magna expetunt, quae
 „ non possunt assequi: partim cum habeantur alijs infe-
 „ riores, moleste ferunt: ob eamque rem utriusque culpam
 principem conyiciunt. Itaque damnum quod ab his in-
 fertur, & ab *ijs* qui non te, sed regnum tuum inuadunt,
 vitari nullo modo potest. Etenim si cuius priuatus esse,
 nemo tibi iniuriam faceret, nisi qui prius a te iniuriam
 „ accepisset. Regnum autem atque eius commoda magis
 „ expetunt *ij*, qui potentiam aliquam habent, quam qui
 „ egentiores sunt: quod etsi est improborum hominum atque
 amentium, tamen ut cetera vitia, ita hoc quoque natu-
 ra comparatum est, quae ex quibusdam hominibus nulla
 oratione, nullo metu possis extirpare ac tollere: neque
 „ nimis lex vlla, aut timor plus potest, quam ea quae mortali-
 „ bus a natura tributa sunt, quae omnia si animum tuum
 „ induces, contemnes ceterorum vitia, teque maioribus
 praesidijs ac imperium tuum firmabis, ut id non multo-
 rum supplicijs, sed fida & diligenti custodia teneamus.
 Respondet Augustus. Ad haec Augustus respondit, Scio, equidem, inquit, metu
 vxor, cum omnia quae praecleara sunt, tui in primis sum-
 mum imperium inuidiam habere, nec tutum unquam
 ab insidijs esse. Nam nisi cura nostra, timores & neg-
 cia maiora essent, quam priuatorum omnium, profecto
 dijs omnino aequales essemus: quae res eò mihi maiorem
 molestiam affert, quòd ita fieri necesse sit, nec vllum pos-
 sit inueniri remedium. Tum Liuia, Quoniam, inquit,
 plerique omnes homines ad iniuriam procliuēs sicut ab
ijs caueamus, cum habeamus milites permultos, quorum
 alij contra hostes parati, alij apud te sunt, propter quos
 „ omnes domi & foris tuto esse possimus. Tum Augustus
 Mibi

Mihi, inquit, necesse non est commemorare, quàm mul-
 ti saepenumero à suis familiaribus interfecti sint: regna
 vero præter cetera hanc difficultatem habent, quòd non
 solum hostes, ut ceteri faciunt, sed etiam amicos & neces-
 sarios timemus, à quibus insidia multo pluribus facta
 sunt, (quippe qui nudi & dormientes cum illis dies no-
 ctæque versentur, ab ijsq; cibum paratum & potionem
 capiant) quàm ab alienis & externis hominibus. Possu-
 mus enim amicos & familiares nostros hostibus oppone-
 re, amicis autem possumus neminem. Itaque solitudo no-
 bis pariter atque multitudo gravissima est, metuendum-
 que est, esse sine custodia, sed multo etiam magis custodes
 metuendi sunt. Inimici quidè certe molesti sunt, sed ami-
 ci multo magis, quòd eos oportet, quàmvis non sint, amicos
 appellare. Quòd si quis fortè sit fidos amicos nactus, ta-
 men eis tantam fidem non habet, ut cum ijs possit sine-
 re absque vlla suspitione versari. Igitur cum hoc grauis-
 simum est, tum verò alios insidiatores punire oportere:
 nam bonis viris puniendi necessitas magnum dolorem
 affert. Tum Liuia: Tu verò, inquit, rectè: at ego tibi consi-
 lium dabo, si quidem vults capere, nec debebis propterea
 reijcere, quòd cum sim mulier, id tibi consulere audeo,
 de quo ne amici quidem te admonebunt, nò quòd id pla-
 nè non intelligant, sed quòd non audeant explicare. Iam
 verò, inquit Augustus, dic mihi quicquid est. Tum Li-
 uia: Dicam, inquit, non grauatè: nam & ego commodorum
 partem simul & incommodorum habeo, quia te sal-
 uo & incolumi sum regni particeps: atque si quid mali
 tibi accidat, quod dij omen auertant, tecum vna pereo.
 Igitur si natura quosdam homines incitet ad peccandũ,
 profectò eius impetus reprimi non potest. Et ut ne mul-
 torũ hominũ vitia persequare, ea quoque quæ bona qui-

Oratio Li-
 uia, qua re-
 gni ritè ad-
 ministrã di-
 via ac ratio
 demonstra-
 tur.

„ busdam esse videntur, quàm plurimos cōmouent ad in-
 „ iuriam faciendam. Nā nobilitas generis, copia diuiti-
 „ rum, amplitudo dignitatum, fortitudo animi, & magni-
 „ tudo potentia in errorem homines inducunt. Non enim
 „ potest vir generosus & nobilis vilis effici, nec fortis timi-
 „ dus: nec qui prudens est, stultus reddi potest. Iam homi-
 „ nibus facultates adimere, aut diminuerere hominum stu-
 „ dia, praesertim si nihil deliquerint, nullo pacto oportet.
 „ Cū enim ius non sit eos ulcisci, aut cruciare, antequam
 „ peccauerint nos ob eam causam molestia affici, ac ma-
 „ audire necesse est. Age verò mutemus sententiam, &
 „ quibusdam ignoscamus. mihi quidē videtur multo pla-
 „ ra corrigi posse humanitate & beneuolentia, quàm vlla
 „ crudelitate. Etenim ij qui veniam dant, non solūm cru-
 „ ri sunt ijs quibus se misericordes praebuerunt, ita ut illi
 „ studeāt his meritam gratiā & debitam referre: sed etiā
 „ apud ceteros omnes summo in honore sunt, & colūtur ab
 „ omnibus, ita ut ijs iniuriam facere audeat nemo. Ceteri
 „ autem homines irati atque inexorabiles nō tantum odii
 „ sunt ijs à quibus timentur, sed etiā sunt reliquis omnibus
 „ permolesti: ex quo fit ut ijs plerique parent insidias, ne
 „ prius ipsi pereant. An non vides medicos quàm raro ut
 „ niant ad vrendum & secandum, ne morbos efficiāt gra-
 „ uiores, & ut eos perfusionibus ac mitibus medicamen-
 „ curent atque molliant. Nec verò existimare debes, in-
 „ ter morbos corporum & has animorum perturbations
 „ interesse. Nā ea quae corporibus accidunt, saepe solent in
 „ animis nostris, quamuis incorporei sint, conuenire: mi-
 „ tu enim contrahuntur, ira turgescent & tument: ma-
 „ ror quoque quosdā de iicit, alios inflat audacia, ita ut cor-
 „ pus & animus non multum inter se differant, & ab eā
 „ causam egeant consimili medicina. Lenis enim & pla-

cida
 ra r
 tere
 er
 ince
 nes
 circ
 vt
 Ad
 bru
 & j
 esce
 xin
 acc
 iust
 inq
 em
 vt
 pa
 ros
 au
 im
 tin
 ad
 aff
 ric
 m
 an
 ri
 sp
 ni
 ti

cida oratio ferocitatem reprimat, quemadmodum aspe-
 ra mansuetum hominē ferocem & infestum facit. pra-
 terea data venia immanem & ferū continet, atque co-
 ercet, non aliter atque supplicium mitem & placidum
 incendit. nam facta violenta quāuis iustissima sint, om-
 nes concitant, mansueti verò mitigāt & relaxāt. Quo-
 circa persuadendo facilius vnusquisque eò adducetur,
 vt toleret ea quae grauissima sunt, quā si coactus sit.
 Adeo autem vtrisque id natura necessario inest, vt etiā
 bruta animantia & rationis expertia, quae robustissima
 & ferocissima sunt, blanditijs quibusdā mansuesciant, &
 escis capiantur, contra ea quae timidissima sunt, ac ma-
 ximē imbecilla, dolore cōturbentur & metu, atq; in irā
 accēdantur. Neq; verò id dico, oportere generaliter in-
 iustus & nefarijs hominib. parcere: imò verò temerarios,
 inquietos, sceleratos, mala cōsilia agitantes, & postremò
 omnes quorū vita ita est omnib. vitijs & flagitijs dedita,
 vt sanari nequeant, tollēdos esse censeo, non secus quā eas
 partes corporis, quibus medicina adhiberi nō potest: cate-
 ros verò qui propter adolescentiam, aut imprudentiam,
 aut ignorantiam, aliòve casu volentes deliquerunt, aut
 inuiti, eos esse arbitror admonēdos, & propositis minis cō-
 tinēdos, nonnullis quoque vtendū esse moderatē, quem-
 admodum in reliquis sceleribus alij alijs maiore pœna
 afficiuntur. Quae cum ita sint, tibi licet in primis sine pe-
 riculo hac facere mediocriter, vt alios exilio, alios infā-
 mia, nonnullos pecunia multes, urbēque quibusdam,
 aut alia loca habitandi circumscribas. Quinetiam ple-
 rique hominum iam resipuerunt, quod nō essent ea quae
 sperauerant & diutissime concupierant, consecuti. Nō-
 nulli quod viles & abiecti ac contumeliose essent habi-
 ti, facti sunt meliores, quamuis nobiles & fortes viri,

antè quàm hæc patiantur, mortem sibi anteponendam
 putent. Ex quo intelligi potest eis non modo non esse leu-
 id genus supplicij, sed multo etiam grauius atque mole-
 stius, nõsque culpa vacuos tuò esse, & sine periculo vi-
 cturos. Nunc autem multos vel cupiditate pecunia, vel
 timore virium eorum, vel inuidia virtutis interficere
 videmur. Non enim faciliè cuiquam persuaderi potest,
 insidias ab homine priuato & inermi fieri posse ei qui
 tantum imperium obtineat, quique sit tam magnam po-
 tentiam consecutus. Hæc quidem dicuntur à quibusdã
 sed alij putant nobis plerunque falsa pro veris nuncia-
 ri, nõsque eis temerè credere & imprudenter: aiuntque
 eos qui ista vident & audiunt, adductos odio, ira, nonnã
 quam etiam accepta pecunia ab inimicis eorum, aut ab
 ijs ipsis de quibus loquuntur ipsis negata multa confin-
 gere & comminisci, commemorantes eorum non solum
 præterita & futura facta, sed etiam quadam ab alijs
 dicta esse renunciantes, tacuisse alios, posteaquam au-
 diuissent, risisse, plorasse. Equidem possem enumerare
 sexcenta eiusdem generis, quæ etsi verissima sunt, non
 tamen digna quæ à liberis hominibus inuestigentur
 curiosius, aut tibi referantur. Nam ea ignorata tibi
 nullum damnum afferent: intellecta autem & co-
 gnita, te inuitum, quod minimè decet, ad iracun-
 diam prouocabunt. Quæ cum ita se habeant, plerique
 putant à nobis multos indemnatos, multos etiam confi-
 ctis falsisque sententijs damnatos contra ius fãsque in-
 terfectos esse. Non enim adhibita testimonia ut ve-
 ra, non habitas quæstiones, non ea quæ sunt eiusdem ge-
 neris, contra eos admittunt, neque approbant: quæ etsi
 ab illis magna ex parte non iure, sed falso dicuntur
 de ijs qui supplicio affecti sunt, tamen vulgò circumfer-
 ri solent.

ri sol-
 cere
 priu-
 priu-
 bus e-
 eorum
 riter
 tius u-
 cogi a-
 se est.
 ferri,
 iure
 turq;
 subd-
 que a-
 arbit-
 à qui
 ni an-
 eos a-
 tunt
 enim
 que a-
 djs e-
 atque
 eam
 patu-
 ij nu-
 nequ-
 cipib-
 magi-
 re po-
 di cor-

ri solent.

ri solent. Atqui oportet Auguste te non solum nihil fa-
 cere per iniuriam, sed nec omnino facere videri. Nam
 priuatis quidem hominibus satis est nihil delinquere:
 principem verò decet ne suspectum quidem esse: homini-
 bus enim imperas, non belluis, nec alio pacto verè potes-
 torum animos ad beneuolentiam allicere, atque id pa-
 riter omnibus persuadere, quàm si nemini volens inui-
 tiusue iniuriam feceris. Et si enim ut alterum metuat,
 cogi aliquis potest, tamen ut amet, id ei persuaderi neces-
 se est. Cum igitur videt in se atque in alios beneficia con-
 ferri, facile persuadetur: cum verò putat quempiam non
 iure casum esse, mox ne idem sibi eueniat, timet, cogi-
 turque eum qui id fecerit, penitus odisse. Odio autem esse
 subditis, præterquam quod bonum nõ est, damnum quo-
 que affert & detrimentum maximum. Nam plerique
 arbitrantur necesse esse reliquis hominibus eos ulcisci,
 à quibus vel minimam iniuriam acceperint, ne contem-
 ni aut superari videantur: principes oportere tantum in-
 eos animaduertere, qui contra rempublicam commit-
 tunt: eos verò qui in se peccant, toleranter ferre. Non
 enim eis iniuriam fieri propterea quòd contempti at-
 que abiecti sint, si quidem sunt magnis multisque præsi-
 dijs & custodijs muniti. Quæ cum mihi perspecta sint
 atque cognita, omnino id tibi consilium do, ne velis ob-
 eam rem quenquam istorum occidere. Nam princi-
 patus propter salutem subiectorum constituuntur: ut
 ij nullum damnum capiant non modo ab alienis, sed
 neque à sua gentis hominibus, non autem ut à suis prin-
 cipibus vexentur & affligantur: multoque est profectò
 magnificentius atque gloriosius multos ciues conserva-
 re posse, quàm occidere. Quam obrem ij sunt instituen-
 di continendique legibus, beneficijs, admonitionibus, ut

„ modesti sint & prudentes, tum verò usque ad eò dili-
 „ genter obseruandi & custodiendi, vt maximè iniuri
 „ esse cupiant, tamen non possint: qui vero infirmi sunt
 „ atque imbecilles, sanari debent quodammodo & re-
 „ tui, ne omnino corrumpantur. ferre autem multorum
 „ hominum delicta, magna prudentia est atque poter-
 „ tia. Quòd si quis omnibus sceleribus iustas & debitas
 „ pœnas constituat, is certè magnam partem hominum
 „ breuis temporis spacio videbitur perdidisse. Quam-
 „ rem te Auguste hortor & moneo, ne de istis capitibus
 „ supplicium sumas, sed alia ratione castiges, vt nullum
 „ graue scelus in posterum committant. Quid enim
 „ obsecro te, peccare poterit is qui erit in insulam dep-
 „ tatus, aut in villa ciuitatève aliqua conclusus, non
 „ lùm destitutus multitudine famulorum, & copia pec-
 „ niarum, sed etiam in custodia retentus, si res ita possi-
 „ let? Quòd si prope hostes adessent, aut si aliqua pars
 „ ius maris à nobis esset aliena, vt qui nobis damnum
 „ tulissent, possent eò per fugere: aut si essent in Italia ciui-
 „ tates firmissimis muris septa ac telis munita, vt qui tu-
 „ cepisset, eum nobis metuendū putaremus, alia esset
 „ eunda ratio: nunc autem cū omnia loca sine armis
 „ sint, & parum munita ad bellum gerendum, absint
 „ hostes longissimè, disiuncti à nobis longo maris inter-
 „ lo, terrarū, fluminum ac montium qui nequeunt sine
 „ magno labore transiri, quis eos metuat nudos, inermes
 „ & priuatos homines in medio regni tui positos, ac in
 „ armis conclusos? Equidem arbitror neminem vnquam
 „ hæc in animum inducere, aut quantumuis furore exci-
 „ deat, perficere posse. Quas ob res hinc capiamus ex
 „ dium, & periculum faciamus. Eo pacto & illi fortis
 „ consilium mutabunt, & ceteros efficiant meliores.

mūm
 de re
 esse o
 vti
 nes fa
 gant
 cidit
 nes a
 quod
 & ea
 pœna
 dent
 re, se
 spera
 uis
 lit, p
 no si
 rissim
 enim
 lesta
 non
 in re
 prop
 bent
 tus
 de se
 poste
 to sib
 dias
 tem
 tus si
 septa

mium vide Cornelium nobilem & clarum virum: dein-
 de tecum, ut decet omnem hominem, reputa, gladium non
 esse omnia tibi confecturum. Etenim magna esset eius
 utilitas atque commoditas, si is posset prudentes homi-
 nes facere, persuadere, cogeréque, ut verè aliquem dili-
 gant. At is profectò dum corpus duntaxat alicuius oc-
 cidit, à nobis reliquorum animos alienat, nec sunt homi-
 nes amiciores cuiquam propter aliorum supplicia: sed
 quod timent, infesti atque inimici fiunt, idque certum est
 & exploratum. Si autè homines veniam consecuti sint,
 poenitentia atque pudore adducti, non modo non au-
 dent ijs à quibus beneficium acceperunt, iniuriam face-
 re, sed etiam plerunque beneficium remunerantur, quod
 sperant se multò maiora accepturos. Etenim qui est sal-
 uus & incolumis seruatus ab eo cui ipse iniuriam intulit,
 putat, eundem accepto ab se beneficio, nihil esse omni-
 no sibi negaturum. Quamobrem mihi crede vir cha-
 rissime, sine te persuaderi, & muta sententiam: hoc
 enim pacto videberis omnia quæ grauias fuerunt & mo-
 lesta, necessitate coactus & inuitus fecisse, propterea quod
 non potest Respublica usque adèò magna & potens
 in regnum mutari sine sanguine: si autem manebis in
 proposito, susceptoque consilio, videberis profectò illa li-
 benter studioseque fecisse. Hac oratione Livia permo-
 tus Augustus, reos omnes verbis admonitos dimisit,
 designauitque postea Cornelium Consulem, atque in
 posterum non eum solum, sed etiam reliquos omnestan-
 to sibi amore coniunxit, ut nemo amplius ei verè insi-
 dias faceret, aut omnino facere videretur. Cornelio au-
 tem & Valerio Messala Consulibus magni terramoto-
 tus facti sunt. Tiberis potem disturbauit, fecitq; ut vrbs
 septem dies nauigaretur. Alebantur eadem tem-

Tiberis ex
 datio.

pesta

Exercit^o po
puli Roma
ni.

pestate tres & viginti legiones populi Romani, ex quibus nostris temporibus tantum decem & novem supersunt. Earum secunda Augustalis nominata hiberna in superiore Britannia. Tertia tres sunt: Gallicana Phoenicia, Cyrenatica in Arabia, Augustalis in Numidia. Quarta Scythica in Syria. Quinta Macedonica in Dacia. Sexta due, quarum altera Victori appellata est, in inferiore Britannia; altera ferrea, in Iudaea. Septima in Mysia superiore: huic Claudiana nomen est. Octava Augustalis in Germania. Decima in superioribus Pannonia: ea Gemella appellatur, quod constat ex duabus legionibus permixtis inter se & confusis. Undecima Claudiana in Mysia inferiore: habuere enim due legiones nomen à Claudio, propterea quod ei in seditione Camilli non restiterunt. Duodecima fulminifera in Cappadocia. Decimatertia in Dacia, gemella. Decimaquarta in superiore Pannonia. Decimaquinta Apollinaria est in Cappadocia. Postrema est vigesima, & Valeriana & Victores appellantur: haec restant ex Augusti legionibus, cetera dispersae & omnino sublatae, aut cum alijs permixtae sunt, quae ob eam causam creduntur gemelle esse nominatae. Aluntur in superstitiatores, qui in decem partes distribuuntur. Sex autem millia hominum locata in praesidijs urbis, diuiduntur in partes quatuor. Delecti sunt etiam equites peregrini, ac extraordinarij, nominati Bataui à Batavia, quae insula est in Reno flumine. hi sunt equites optimi. Igitur Augustus, cum ei magna pecunia opus esset ad alendos tot exercitus, non sit dari sibi vigesimam partem hereditatum, legatorum ac donationum, quae mortis causa fiunt, nisi si qua esset proximis agnatis, aut pauperibus hominibus relicta, idque fecit, quasi in commentarijs Caesaris hoc genus tribu

Bataui.

Vigesima.

tribu
pulus
gladii
tra
stris
dimij
cessan
que fu
bus el
stris o
nus g
pter s
bus g
diceb
bus su
ribus,
rent.
rent:
natus
cus T
deret
pere,
ita pi
ritqu
bat. Q
relict
ipso a
fectio
lerat
comp
tribu
Dic,

tributi scriptum reperisset. Quare conturbatus est populus Romanus, & quod tanta fame afflictus esset, ut gladiatores & venales serui expulsifuerint ab urbe ultra quatuor & nonaginta millia passuum, Augustusque & ceteri magnam partem famulorum suorum dimiserint, ac iustum indictum sit. Postquam fames cessauit, Augustus Germanici (is erat Drusi filius) atque fratris eius nomine ludos Circenses fecit, in quibus elephans superauit rhinocerotem, & vir equestris ordinis, qui fuerat olim locupletissimus, obiit munus gladiatorum. Cum autem non posset Caesar propter senectutem atque imbecillitatem corporis omnibus qui auxilio eius indigebant, respondere, sedens ius dicebat in palatio pro tribunali, negotijs cum assessoribus suis communicatis: permisitque tribus viris consularibus, ut legatos regum populorumque qui ad se venirent, ipsi singuli audirent separatim, iisque responderent: nisi forte quaedam acciderent in quibus suo & Senatus decreto opus esset. Per id tempus cum Germanicus Drusi filius esset in Dalmatia cum exercitu, obsideretque munitum aliquod oppidum, nec posset id capere, Pulio eques Germanus iactu lapidis in murum, ita pinnam eius concussit, ut ea statim ceciderit, traxeritque secum hominem, qui tum forte ad eam adhaerebat. Quo facto, ceteri obstupefacti, ac timore perterriti, relicto muro in arcem confugerunt, eamque postea seque ipsos dederunt. Cum autem Bato, qui Dalmatis defectionis autor fuerat, & Romanis magna damna attulerat, tandem aliquando ad Tiberium venisset pacis componenda gratia, ac postero die cum eo sedente in tribunali colloqueretur, eum Tiberius ita interrogauit, Dic, inquit, quamobrem visum est vobis desicere, tantoque

D C C L. Ra
dia.

Germanico
in Dalma.
tia.

tòque tempore nobiscum bellum gerere? Is respondit:
Vos, inquit, causam dedistis, qui ad greges vestros en-
diendos non canes mittitis aut pastores, sed lupos. Tum
Dalmatia venit in ditionem populi Romani.

DIONIS LIBER LVI.

Quintilius
Varus.

Quintilij
Vari in Ger-
manos cru-
delitas.

Astuta à Ro-
manis defe-
ctio Germa-
norum.

†Dio meli-
pro urbem,
urbanū ex-
ercitum ha-
bet.

Sed idem populus incidit in grauem casum in Ger-
mania. (ei praeerat Quintilius Varus) Nam Ger-
mani, quasi sper paulatim, ac ratione & cautela ad-
bita dediscebant mores & instituta patriae, eatenus
tatione vite non grauabantur, quam ne animaduerti-
bant quidem. At postquam Varus, qui Syris præ-
fuit fuerat, imperium Germania accepit, & ad eam
gentem immutandam subito animum adiecit, cæpi-
que Germanis perinde atque seruis imperare, & præ-
niam tanquam à subditis exigere: Germani id firmum
non potuerunt. Neque tamen defecerunt aperte ac po-
lām, sed simulata beneuolentia. Cūque is exercitus
contra quosdam Barbaros duceret, ad eum venerunt
quasi socij futuri essent ei ad bellum gerendum. post eum
nihil tale cogitantem inuadunt in locis quibusdam de-
ficilimis, & circumstantes undique iaculantur, quos
exercitus populi Romani, qui neque sibi auxilio esse, ne-
que se fuga mandare poterat, interijt, Variisque, & qui
cum eo erant clarissimi viri mortem sibi consciuerunt.
Augustus cognito Vari casu, veste subito discissa, ma-
gno in mærore fuit, partim propter eos qui interierant,
partim quòd ei Germani magnum timorem iniicerent,
quos verebatur non solum in Italiam, sed etiam Re-
mam properè esse venturos. neque enim ullam urbem
munitam reliquam habebat, & socij omnes qui opem
re ei potuissent, magnis erant incommodis affecti: tum
ut tum potuit, ex rebus presentibus parauit omnia. Sed

postqu
teram
quene
nos a
decim
& nota
ei obe
elo ve
mero,
riter i
nos &
vsque
hunc
quam
te res
perim
larum
ostena
& Se
non i
sed Ge
dem e
ampli
rent, s
tum e
ria, q
plurin
do fac
dente
ta dec
blica,
pter s

postquam nemo eorum qui per aetatem bellum gerere poterant, conscribi voluit, iussit eos sortiri, ac quintumque ex ijs qui nondum quinque & triginta annos attigissent, ex ijs autem qui essent natu grandiores, decimum quemque sorte lectum priuauit facultatibus, & notauit ignominia: & postremo cum plerique ne sic ei obtemperarent, nonnullos interfici iussit. Tum coacto veteranorū libertorūque quā maximo potuit numero, eos cum Tiberio contendere in Germaniam celeriter iubet. Sed postquam intellexit aliquot milites saluos & incolumes euasisse, nec audere hostes ad Rhenum vsque venire, magno timore liberatus est. His rebus in hunc modum gestis, vatibus prohibitum fuit, ne cuiquam remotis arbitris, aut etiam presentibus de morte responderent: quanquam Augustus ea quae ad se pertinebant, adeo parui faciebat, ut descriptum stellarum ordinem sub quibus natus erat, palam omnibus ostenderet. Cum senex esset, Germanicum Senatui, & Senatui Tiberio per literas commendauit, quas non ipse legit in Senatu, (voce enim destituebatur) sed Germanicus, ut solebat antea: deinde propter cladem Germanicam, ut aiebat, petijt à patribus, ne se amplius domum venirent salutatum: neue molestè ferrent, si eis in reliquum tempus epulum non daret: nam tum eum, quoties sedebat in foro, interdum etiam in Curia, quoties veniret in Senatum, aut inde discederet, plurimum salutabant. Iam verò in palatio id non modo faciebat Senatus, sed etiam equites ac plebei multi, sedente eo, ac nonnunquā iacente. Augustus rursus quinto decennio suscepit curam & administrationem reipublicae, L. Munatio & Caio Silio Consulibus. Hic propter senectutem, qua ingrauescente perraro veniebat

Cautū, ne vates de morte cuiusquā respondeāt.

Quintū decennium principatus.

in Senatum, petijt viginti consiliarios annuos, nam ante
 ea quindecim tantum adhibebat in sex menses. Ceterum
 vigesima omnes ferè grauari intellexisset, ratus eos
 eam causam esse aliquid noui molituros, literis ad Se-
 natum missis petijt à Patribus, ut alia genera tributo-
 rum quærent: id faciebat, non quò vellet vigesimam
 remittere, sed ut eam nullo præterea tributo inuento ma-
 gis idoneo & accommodato absque vlla eius calumnia
 comprobaret: atque ut ne suspicarentur Germanicum
 & Drusum, cum de ea re sententiam dicerent, id in
 suo facere, idèque eam nihil præterea discutientes
 examinantes admitterent, utrique ne sententiam de-
 ceret, interdixit. Itaque à plerisque dicta sunt multa
 eique per literas significata. Ex quibus ubi intellexit
 eos paratos esse, omnia potius quàm hæc perpeti, tribu-
 tum ex adibus agrisque conferri iussit: neque tamen
 definiuit, quantum aut quemadmodum per solus vel-
 let: sed aliquot homines misit in diuersas partes orbis
 quibus prædia priuatorum hominum, atque ad eò ipse
 rum ciuitatum describerentur, ut metu damni incom-
 modique maioris malent vigesimam soluere, id quod
 euenit. Dum hæc ita ab Augusto gererentur, accidit
 ludis Augustalibus, qui natali die ipsius fiebāt, ut qui-
 dam furiosus homo concederet in sella, quæ Iulio Cæsa-
 ri posita & consecrata fuerat, eiq; coronam ademerit
 sibiq; imposuerit: quæ res in Augustum nonnihil por-
 tendere visa est, idq; verum esse constitit postea. Non
 sequenti anno Augustus profectus in Campaniam, ibi
 dis apud Neapolim factis, Nole mortuus est, Sexto
 Apuleio & Sexto Pompeio Consulibus. Id ei multum
 prodigij ante denunciatum fuit, nec paruis ijs quidem
 aut difficilibus ad intelligendū, quòd sol totus hominibus
 defici-

Orbis de-
 scriptio.

Ludi Augu-
 stales.

Augustus No-
 le moritur.
 Prodigia.

defici-
 ignit.
 visi su-
 plica
 ta est,
 men q
 prima
 spices
 fore ab
 prima
 pars F
 gustus
 quanq
 atulij
 Agri
 quend
 dentes
 cerper
 gusto
 offeret
 incidi
 saria
 quam
 ipse no
 tudini
 petijt
 bus fie
 condi
 quo di
 ptuag
 nono
 titus
 def

deficere, & cœli magna pars ardere visa est, quòdque ignitæ trabes cadere de cœlo, & sanguinolenti cometa visi sunt. Cùmque Senatus decreuisset, ut publice supplicaretur propter eius valetudinem, curia clausa reperia est, buboque qui super eam confederat, cecinit: & fulmen quod cecidit in statuam eius positam in Capitolio, primam literam è nomine Caesaris deleuit. Ex quo aruspices responderunt, eum centesimo post die participare alicuius diuinitatis: idque coniciebant ex eo, quod prima litera eius nominis centum apud Latinos, reliqua pars Hetrusco sermone Deum significabat. Itaque Augustus morbo extinctus est. Neque tamen abest suspicio, quanquam mihi non sit verisimile, Liuiam ei mortem attulisse. Ea enim veritas (ut aiunt) ne Agrippam filium Agrippæ in urbem reuocaret, ad principatum ei relinquendum, (is tum exulebat in quadam insula) ficus pendentes adhuc in arbore, quas Augustus manu sua decerpere consueuerat, illiuit veneno: cùmque ipsa cum Augusto comederet eas quæ illitæ non erant, ei venenatas offerebat. Sed postquam ex hac causa vel alia in morbum incidit Caesar, conuocatis amicis, exposuit ea quæ necessaria esse videbantur: tandemque, Vobis (inquit) urbem, quam latericiam accepi, marmoream relinquo. quod ipse non ad magnificentiam adificiorum, sed ad amplitudinem & magnitudinem imperij retulit. Postremo petijt ab ijs, ut plauderent, quemadmodum ab histrionibus fieri solet mimo peracto, eoque pacto humana vitæ conditionem risit. Mortuus est XIII. Cal. Septembris, quo die primum Cōsul factus fuerat, vixitque annos septuaginta quinque, menses decem, dies xxvi. erat enim nono Cal. Octobris natus. Regnavit, postquam victoria potitus est apud Actium, quatuor & quadraginta annos,

Prodigia.)

Sic legendū ostēdi apud Dionem.

Liuiæ in Augustum maritū impiebat.

Urbs marmorea pro latericia.

Anni vitæ Augusti.

Augusti Caesaris mors aliquandiu celata.

Testamentū Augusti.

Mille myriades drachmarum. LXXV. drach.

diebus tredecim exceptis. Mors eius non est subito cognita, quod eam, cum adhuc Tiberius esset in Dalmatia, Liuia metuens ne fieret aliqua seditio, celauit, quousque Tiberius venisset. Augusti corpus primarij singularum ciuitatum Nola vicissim exportauerunt: cuiusque Roma non longe abesset, ipsum equites Romani nocte in urbem intulerunt. Fuit postmodum eius diei Senatus, in quem ceteri venerunt equestri vestitu, magistratus Senatorio, nisi quod purpura praeextas vestes non habebant. Tiberio, Drusog, filio eius toga pulla erat, qualis solet in iudicijs gestari: ab utroque thus est adhibitum in sacrificio, tibicinem interesse noluerunt. Sedebat quaeque fere in quibus locis antea consueuerat. Consules sedebant in subsellis inferioribus: vnus in ijs quae Praetor, alter in ijs quae tribunorum plebis sunt. Post haec quia Polybius Caesarianus tabulas testamenti eius recitauit, quod eas non deceret Senatorem legere, in eoque testamento Tiberius ex herede, Liuia ex triente, ut nonnulli putant, heredes scripti erant. nam Augustus, ut eam augetet facultatibus, petiuerat à Senatu, ut liceret sibi tantumdem ei etiam contra leges relinquere. Ab his hereditarijs scriptis multa praedia magnamque pecuniam plerisque liberis propinquis suis & extraneis legauit: nec Senatoribus, olim, sed etiam equitibus regibusque: ad haec reliquit populo Romano quadringentis sestertium. Sed & militibus legata reliquit: praetorianis quidem viritim CCL denarios: ijs autem qui erant in praesidijs urbis locati, singulis eius summae dimidium: cetera multitudini urbanae trecentos sestertios viritim dari iussit. Praeterea mandauit, ut quae sibi hereditas testamento obuenisset à parentibus filiorum impuberum, ea cum fructibus perceptis restitueretur ijs, cum ad virilem aetatem per-

uenissent: quod ipse vnus faciebat. Nam quoties succederet ei, cui essent liberi superstites, siquidem tum erant adulti, statim eis omnem hereditatē restituebat: sin minus, ubi adoleuissent. Cūmque talem se præstaret erga liberos alienos, tamen filiam suam non reduxit ab exilio, licet eam donatione quarundam reru honestauerit: sed vetuit, ne in suo monumēto sepeliretur. Hæc cūm essent ex testamento cognita, allati sunt libelli quatuor, quos Drusus legit: in quorū primo scripta erant ea quæ ad suum pertinebant. Secundus continebat res omnes ab eo gestas, quas in columnis æneis ad sepulchrum suum collocatis insculpi iussit. In tertio erant ea quæ ad milites, quæ uel ad redditus sumptusque publicos, & ad eam pecuniam ac thesauros, cæteraque eiusdem generis spectabant: quibus principatū quæ habebat, tueretur. In extremo præcepta mandatæque dabat Tiberio, atque reipublicæ præsertim, ne multis libertatē daret, quo minus urbem multitudine cuiusuis generis implerent, ut quæ paucos donarent ciuitate, quò plurimū differrent ab ijs quos haberent in potestate. Præterea monebat, ut Rēpub. committerent ijs qui usu & experientia rerum plurimū possent, nec eam sinerent ullo tempore pendere ex unius cuiusquæ voluntate, ne fortè is in regni cupiditatem ueniret, aut ne aduersa passo eo Respub. periclitaretur: consulebat, ut contenti rebus presentibus, augere & dilatare imperiū nollent, quòd futurū esset ut id tuerentur difficilius, immineretque periculum, ne quæ iam parta erant, amitterent. id quod ab eo non uerbis modo, sed re etiam fuerat obseruatū: nam cum posset ex barbaris nationibus multo plura acquirere, id noluit. Postquam huiusmodi præcepta recitata sunt, funus ducitur. Erat lectus ex e-

Libri quatuor.

Præcepta Cæsaris.

Funus Cæsaris.

intextis, subter que tanquam in feretro corpus eius iacebat occultum. Ante omnia statua cerea vestitu triumphali videbatur, eaque ferebatur ex Palatio ab ijs qui erant in sequenti anno magistratus futuri: deinde ex Curia, altera aurea: tertia curru triumphali vehebatur, subsequiebanturq; statua maiorū ipsius atq; propinquorum, qui è vita discesserant, vno tantum Cesare excepto, propterea quod esset in numerū heroum relatus. Ferebantur deinde statua ciuium Romanorum, quicūq; principatum vnquam tenuerant, capto ab ipso Romulo exordio: sed & quedam Pompeij Magni statua ferri visa est. Aderant etiā omnes prouincie picta atque nationes, que parte ab eo fuerant & deuicta. Post hac lectus sistitur in rostris, vbi solebat haberi concio, de quo loco vbi Drusus legisset nonnulla, Tiberius Augustū pro rostris, que Iulia nominantur, apud populum decreto Senatus laudauit. Tum qui lectum antea ferebant, eundem tulerunt porta triumphali, vt senatus decreuerat. Aderat autem senatus presens, mortuumq; pariter eferebat: aderant quoq; omnes equestris ordinis, eorumq; uxores, intererant pratoriani milites, caterique omnes ferè, qui tum in vrbe erant. Cum esset impositus in rogi extructum in campo Martio, eum primo cuncti sacerdotes circumeunt: deinde equites: post ij qui magistratu fungebantur: postremo cateri milites qui erant in praedijs vrbis, concurrunt, premiaq; victoria que acceperant ob praclara facinora, dum in eius exercitu militarent, in eum conijciunt. Rogum centuriones postea admotis facibus incendunt, is comburitur: mox aquila ex rogo dimissa, quasi animum Augusti in cælum ferret, euolauit. Peractis his rebus omnibus, cateri abeunt. Liuius in eodem loco cum primarijs equitibus mansit dies quinque

Statua Pompeij Magni in funere Augusti. Tiberius laudauit Cæsarem.

quin
runt
decre
reuer
nes p
Aug
nia a
que l
rebu
lum
gione
time
ciar:
tias e
raren
bus e
rant
id no
in H
ei qu
tium
num
pleta
An
Rep
sequ
mer
dera
ager
ditio
reco
fuer

quinque, ossaq; eius collegit & sepeliuit. Viri in luctu fuerunt per paucos dies, vt erat consuetudo: matronæ eum decreto Senatus annum luxerunt. Et quanquã pauci reuera mortem eius doluerunt in presentia, tamen omnes postea sunt in maximo mœrore versati. Erat enim Augustus omnibus affabilis, multosque mortales pecunia adiuuabat, amicos omnes habebat in honore, eorũque libertate loquendi letabatur & gaudebat. Quibus rebus argumento est Athenodorus, qui cum in cubiculum eius lectica pro muliere vectus esset, tenensque pugionem in manu de ea desilisset, atque ita dixisset, Nō times, inquit, ne te aliquis eodem modo ingressus interficiat: Augustus non modo ei non est iratus, sed etiã gratias egit. Quæ cum de eo, aliãque permulta commemorarentur, tum illud in primis, eum nunquam ijs à quibus erat affectus molestia, iratum grauitè & intemperanter fuisse, fidẽmque seruasse perpetuò, ijs etiam qui id non mereretur. Nam cum Coracota latroni insigni in Hispania principio ita fuisset insensus, vt edixisset se ei qui Coracotam viuum cepisset, daturum decies sestertium, postquam is vltro venit, non modo ei nullum dānum attulit, sed etiam pecuniam dedit, eũque locupletauit. Itaque Romani adducti his rebus omnibus, Augustum luxerunt, sed in primis quòd regnum cum Republica permiscuerat, libertatẽmque cõseruauerat, seque ita ornauerat, & securos reddiderat, vt populi temeritate, & tyrannorum iniurijs liberati, simul in moderata libertate atque regno quietam & securam vitã agerent, regerenturque sine seruitute, & absque vlla seditione Republicam obtinerent. Quòd si qui etiam recordabantur ea quæ superioribus bellis ciuilibus facta fuerant, tamen eorũ omnium culpam in tẽpora & ne-

Mulieres
annum lu-
xere.

Athenodo-
ri factum.

Coracota
latro.
XXV. my-
riades dra-
ch.

cessitatem conferebant, putabantque ex eo tempore esse
 animū eius spectandum ex quo cœpit sine controuersia
 regno potiri. Maxime verò ei contulit ad gloriam dis-
 tinctitas principatus: etenim complures qui fuerant in
 Republica potentissimi viri, mortē iam obierant, quorū
 posteri ignorantes qualis status Rēipublice fuisset, con-
 tentique rebus presentibus, in quibus erant educati, non
 solum ex ijs nullā molestiam capiebant, sed etiam eorū
 consuetudine delectabantur. videbant enim potiora esse
 ijs que ex maioribus audiuerāt, longēque tutiora. Quae
 res etsi viuo Augusto non ignorabant, tamen eodē
 functo eas penitus perspectas planēque cognitās habue-
 runt. Quippe ea solet esse, nescio quomodo, hominum na-
 tura & conditio, ut quandiu fortuna muneribus fruuntur,
 non tam felicitatem agnoscant, quā afflicti & ca-
 lamitosi eandem requirant atque expetant, id quod ac-
 cidit Augusti temporibus: cuius desiderio, postea quā
 essent Tiberiū haud eius similem experti, omnes tenebā-
 tur. Tantum enim hi duo discrepabant inter se, ut qui-
 busdam nō absuerit suspicio, Augustum ob eam causam
 Tiberium, cuius mores habebat cognitos, de industria
 successorem reliquisse, quò ipse maiorem gloriam cōsequi
 retur. Cū autem Augusto populus Romanus aeterni-
 tatem immortalitatēque donauisset, ei Liuiam, qui
 Liuia decies sestertiūm cuidam Numero Attico, Se-
 natori & Pratorio viro, quòd is iurasset, quē admodum
 de Proculo Romuloque traditū est, se Augustum, cū
 in cœlū ascenderet, vidisse. Eisdē Augusto sanū in orbe
 decretū est, idque Liuia postea & Tiberius edificau-
 rit. Fuere quoque alia edificata in plerisque locis, partim
 assentiētib; populis & approbantibus, partim etiā con-

Hominū
 stulticia.

XXV myria
 des drach.
 Numerius.

tra e
 nus
 suis i
 ple
 Hac



rola
 exp
 batt
 sim
 quo
 suce
 mos
 con
 cur
 pis
 in
 ipse
 se
 ve
 iuo
 ba
 cip
 sa
 su

tra eorum voluntatē. *Edes quoque, in qua Nola mortuus est, ei fuit consecrata, decretumque fuit, ne statua ipsius in funere cuiusquam deferretur, atque ut Tribuni plebis, quod essent sacrosancti, ludos Augustales facerēt. Hac facta sunt Augusti temporibus.*

Augustales
ludi.

TIBERIVS.

DIONIS LIBER LVII.



TIBERIVS patricius erat, & doctus, sed ingenio & moribus peculiaribus, rarisque. Nam ita omnes animi affectus occultabat, ut quæ cupiebat, nunquam ferè diceret, pugnaretque cum oratione voluntas eius & desiderium. Id enim diffitebatur, quod expetebat maxime, & quod oderat, dissimulabat. Irascebatur nulla re conturbatus: iratus, tranquillissimo æquisimoque animo esse putabatur. commiserabatur eos, in quos grauiter animaduvertebat, & quibus veniã dabat, succensebat nonnunquam, sic amplexabatur inimicissimos homines, ut sibi familiarissimos & coniunctissimos: contra autem cū amicissimis non aliter se gerebat, quàm cum alienissimis hominibus. Denique putabat principis animum nemini cognitum esse oportere. Quod si id in Tiberio tantum fuisset, cauere sibi ab eo nemo, cui cū ipso res fuisset, potuisset: cum omnia contrario atque is sensisset modo accipiens vnusquisque, eo quæ is nolebat, velle, & non cupere ipsum ea quæ maxime expetebat, iudicasset. Sed præter ea quæ supra dixi, grauiter ferebat, dum suspicabatur aliquem esse conscium & participem consiliorum suorum, multosque non aliam ob causam interfici iussit, quàm quod sentiret ab ijs voluntatē suam animaduersam & perspectam esse. Ita q³ is solus se-

Tiberius in
occultadis
affectibus
vaser.

Principis
cōsilia secre-
ta esse oportere.

rè tutus erat (quod tamen perraro accidit) qui neq; ingenium eius ignoraret & mores, neque patefaceret cognites. Nã eo pacto qui ei parerent, non decipiebantur, nec propterea in odium eius veniebant, quòd ostenderent se ea quæ ageret, percepisse. His moribus præditus Tiberius, sicut Imperator, non modo ad exercitum, sed etiã ad nationes omnes Romaliteras misit, in quibus tamen non scripsit se Imperatorem, propterea quòd id nomen sibi una cum cæteris nominibus decretum à Senatu repudiavit, hereditatẽque Augusti, non cognomen admisit. Sed cum iam haberet stipatores sui corporis, tamen petiit à Senatu ut sibi opem ferret, ne quam iniuriam pateretur. Quod facere quidam interpretatus, cõsuetudinem ei, quasi nullam haberet, dari oportere: à quo Tiberius postquam irrideri se cognovit, non suos esse milites respondit, sed populi Romani. Cumque hac agere, administraretque omnia quæ pertinerent ad principatum, tamen eo se negabat indigere, quem primò tũ propter ætatem (natus erat annos sex & quinquaginta) propter sensum oculorum hebetem & imbecillum (nactu enim plurimum, interdum parum videbat) omnino negabat se velle: post autem socios quosdam petiit & collegas, non quidem rerum omnium, ut sit in ea republica cuius potestas penes paucos est, sed totius in tres partes diuisi principatus, quarum unam haberet ipse, collega reliquas. Earum partium una erat Roma cum cætera Italia: altera exercitus: tertia reliqui omnes, qui sunt sub imperio Romano. Cumque instaret ut id sibi concederent, illi negarent contenderentque ab eo, ut omnibus imperaret, Asinius Gallus utens, plus quàm sibi utile fuisset, patria loquendi libertate, Opta igitur, inquit, quam partem velis. Huic Tiberius ita respondit,

Imperatoris nomen recusavit Tiberius.

Diuidere voluit principatum in tres partes.

Asinius Gallus.

Qui

Qui fieri potest, inquit, ut is optet, qui ipse partes faciat? Gallus, ut cognovit se ob hanc causam in periculo versari, cepit eum lenire sermone, atque ita respondit, Non, inquit, hæc à me dicta sunt, ut tu tertiam tatummodo partem haberes, sed id propterea tibi proposui, quòd principatus diuidi nullo pacto possit. Tiberium tamen verè nihilò magis placuit sed acceptis postea multis & granibus incommodis, ad extremum occisus est. Iam enim ei ante odio erat, quod eam quæ à Tiberio dimissa fuerat, ipse postea uxorem duxisset, quòdque Drusum tanquam filium suum tractaret. Sed cum milites qui tum erant in Germania, animaduertent Germanicum & Casarem esse, & patre suo meliorem, Tiberio maledicere, Germanicum Imperatorem nominare cœperunt. Cum his Germanicus egit pluribus verbis, ne id facerent: post ubi videt eos non posse de sententia dimoueri, gladium, tanquam sibi mortem inferre vellet, distinxit. Tum ei vnus è militibus gladium suum offerens, Tu verò potius, inquit, hunc meum accipe, est enim acutior. Hanc seditionem militum Germanicus vix tandem sedare potuit. Tum Caius Caligula filius eius (nam id ei cognomen erat propterea quòd cum esset magna ex parte in exercitu educatus, caligis militaribus pro urbanis utebatur) à militibus retentus est. Itaque Germanicus cum summum posset adipisci principatum, (benevolentia enim populi Romani, atque subditorum omnium omnino erat in eum propensa) noluit. Quare Tiberius eum, cuiusque uxorem Agrippinam magnis laudibus affecit. Vtrunque enim suspectum habebat, propterea quòd Agrippina erat femina magni animi. Igitur Tiberius, quousque Germanicus vixit, principatum obtinuit modestius atque moderatius, pauca enim faciebat ex sese,

Punita loquendi libertas.

Militum amor in Germanicum.

Vnde Caius vocatus sit Caligula.

Tiberius consilia sua alii libenter communicauit examinanda.

vel nihil potius, sed de minimis quibusque rebus referat ad Senatum, cum eoque communicabat omnia, & consiliarios, ut Augustus consueverat, capiebat. Cùmque suam ipse sententiam dixisset, non modo dabat potestatem omnibus, ut contra se dicerent, sed etiam facta sapenúmero decreta in contrarium, a quo animo ferebat. Interdum palam suam sententiam proponebat, saepe ita dicebat, ut libertate eis eripuisse videretur: Si mihi statuerendis aliquid fuisset, hac aut alia exposuissem. Præterea ius dicebat, vocatusque à magistratibus accedebat in forum, ubi ius reddebant, eoque nonnunquam veniebat inuocatus. Cùmque concederet magistratibus, ut in suis locis sederent, ipse in sede eregione collocata, videlicet ut princeps, proponebat ea, quæ sibi videbantur. Dominus à liberis hominibus, aut Imperator, præterquam à militibus, vocari volebat. Patris patriæ nomē omnino repudiavit, princepsque Senatus, ut erat vetus consuetudo, nominari voluit. Crebrò dicebat se dominum servorum, Imperatorem militum, principem reliquorum esse, optabatque viuentium obtinereque principatum, quousque Reipublicæ utilitas postularet. Sic enim popularis erat in rebus omnibus, ut nihil suo natali die fieri permitteret, quod ante fieri non consueuisset: nemini licebat per fortunam eius iurare, sed neque animaduvertebat in eos, qui per eandem fortunam iurantes peierassent: nec verò in his solum popularis erat, sed etiam in eo, quod ei nullum templum dedicatum est, quòdque nemini licebat statuam ei facere. Edixit enim palam, ut ne ciuitas vlla, neve priuatus ququam id faceret: cui edicto addidit hæc verba, Nisi quod permittam: moxque adiecit, Atqui non permittam. Cùmque ei maledicerent homines, aut contra eum aliqui impie facerent, (nam id scelus nominabant impietatem

Cognomina
Tibetij.

Impietas erat
committere in
Imperatorem.

eiusque
nec qu
men
quidem
madu
sum p
uit, tu
menta
bere. I
Aug
cerent
rant
craris
reddi
vsius p
bus p
pria
quib
subit
porib
ro à m
ne id
legiti
quam
atque
Recl
cuni
rescr
non a
man
tatur
se im

eiusque grauissimas pœnas repetebant) minimè curabat: nec quenquã ob eam rem accusari patiebatur, cum tamen Augustum ea in re veneraretur. Nam principio quidem in eos qui contra Augustum deliquerant, nõ animaduertit, progrediente tẽpore de plerisque supplicium sumpsit, ac tum Augustum propterea maxime honorauit, tum etiam quod consueuisset ædificijs, quorum fundamenta iecerat, nec tamẽ absoluerat, nomen eius inscribere. Idem Tiberius consecrabat statuas & monumenta Augusti, nonnunquã mandabat pontificibus ut id facerent. Cumque restituisset ædificia, quæ in vrbe corruebant (nullum enim extruxit nouum præter Augusti sacrarium) nullum prorsus sibi vëdicauit, sed eis nomina reddidit eorum, à quibus ædificari cœpta essent. In suos vsus parum, in publicos multum impedit, restitutis operibus publicis, aut ornatis, maximaque ope ciuitatibus & priuatis hominibus allata. Cumque pecuniã daret aliquibus, aut alia munera, iubebat ea coram numerari subito, aut representari. Intelligebat enim Augusti tẽporibus magnam diminutionẽ de donis eius sæpenumero à ministris esse factam: itaque magnopere prouidebat, ne idem suo tempore eueniret. Hos sumptus faciebat ex legitimis redditibus. Neque enim pecunia causa quemquam occidebat: nullius tum bona proscribebat, nulla vi atque violentia pecuniam exigebat. Etenim Aemilio Recto, qui ad se aliquando miserat maiore summam pecunie ex Aegypto cui præerat, quam imperata fuisset, rescripsit in hæc verba: Tonderi, inquit, oues meas volo, non ad viuum radi. In primis erat affabilis, comis & humanus. Itaque iussit ut Senatores simul omnes se salutatum venirent, ne dum alius alium præuenire cuperet, se inuicẽ truderent. Aequitatẽ maximè colebat: nam

Augusti Cæsaris statua.

Augustale.

Munera sua Tiberius coram volentibus numerari.

Tonderi oues, nõ de glubi

cum

Cōsuetudo
subscribēdij
salutem in
epistolis.

Tiberius Se-
natorib. de-
bitū tribuit
honorem.

Orationem
pro amico
mortuo ha-
buit.

Liuij nomē
scriptū in li-
teris Tibe-
rij.

cū Rhodij magistratus ad eum scripserunt, nec ei in
extrema epistola, ut erat consuetudo, vota fecissent, cogit
ob eam rem accersiri iussisset, tanquam statuisset in ipsa
animaduertere: ut venerunt, nihil fecit acerbum: sed
posteaquam vota quae deerant epistola, subscripserunt,
dimisit. Magistratus habebat in honore non aliter
que stante Republica, assurgebatque Consulibus, atque
quoties eis cœnam dabat, ingredientibus ad fores proce-
debat obviam, & comitabatur abeuntes. Cūque se-
la veheretur, neminem Senatorij aut equestris ordinis
consequi patiebatur, veniebatque sepius ad specta-
cula, non solum ut honoraret eos qui ea facerent, sed etiam
ut plebem ornaret, atque ut unā cum ea dies festos cele-
brare videretur. Non enim his rebus studere unquam
aut fauere cuiquam istorum est visus. Etenim cum pe-
pulus vellet seruum saltatorem donare libertate, id
non antea comprobavit, quā dominus eius consensit,
& precium accepit. Cum amicis versabatur ut prius
tuis, usque cum rei essent, prestabat patrocinium: mero-
rat eorum sacrificijs: visitabat agrotantes, nullis cogit
dibus stipatus. Quinetiam defunctum amicū, & fa-
miliarem suū laudavit in funebri concione. Cūque
conuentus & ludi celebrarentur, eos ipse spectabat de
mo cuiusdā Casariani aut liberti, quō se possent homines
proximē faciliē conuenire. Liniā verō matrē suā
temperantiorem humilioremque praestitit, cuius tanta
erat insolentia, ut superbiam mulierum omnium quae
antea fuerant, superaret. Ea Senatū & plebeios hono-
nes, si qui vellet, domum admittebat salutatum, idque
annalibus scriptum est: praeterea nomen eius aliquando
tēpore scribebatur in epistolis Tiberij, ceteraque omnia
ut imperatrix administrare conabatur. Nam, obtinuit

Ang

Augu-
diceba-
eāmq;
rio in-
bant a-
ri debe-
matre
ca cōfir-
remom-
ac et tra-
in re c-
fugit, &
quod, si
acutijs
cœpit.
re. Hui-
cerie m-
riam: q-
Fuit e-
sinebat
sana in
ga pler-
nem qu-
forte pl-
duit, qu-
est ausu-
Germa-
blato, m-
mano i-
non sol-
hec ei
ac forte

Augusto principatum summa fuerat eius autoritas, & dicebat ab se Tiberium Imperatorem esse factum: ob eamque causam non solum volebat ex aequo cum Tiberio imperare, sed etiam eo superior esse. Itaque decernebant assentatores praeter cetera, Tiberium ex ea nominari debere, ut quemadmodum Graeci ex patribus, ita ille ex matre nominaretur. Qua re indignatus Tiberius, pauca confirmabat eorum quae Livia decernebantur, eamque remouit omnino ab administratione rerum publicarum, ac ei tantummodo curam rei familiaris reliquit. Quae in re cum etiam offenderetur postea, eam relicta vrbe fugit, & ob eam causam Capreas habitatum venit. Druso quoque filio suo petulantissimo & crudelissimo viro, ex quo acutissimi gladij Drusiani appellabantur, insensum esse cepit. eumque saepe numero priuatim publicoque increpare. Huic enim dixit aliquando multis praesentibus: Tu cerie me viuo nemini vim afferes, neque facies iniuriam: quod si quid au tebis tentare, ne mortuo quidem. Fuit enim Tiberius aliquandiu continentissimus, nec sinebat alios libidinosae quicquam agere, sed ob eam causam in multos animaduertebat. Cumque purpurea toga plerique uterentur, quod antea vetitum fuerat, neminem quidem ipse reprehendit, aut multauit: sed cum forte plusset in conuentu quodam, pulla penula se induit, quo facto, uti alio genere vestium nemo deinceps est ausus. Haec omnia ab eo facta sunt quousque vixit Germanicus: quo defuncto, quasi aduersario imperij sublati, mores commutare cepit. Legata, quae populo Romano in testamento Augusti relicta erant, quanquam non soluit illico, ea tamen praestitit postea: ad quam rem haec ei oblata est occasio. Cum enim mortuus efferretur, ac forte per forum funus procederet, quidam in aurem mortui

Drusi petulantia ac crudelitas. Acuti gladij Drusi Drusiani appellati.

Legata quae populo Romano Augusti testamento erant, ferius reposita.

mortui insurravit, rogatusque ab ijs qui aderant presentes, quid ei dixisset, Augusto ut diceret se mandasse. Hunc Tiberius statim occidi iussit, uti ipse de eodem rebus nuncium ferret Augusto, (hoc enim illud ei dicebat) ipse non multo post reliquis satisfecit, trecentis nummis viriim distributis. Singulari quorundam certum certamini interesse noluit: sed altero occiso, alteri ne eo genere certaminis in reliquum tempus retur. Eodem tempore cum nepos eius quem ex Druso habebat excessisset à vita, nihil fecit præter consuetudinem. putabat enim non debere principem sui in communi causa curam Reipublicæ omittere. Drusus quoque cum esset factus Consul, officio Consulis cum collega ut priuatus pariter fungebatur, hæresque à quodam institutus, corpus eius simul extulit. Is ira incitabatur ætatis, ita ut percussisset equitem nobilissimum, quem obrem Castor cognominatus est: eratque usque ad extremum mulentus, ut cum aliquando de nocte coactus esset Praetorianis subuenire incendio, suos aquam postulerent feruenti aqua infferit perfundi. Tauro autem Statiliæ & L. Libone consulibus Tiberius interdixit usum sacrorum vestium, vetuitque ne quis nisi ad sacra aureis vteretur. Cumque postea dubitaretur à quibusdam an ea quoque que haberet emblemata, interdicta essent de hoc etiã edixit: & quanquam Latine id proprie significare non poterat, tamen id verbum propterea quod Græcum erat, edicto inseri noluit. Centurioni quoque veteri Græcè in Senatu testimoniũ dicere non permisit: enim antea in eo complures causas audierat Græcum mone, & multas examinauerat, id tamen non satis uenienter fecit. Vibium Rufum ne accusauit quibus

Drusi humilitas.

Tiberij decreta.

De idioma Græco prohibito.

Vibius Rufus.

quod
et usq
vons
pre
riu, s
stinu
gos m
misit
vati
rius
pecu
ad se
sit. P
Ag
pam
man
berio
dem,
in qu
post
iusm
deba
Cap
te ha
inter
hac
sar c
berio
rat,
pado
lire
non

quod sella in qua semper Iulius Caesar sederat, interfectusque fuerat, videretur; qui cum etiam uxorem Ciceronis duxisset atque de viroque gloriaretur, quasi aut propter se illam Caesar, aut orator propter uxorem esset futurus, tamen harum rerum non solum nullam culpam sustinuit, sed etiam consulatum gessit. Tiberius astrologos magosque peregrinos morte affecit: ciues Romanos misit in exilium, nisi cum Thrasyllus erat semper, cuius vaticinatione quotidie utebatur, eiusque scientia ipse peritissimus erat. Nam cum esset iussus in somnis cuidam pecuniam dare, facile intellexit arte magica demonem ad se missum esse, ob eamque rem hominem interfici iussit. Per id tempus quidam Clemens nomine, qui fuerat Agrippa seruus, eique similis erat quodammodo, Agrippam se esse dixit, atque eo pacto magnam hominum manum sibi coniunxit, comprahensusque tandem à Tiberio, interrogatusque, quomodo Agrippa factus esset, Eodem, inquit, modo quo tu Caesar es factus: Cum autem in quodam edicto verbo parum Latino usus esset, idque postea noctu animaduertisset, omnes qui erant in huiusmodi verbis diligenter versati, accersit ad se, studebat enim Latine & eleganter loqui. Cumque Ateius Capito dixisset, Quamquam hoc verbo nemo usus est ante hac, tamen id tua causa recipiemus in posterum, & inter vetera referemus: atque Marcellus quidam ad hac ita respondisset, Hominiibus, inquit, dare potes Caesar civitatem Romanam, verbis non potes: hunc Tiberius, quanquam nimia licentia loquendi usus fuerat, nullo damno affecit. Archelaum vero regem Cappadocia, cui iratus erat, accersitum, quasi res novas moliretur, tradidit Senatui, ut de eo cognosceret, hominem non solum summa senectute, sed etiam podagra doloribus,

Astrologi
& magi ex
vrbe expulsi.

Clemens A.
grippæ seruus, domino perfimilis.

Tiberius amavit sermonis Latini puritatem.

Archelaus rex Cappadocia.

Cappado-
cia Roma-
norum pro-
uincia fa-
cta.

Senatus vo-
lebat Nouē-
brem appel-
lare Tibe-
rium.

ribus confectum: fuissetque Archelaus affectus ultimo supplicio, nisi testis qui contra ipsum productus fuerat, asseruisset eum dixisse se Tiberio ostensurum, postquam domum redisset, quales sibi nerui essent. Quae ex re ipsa tam magnus excitatus est, propterea quod ille non solum stare non poterat, sed ne sedere quidem, ut Tiberius eum amplius occidi noluerit. Itaque Archelaus tunc saluus euasit, qui tamen non multo post mortuus est. Post cuius mortem Cappadocia venit in potestatem populi Romani, eique vir equestris ordinis praesuit. Tiberius quandiu reliquas virtutes etiam exercuit, magnopere abstinuit ab alienis. Non enim adiuit hereditates quae sibi erant à propinquis relictæ, multaque impendit in usus ciuitatum & priuatorum hominum: cuius rei causa nullum honorem postulauit, nullam laudem admisit. Legatis ciuitatum nationumve nunquam respondens solus, sed plerosque eosque potissimum qui apud eas gentes cum imperio fuerant, suae sententiae participes faciebat. Germanicus autem exercitu prosperè contra Germanos ducto, usque ad Oceanum peruenit, barbarique fortiter deuictis, ossa eorum qui cum Varo interierant collegit & sepeliuit, ac postremò signa militaria recuperauit. Tiberius, cum ei instaret Senatus, statueretque Nouembrem (eo mense natus erat xvi. Cal. Decembris) Tiberium appellandum esse, ita respondit, Si uobis inquit, Casares erunt xiiii. quid facietis? Post haec Marco Iunio, & Lucio Norbano consulibus, Calendas ipsis Ianuarijs prodigium non paruum exiit, quo Germanici interitus praedici quodam modo uidebatur. Nam eodie Norbanus consul, qui semper in id incubebat, ut tuba caneret, in eoque studiose exercebatur, prima luce, cum iam domi adesset magna hominum

multa

multi
turbauit
morem
pui que
cet ad
rent, t

Te
Pa
A
A
R
Et
Ha

omnes
inutili
repon
& Li
runt g
ingen
viribi
nim c
Tiber
mero
mortu
enim
quibus
nome
eo ad
Tiber
postul
mine
perio

multitudo, tuba canere cœpit, quæ res omnes pariter cõ-
turbavit, quasi Consul bellicum cecinisset. Augebat ti-
morem, quòd statua Iani ceciderat, quòdque per id tem-
pus quadam oracula canebantur pro Sibyllinis, quæ li-
cèt ad hac nostra tempora potius quàm ad illa pertine-
rent, tamen ijs omnes valde commovebantur: ea erant,

Sybillina
carmina.

Τὸς δὲ τεῖκκοσίῳρ περιτελλομένων ἐνιαυτῶρ,
Ρωμαίουσ ἐμφυλῶ ἐλεῖ γάσις, ἃ Συβαρίτις
Ἀφροσίωα. Id est:

Ast ter tercentum reuolutis protinus annis
Romana intestina perdetur seditione,
Et furor exitium Sybariticus afferet urbi.

Hæc Tiberius vt falsa calumniari cœpit, libròsque
omnes scriptos de vaticinijs inspicere, ex quibus eos qui
inutiles esse videbantur, damnari atque reijci, ceteros
reponi & retineri iussit. Mortuo Germanico, Tiberius
& Livia magna læticia affecti sunt, ceteri omnes tulerunt
grauiter. Erat Germanicus egregia forma, optimo
ingenio præditus, omni doctrina ornatissimus, magnis
viribus corporis, vir perhumanus & modestus. nihil e-
nim contra Drusum faciebat inuidiose, nihil contra
Tiberium, quod reprehendi posset. Nam cum sæpenu-
mero potuisset adipisci imperium, noluit. Is Antiochia
mortuus est, insidijs ei à Pisone & Plancina factis. Et
enim ossa hominum mortuorum defossa in adibus, in
quibus habitabat, & lamina plumbea, in quibus erat
nomen eius scriptum cum quibusdam execrationibus,
eo adhuc viuo inuenta sunt, eiusque necis Pisonis à
Tiberio factus, introductusque in Senatum, dilatione
postulata, mortem sibi consciiuit. Tiberius postquam ne-
minem habuit aduersarium & competitorem in Im-
perio, ab ijs rebus quas antea bene gerebat, deficere, &

Germanici
mores atq;
virtutes.

Germanici
mors.

Tiberij cru
delitas.

Galbz prin
cipatū præ
uidit Tibe-
rius.

Apicij lux.
*Dio Gabio
legit.
CCL. Myria
des diach-
marum.

Seianus præ
torianos v-
num in lo-
cum cōgre-
gavit.

cuncta acerbe administrare cœpit. Tum enim reus erat impietatis is, qui non modo in Augustum, sed etiam in eum aut eius matrem fecisse aliquid, aut minus commode dixisse de ferretur, ac in eum animaduertebatur gravioriter. Torquebantur non modo serui contra dominos, sed etiam liberi & ciues. Qui accusauerant, aut testimonium contra reos dixerant, consequebantur eorum bona, adipscebantur quo honores & magistratus. Multos interficij iussit explorata die & hora qua nati fuissent, atque inde animaduersa fortuna eorum & moribus. Quæ enim excellere videbat, aut sperare principatum, eum funditus perdebat, didiceratque fatum cuiusque ciuis principis vita ut Galba, qui postea principatum obtinuit, factum obuiam, quo die ille sponsalia fecerat, dixerit, Et tu ubi quædo principatum degustabis: cui propterea pepererat, ut ego quidem arbitror, quod id ei certum et fatale erat, ut autem ille dicebat, propterea quod in senectute & longo tempore post mortem suam esset regnaturus. Ad hæc ei semper & diligenter consiciebat omnia Lucius Ailius Seianus (is erat Strabonis filius) qui olim M. Sulpicio Apicio in delicijs fuerat. Hic Apicius luxuriose vixerat supra omnes homines. Cum enim aliquando voluisset intelligere quantos sumptus fecisset, & quantum restaret, cognouisset que sibi superesse centies sestertium, magna molestia affectus, metuensque ne fame moreretur, mortem sibi consciiuit. Igitur Seianus aliquanto tempore unâ cum patre prætorianis præfuit: sed postquam eum pater in Ægyptum missus est, atque ipse præfectus eorum fuit solus, præter cetera quæ constituit, prætorianorum milites seorsum antè per cohortes cubantes unum in locum atque in eundem murum conduxit, ut confertius lerius possent imperata facere, ut quæ quod in eodem mi-

ro essent, metuerentur ab omnibus. Huic Tiberius coniuncto sibi morum similitudine Pratorios honores tribuit, quod antea nemini qui similis eius esset, contigerat, cumque consiliarium ac ministrum in rebus omnibus cepit. Postquam Tiberius Consularem dignitatem cum Druso adeptus est, statim plerique omnes ex eo mortem Druso prädixerunt. Nemo enim fuit eorum qui cum Tiberio Consulatum gesserunt, qui infelicissima morte non obierit. Siquidem Quintilius Varus, Cneus Piso, atque adeo Germanicus misere perierunt, idque eis factum quodam videtur contigisse. Drusus quidem eo tempore & Seianus postea, cum collega eius fuissent, mortui sunt. Cum autem abesset ab urbe Tiberius, Caius Lutorius Priscus eques Romanus, ac poetica in primis peritus, qui Germanici epitaphium composuerat, ob eamque rem magnam pecuniam acceperat, accusatus est in Drusum egrotantem carmen scripsisse. Quamobrem cum damnatus à Senatu, occisus esset, Tiberius molestè tulit, non quòd esset affectus supplicio, sed quòd Senatus aliquem interfici iussisset non cognita sua voluntate. Itaque increpatis patribus iussit ut decernerent, ne de ijs quos ipsi damnauissent, intra decem dies supplicium sumeretur, neve decretum quod de capite alicuius esset factum, intra idem tempus publicaretur, quòd postea absens decreta eorum intelligere, eaque, an iure facta essent, cognoscere. Post hac functus Consulatu, atque in urbem reuersus, vetuit Consulibus ne quenuquam in iudicio defenderent. Nam ego, inquit, si Consul essem, id non facerem. Cum autem vnus ex Pratoribus argueretur contra eum impiè dixisse aliquid aut fecisse, ac postea de curia decessisset, reuersusque relicta veste magistratus, petiisset, ut statim veluti priua

Omnes qui cum Tiberio consulatum gesserunt, morte infauista sublati.

C. Lutorius Priscus.

Vetuit, ne de dānatis supplicium intra decē dies sumeretur.

Saltatores
expulsi.

Honores
habiti Se-
iano.

tus accusaretur: id Tiberius vehementer doluit, eumque nullo damno affecit. Saltatores autem Roma expulsi, vetuitque ut eam artem nusquam exercerent, quod notarent ac vituperarent mulieres, & quod seditiones citarent. Plerosque qui excefferant e vita, statuis ornauit & publicis monumentis. Seiano quidem viuenti statuam aeneam in theatro collocauit, eiusdemque statuam multa postea à multis facta sunt: estque apud populum & in Senatu maximis laudibus affectus. Hunc Seianum Consules nedum ceteri clari viri domum prima luce semper veniebant salutatum, cum eoque communicabant omnia, quae priuatim essent à Tiberio petitura: itemque ea quae publica erant, de quibus Tiberium respondere oportebat. omnino enim nihil eiusmodi absque Seiano gerebatur. Per id tempus cum Roma porticus maxima alteram partem inclinaret, eam quidam architectus contra omnium opinionem erexit, cuius nomen propter ea ignoratum est, quod Tiberius permotus inuidia rei admirabilis, id scribi in annaliu monumentis noluit. Isigitur quisquis fuit, fultis undique fundamentis porticune moueretur, ac superiore parte eius velleribus omnium & crassis vestimentis cincta, & circumligata funibus, adhibitis multis hominibus, & machinis in pristinum locum restituit. Tiberius hominem admiratus ei inuidiam cui quanquam ob id factum pecuniam largitus est. tamen eum ex urbe per inuidiam expulit. Is aliquanto tempore post ad Tiberium reuertitur, atque interdum eum vehementer obsecrat, consulto poculum vitruum quod gerebat, clam de manibus abicit, fractumque primum & collisum, mox integrum illa sumque in suis manibus ostendit: cumque ob eam rem se veniam consecuturum putaret, eum Tiberius interfici iussit. Drusus filius eius

venit

veneno sublatus est. Nam cum Seianus propter potentiam & dignitatem quam obtinebat, cetera omnia faceret petulantius atque insolentius, tandem se ita contra Drusum conuertit, ut cum eo pugnis aliquando certauerit. Quocirca eum metuens, Tiberiumque, simul sperans, si adolescentem de medio sustulisset, se facillime arbitraturum esse tractaturum, Druso venenum dedit, vsus opera famulorum eius uxorisque (ea Liuilla à quibusdam nominata est) cum qua antea adulterium commiserat. Huius facinoris culpa penes Tiberium quoque nonnullorum arbitraturum fuit, quod Druso egrotante morboque, nihil fecit praeter consuetudinem, nec alijs ut facerent, permisit. Quae ratio ideo mihi non probatur, quod eodem modo se gerebat erga reliquos omnes, quodque erga Drusum unicum filium, & certe legitimum valde affectus erat, & quod de ijs qui eam necauissent partim statim, partim postea supplicium sumpsit: venitque in Senatum, & filium, ut par erat, laudauit, inde domum reuectus est. Vetuit Tiberius ne ijs quibus aqua & igni interdictum esset, testamentum facerent, quod etiam obtinet hisce temporibus. Alium vero Saturninum, à quo carmina quaedam in ipsum scripta erant minus commode reum factum in Senatu, conuictumque iussit à Capitolio praecipitari. Memorare possem complura eiusdem generis, si velle omnia persequi, sed in summa permulti homines ex huiusmodi causis, ab eo interfecti sunt. Id vero praetereundum non est, Tiberium singula diligenter inuestigare quae sibi homines exprobraret, eaque coepta contra se patefacere consueuisse. Etenim ea quae nonnulli secreto collocuti essent, ea ipse ita dictitabat palam, ut postea in publicis commentarijs scriberentur: praeterea quo videretur irasci iustius, ea saepe quae nemo di-

Venenum
Druso à Se-
iano datū.

Testamenti
factio pro-
hibita ijs,
quibus aqua
& igni in-
terdictū est.

Tiberius eo-
rum diligens
inuestiga-
tor, quae sibi
exprobra-
rentur.

xerat, sed quorum erat sibi conscius, dicta esse mentiebatur. Ex quo fiebat ut contra se delinqueret in ijs. propter qua alios ut impios puniebat. Hanc ob causam ridiculus erat, cum ea qua rei se negabant dixisse, ipse dicta esse confirmans, iuransque, sibi verius iniuriam faceret. Qua ex re eum non esse sanae mentis plerique arbitrati sunt: neque tamen demens esse omnino putabatur, cetera administraret sapienter. Senatori enim qui petulantem & luxuriose vivebat, curatorem dedit non secus ac pupillo: & Capitonem qui procurator fuerat in Asia, detulit ad Senatum, eumque accusatum quod militem habuisset, fecissetque multa, quasi praesset ei provincia cum imperio, in exilium misit. Nam illis quidem temporibus nihil amplius licebat ijs quibus cura pecuniae Principis mandata erat, quam redditus legitimos colligere: iudicabanturque eorum controversiae in foro, atque ex iure civili, pariter cum causis privatorum civium. Itaque in rebus à Tiberio gestis magna fuit varietas, magna inconstantia. Postquam decem anni praeterierunt, et non petiuit principatum confirmari Senatusconsulto, nec enim opus erat, propterea quod non repudiabat eum, ut Augustus, tamen celebrati ludi, qui decimo quoque anno fieri consueverant. Cremulius autem Cordus, quod Seianum offendisset, manus sibi afferre coactus est: nam cum eum Tiberius non posset reum facere alicuius sceleris (erat enim iam senex, vixeratque semper honestissime) propterea condemnauit, quod in historia qua olim de rebus gestis ab Augusto composuerat, & quam Augustus ipse legerat, Cassium & Brutum laudauisset, & Senatum populumque Romanum reprehendisset: quibusque Caesarem & Augustum, etsi nihil contra eos scripserat, tamen non ornauisset summis laudibus. De
enim

Tiberius non esse satis sane mentis existimat.

Primum decem anni Tiberij

Cordi historia.

enim rebus accusatus, occisus est: atque scripta eius in vrbe quidem ad illos cremauerunt, foris autem prefecti singularum ciuitatum: quæ tamē postea rursus in lucem edita sunt: fuerant enim & ab alijs multis, & à Marcia filia eius occultata: ac tum propter Cordi calamitatem multo cœpere legi studiosius. Eodem tempore Tiberius prætorianos milites coram Senatoribus, tanquā vires eorum ignorarent, curauit exerceri, ut se magis timerent, animaduersa eorum multitudine & viribus. Quæ cum illis temporibus facta fuerint, & historia mandata. Cyzicenis, quod ciues aliquot Romanos tenuissent in vinculis, nec templum quod Augusto adificare inceperant, absoluisent, libertas iterū erepta est. Cum autem quidam simul cum adibus suis statuam Tiberij vendidisset, eum Tiberius ob hanc causam condemnari iussisset atque interfici, nisi primus esset à Consule sententiā rogatus, nam ita affectus pudore, ne in rem suam dicere videretur, reum sua sententia liberauit. Sed cum Lentulus Senator, homo suauis ingenio & modesto, ac iam grandis natu, accusatus Principi insidias fecisse, accusatores (aderat enim præsens) vehementer irrideret, Tiberius quod ob eam causam commotus fuisset Senatus, Si quidem, inquit, me Lentulus odit, hac luce me indignum puto.

Cyzicenis
libertas ere
pta.

Lentuli di
gnitas apud
Tiberium.

DIONIS LIBER LVIII.

Itaque Roma profectus eo tempore, nunquam in urbem reuersus est. licet se venturum semper polliceretur. Retiarius verò quidam amicus & familiaris Sabinus viri primarij in vrbe, ut Seiano rem gratam faceret, Sabinum domum suam in qua habitabat, introduxit, nonnullis Senatoribus sub tecto eius occultatis, cœpitq; ibi cū eo conferre sermones, eumq; paulatim pelli-

cere, quibus rationibus consueuerat, ut omnē animi sui
 „ sententiā explicaret. Solent enim calumniatores primi
 Calum- „ pio alteri maledicere, ac quaedam arcana patefacere, et
 niatores. „ eos accusent postea, qui se maledictis non abstinnerint.
 Itaque illi, ut qui id cōsulto faciant, tūto loquuntur & se-
 ne periculo. non enim ita sentire existimantur, sed pro-
 pterea obtrectare, quōd alios captare & coarguere ve-
 lint: hi, si paulo dixerint aliter quā deceat, puniuntur su-
 bito, ut tum accidit. Nā Sabinus eodem die coniectus
 Sabini in carcerē, postea est indemnatus occisus, corpusque eius
 mors. in Gemomas tractum, inde in flumen proiectum est.
 Hunc casum grauiorē fecit canis eiusdē Sabini, qui cum
 canū fides. eo unā in carcere fuit semper, nec reliquit mortuum,
 quique se ad extremum in flumen coniecit. si sēdem tem-
 poribus Liuia annū agens sextum & octuagesimū mor-
 tua est. Eam Tiberius non visitauit aegrotantē, nec ex-
 Liuię mors, eiusque vitę anni. quias funeris eius profecutus est, nullōsque honores ei tri-
 buit prater funus publicum, statuāque, aliāque non nul-
 la quę nihil habere momenti videbantur, vetuitque pu-
 lām ne immortalitate donaretur. Huic Senatus non solum
 decreuit ea quę Tiberius mandauerat, sed etiā con-
 sult, ut eam matrona annum lugerent, laudato in pri-
 mis Tiberio quōd ne tum quidem Reipublica curam
 omitteret, arcumque ei decreuit, quod antea scemina ac-
 ciderat nunquam, propterea quōd multos Senatores con-
 seruauisset, educassetque eorum liberos, ac cōplures filias
 eorum in matrimonium elocandas dote iuisset. Quia
 ob res nonnulli Liuiam matrem patria appellauerunt:
 eaque in monumento Augusti sepulta est. Multa ab illis
 Liuię apo- sapienter dicta referuntur, quę vocātur ἀποφθεγμα-
 phthegmata. ta. Nam cum nudos homines qui sibi facti erāt obuia, mo-
 ri ob eam causam oporteret, dixit eos matronis quidē in-
 nesti

nesti
 seruau
 gustu
 ea qu
 ipsius
 ret, qu
 Liuię
 non es
 se eum
 aperte
 tum f
 nec ip
 pit in
 eius p
 nem e
 prim
 natu
 ipsa e
 de ut
 vtriu
 Gallu
 de pr
 Nam
 que e
 tum s
 & qu
 nabat
 tus est
 suppl
 ei mor
 miste
 esse, v
 nesti

nestis & continentibus, nihil à statutis differre, sicq; eos
 seruauit. Cùmq; interrogaretur, quibus rationibus Au-
 gustum sibi subiecisset: respondit multa modestia, quòd
 ea quæ placerent Augusto, faceret libenter, quòd res
 ipsius non inquireret curiose, quòdque se scire dissimula-
 ret, quibus ille rebus ueneris domi frueretur: talis enim
 Livia fuit. Caterùm arcus qui Livia decretus fuerat,
 non est adificatus, propterea quòd Tiberius promittebat
 se eum adificaturum suis sumptibus, nam decretum quod
 aperta oratione non erat ausus rescindere, hoc pacto irri-
 tum fecit: nec enim opus fieri permisit pecunia publica,
 nec ipse fecit suis sumptibus. Tum Seianus efferri cœ-
 pit insolentius, decretumque est à Senatu, ut natalis dies
 eius publicè celebraretur. Statuarum verò multitudi-
 nem quas ei Senatus, equestris ordo, tribus omnes, &
 primarij viri posuerunt, numerare certè nemo potest. Se-
 natus enim legatos separatim, itémque equites & plebs
 ipsa ex tribunis suis & adilibus ad utrunque mittebat:
 de utroque vota faciebant: sacrificabant utrique, & per
 utriusque fortunam pariter iurabāt. Interea Tiberius
 Gallum qui uxorem eius duxerat, quiq; fuerat liberè
 de principatu locutus, nactus occasionem adortus est.
 Nam cùm ad se legatus venisset: ei conuiuium fecit, eum-
 que exceptit perhumaniter, mox contra eundè ad Sena-
 tum scripsit, ita ut acciderit ei res quæ dā admirabilis,
 & quam nemini video adhuc cōtigisse, nam quo die cœ-
 nabat apud Tiberiū, ei que propinabat amicè, cōdemna-
 tus est à Senatu, missusque Prætor, qui eum vincitum ad
 supplicium duceret. Cùmque id Tiberius fecisset, tamè
 ei moriè obire cupiēti, cognito decreto Senatus, nō per-
 misit: sed eum, quò magis affligeretur, iussit bono animo
 esse, utq; solutus à vinculis in custodia teneretur, quo-

Natalis dies
 Seiani pu-
 blicè cele-
 bratus.

Tiberij cru-
 delitas in
 Gallum.

usque ipse in urbem veniret, idq; ut paulo ante dixi, hac ignominia affectus & percussus metu, diuissimum ser & calamitosus esset, idq; factum est. Semper enim studiebatur à Consulibus, cum non esset Tiberius, tu autè à Prætoribus, non ut ne fugeret, sed ut ne sibi nus afferret: cum eo nullus amicus, nullus famulus vobatur, loquebatur nemini, videbatq; neminè, nisi quom cibum capere cogeretur. Cibus verò eiusmodi erat, ut ei voluptatè afferret, nò vires eius resciceret, & quod omnium grauissimū, eum nò sineret mori. Id Tib: ruse penumero in multis alijs fecit. nam cum teneret amicum constrictū vinculis, sermòq; de supplicio & morte incidisset, negavit se ei adhuc esse recòciliatum. Cum magnis tormētis quēpiam alium affecisset, deinde cognisset eum non iure accusatū esse, mox interfici iussit. xitq; eum grauiorè iniuriam accepisse, quam ut p bene beateq; viuere. Syriacus verò qui nullā ei inu ficerat, homo doctus & eruditus occisus est, q; Tiberi ceret eum Galli amicum & familiarè esse. Seianus tē indies augebatur, & valde formidolosus erat, qu cū Senatores cateriq; quasi Imperatorem sequerent & Tiberiū paruisaceret, Tiberius, metuēs ne aperte designaret Imperatorem, etsi non putauit omnino eā re contēni aut negligi oportere, tamē nihil egit aperte, p pterea q; intelligebat Seianum in primis sibi deuina Prætorianos milites, ac Senatores partim beneficis bona iniecta, partim timore sibi coniunxisse: prætèr a berij familiares omnes vsque ad eò sibi fecisse beneficia ut omnia dicta eius factave subito ipsi renunciarent: autem ipse faceret, ea nemo ad Tiberium perferret. que Tiberius aliam sibi rationem esse incundam raturauit eum designare Consulē, vocareque sicut

Syriaci
mors.

Seianus.

Seiani apud
omnes au-
toritas.

& pa
ianu
ris q
Qu
cus or
men p
theat
desig
craja
Seian
lissim
fiat C
Tiber
tum;
ex eq
mina
cerne
nunci
percip
ad Se
Publi
nit, ib
terem
rat pr
summ
prince
men e
moueb
ne au
strem
atque
Vt eni

& participem consiliorum suorum. saepe ita dicere, Se-
 ianus meus, Seianus inquam meus, idq; scribere in liti-
 ris quas ad Senatū aut ad populū mittere solitus erat.
 Quibus rebus homines credētes deceptiq; utriq; in lo-
 cis omnibus (statuas aeneas pariter ponebant, utriusq; no-
 men pariter inscribebāt, utriq; ferebāt sellas aureas in
 theatra: factūque est Senatūscōsultum, ut ambo simul
 designarētur Consules in quinquennium, faciebātq; sā-
 cra statuas eius, non aliter quā statuas Tiberij. Rebus
 Seiani in hunc modū succedentibus, cōplures alij nobi-
 lissimi & clarissimi viri interfecti sunt. In eorū numero
 fuit Caius Rufus Geminius, qui cū esset impietatis in
 Tiberiū accusatus, tabulas testamēti sui attulit in Sena-
 tum, in quibus filios suos & Tiberium heredes faciebāt.
 ex equis partibus: tamen accusatus quōd mollis & effœ-
 minatus esset, domum reuertit, antequā aliquid de-
 cerneretur. Post ubi intellexit quæstorem adesse ad re-
 nunciandam sententiam, qua fuerat cōdemnatus, se ipse
 percussit, ac vulnere quæstori demonstrato, Refer, inquit,
 ad Senatū, sortem virum mortē oppetere. Huius uxor
 Publica Prisca rea facta alicuius sceleris, in Senatū ve-
 nit, ibique pugione quem sub veste cōdiderat, se ipsa in-
 teremit. Seianus autem in tantam arrogantiam vene-
 rat propter magnitudinem potestatis, ut (quōd omnia in
 summa dicam) ipse Imperator, Tiberius in sula cuiusdā
 princeps videretur, q̄ in sulam incoletet cui Capreae no-
 men est. Ad Seiani fores frequētes homines assistebat, di-
 monebantq; se mutuo de loco, & expellebāt: q̄ metuerēt,
 ne aut ab eo non conspicerentur, aut ne viderentur in po-
 stremis esse, quōd ille obseruaret cuncta diligentissimē,
 atque in primis verba mutūque primariorū hominum.
 Ut enim y qui eam dignitatem obtinent quam merētur,

C. Rufus
 Geminius,
 iniuste ac-
 cusatus sibi-
 ipsi infert
 manus.

Publica Pri-
 sca se inter-
 emit, in Sena-
 tu.
 Seiani arro-
 gantia.

Nobilis &
ignobilium
differentia.

non magnopere postulant honores sibi ab alijs exhiberi,
neque si quid ab illis prætermisum aut peccatum fuerit,
reprehendunt, sibi enim conscij sunt se non cõtemniti-
» qui subsidium sibi comparant ad decus atque ornamen-
» tum, studiose querunt omnia quæ spectant ad augen-
» dam dignitatem: quæ si nequeunt assequi, moleste ferunt,
» quasi illud videantur, dolentque, quasi sint magnis in-
» iurijs lacefsiti. Ex quo fit, ut maior cura adhibeatur
» fouendis eiusmodi hominibus, quàm in ipsis Imperato-
» ribus ambiendis. Nam hi seruare se dignitatem suam
» putant, & virtutem colere, cum huiusmodi peccatorum
» pœnas prætermittunt: illi dum ignoscunt, existimant
» qui suam imbecillitatem: dum autem puniunt, tum de-
» mum potentiam suam intelligi & confirmari putant.

Prodigia
Seiani mot-
tem præce-
dentia.
Scalæ Ge-
moniz.

Sed cum Calendis quibusdam frequentes domi Seiani
conuenissent, lectus positus in aula, ubi salutabatur, pro-
pter multitudinem sedentium fractus est, felisque exco-
transiit medius. Cumque Seianus descenderet in for-
peractis sacrificijs in Capitolio, satellites eius ea via quæ
est ad carcerem profecti, quod eum propter multitudi-
nem hominũ consequi non possent, corruerunt ad scilicet
quibus damnati præcipitabantur. Seianus ob hanc rem
egit auspicia, in quibus nulla aues prospera, sed coru-
multi circum eum volare & canere, deinde aduolat
domum eius, & super eam considerare visi sunt: quæ au-
guria tamen nec Seianus curare, nec quisquam alius
nam si quis deus ex ijs rebus quæ tum videbantur, ge-
rò prædixisset tantam mutationem futuram, ei fidere
habuisset nemo. Tum enim plerique fortunam eius
rabant, eumque Tiberij collegam appellabant non
consulatu, sed in orbis terræ imperio. Quæ cum
ignoraret Tiberius, consultarètque, quo pacto eum

terfice-
perire
nibus
gnito
Senat.
momo
nunqu
ventu
mere,
dedeco
partim
ci ven
moliri
fidere,
batur
poris i
num a
rique
in urb
Pertu
magie
eius ca
preslu
put re
crifica
fionia
est. H
stique
perân
minen
testate
deret.

terficeret, nec quemadmodum id faceret palam tuto reperiret, rationem admirabilem Seiano ceterisque omnibus inire cœpit, quò perspectos aminos eorum & cognitos haberet: multa enim de se ad Seianum, atque ad Senatum crebrò scribere, interdum dicere se grauissimo morbo laborare, & in mortis periculo versari, nonnunquam optimè valere, seque Romam propediem esse venturum. Seianum tum extollere, tum maximè deprimere, nonnullos socios eius, ipsius causa honore, nonnullos dedecore afficere. Quibus rebus Seianus partim elatus, partim depressus, suspensus semper & incertus erat. non ei veniebat in mentem timere, ac proinde res novas moliri, erat enim in honore: nec rursus vsque adeò confidere, vt ageret aliquid audacius, siquidem imminuebatur eius potentia. Ceteri, cum vicissim ac paruo temporis interuallo audirent contraria, non amplius Seianum admirari, nec eum omnino contemnere, suspicarique Tiberium aut breui tempore moriturum, aut esse in urbem venturum: itaque dubij omnes & incerti esse. Perturbabatur his rebus omnibus Seianus, ac multo magis, quòd ex statua ipsius sumus prodierat, abscissoq; eius capite vt causam cognoscerent, magnus inde serpes presiluerat: cumque eidem statuae subito alterum caput repositum esset, atq; propter eam causam sibi ipse sacrificare statueret. (sibi enim etiam sacra facere solebat) funiculus in collo eiusdem statuae religatus repertus est. Hic Seianus multo magis contemni cœpit, manifesteque deseri, & abiectus esse. Quare Tiberius confusus, speransque se populum & Senatum socios habituros, hominem inuadit sparsis rumoribus, se ei tribuniciam potestatem daturum, quò eum maximè imparatum offenderet. Interim contra eum scribit ad Senatū: literas dat

Tiberij contra Seianū infidix astutissimz.

Seiani statua.

Naius Sertorius Macro.

Naius

Gracinus
Laco præfe-
ctus vigilū.

Tiberij con-
tra Seianū
ad Senatum
literæ.

Nenio Sertorio Macroni quem virū pratorianis mi-
litibus secretò præfecerat, docueratq; quid se facere ope-
teret. Is ubi nocte quasi ob alias causas Romam veni-
mandatis quæ à Tiberio habebat, cum Memmio De-
gulo Consule, (nam eius collega fauebat Seiano) & cum
Gracino Lacone præfecto vigilum communicatus, pro-
maluce palatium conscendit, (erat enim futurus Sena-
tus in templo Apollinis) ibi Seiano qui nondum ingre-
sus erat, fortè sit obviam, quem ut videt perturbatum,
quòd Tiberius nihil ad se scribat, eum consolatur, dicit
secretò se ei tribuniciam potestatem asserre. Ea re late-
tus Seianus in Curia ingreditur: Macro pratorianum
qui apud Seianum & Senatum erant, in castra mitti
patrefacta eis sua potestate, ostensisq; literis Tiberij, in quibus
Tiberium nonnulla eis largiri significabatur: pro
excubias vigilum circum templum disponit, dein ipse
ingreditur: mox datis literis Consulibus, exit antequam
legantur, præcipitque Laconi, ut ibi cuncta tueatur, ut
in castra, ne qua seditio fiat, proficiscitur. Recitantur
ergo literæ in Senatu, in quibus nihil erat perpetuum con-
tra Seianum. Harum principium erat de alijs reb;
scriptum: subsequēbatur brevis contra eum expositi-
o, post alia quedam diuersa: rursus in Seianum ad-
quid: ad extremum scribebat in duos Senatores furo-
miliares Seiani animaduerti oportere, ipsum esse in
stodia retinendum, nihil enim apertè de morte eius spe-
psit, veritus ne tumultus ob eam causam concitaretur.
Quæ literæ cum essent eiusmodi, multa, eaque inter
varia audire licebat ac videre. Nam principio ante
quam literæ legerentur, omnes Seianum laudabant &
clamabaturque ab omnibus, se iam ea quæ diu spera-
rant, adeptos esse: post ubi nihil horū est in literis inno-

tum et
tare in
vna ca
plebi
aliqui
ui aliq
citaba
nisi de
Regul
cit sup
uerat i
cat, por
ille, M
pergit,
omnes
non soli
qui eum
suetu
ti ista
extra C
carcerē
rum h
cto exte
se comi
rem tra
coron
gel ante
eum de
ta irrid
terfecti
omne q
dissipa

tum atque omnia contra expectationē audita sunt, dubitare omnes. mœrere, & conturbari: nonnulli quoque qui una cum eo confederant, surgere. Praetores & tribuni plebis eum circumstare, ne forte profiliēs foras, concitaret aliquid atque commoueret, id quod inuitō fecisset, si graui aliqua fuisset oratione perterritus: sed dum ea quae recitabatur, contēneret ut leuia, nec metueret quicquam nisi de se grauius scriberetur, non excessit è loco. Interim Regulus cum ad se vocat, is primò non parat, nec id facit (superbia (iam enim erat humilior) sed q̄ non cōsueuerat imperata facere. Consul eum iterū ac tertium vocat, porrectaque manu, Huc ades, inquit, Seiane. Tum ille, Mene, inquit, vocasti: ita tādē surgit, & ad Cōsulē pergit, eumq; Iaco cōsequitur. Perlectis literis, cœpere omnes vno ore contra eū vociferari atque ei maledicere, non solum ij qui ab eo iniuriam acceperant, sed etiam ij qui eum metuebant antea: plerique dissimulabant consuetudinē & amicitiam quam cum eo habuerant: multi ista commutatione letabantur. Regulus educit eum extra Curiam, comitatūsq; reliquis magistratibus in carcerē perducit. Ex quo intelligi debet imbecillitas rerum humanarum & incōstantia, nec nos vnquā ullo pacto extolli oportere, nam quem omnes manē ut potio rem se comitati fuerāt in Senatum, eum paulò post in carcerem traherant ut abiectum & nefarium hominē: & cui coronā paulò antea dederāt, eundē postea vinculis cōstringebant: quē antea satelletes stipabant ut dominum, eum deinde ut fugitiuum custodiebant. Hic plebs cōmotā irridere & vociferari cœpit propter eos qui ab eo intercepti fuerant, eiq; propterea quae sperauerat, illudere, omnesque eius statuas deturbare, affligere, cōminuere, dissipare, tanquam eo pacto vulnus homini infligeret.

Ex

Seianus de-
prehensus
in carcerem
incarceratur.

Rerum hu-
manarum
mutatio.

Seianus è
scalis præci
pitatur.

Virginem
In carcere
necari ne-
fas erat.

Libertatis
statua.

Dies necis
Seiani cele-
bratus.

Ex quibus rebus omnibus Seianus iam tum potera
prauiderè, quid sibi esset euenturum. Nam non mo-
to post decreto Senatus in Gemonias proiectus est, plebs
que corpus eius triduo magnis opprobrijs affectum, tan-
dè in flumen proiecit, & liberi eius Senatusconsulto
mortem ducti sunt, filia virgine quæ filio Claudij de-
sponsa fuerat, prius à carnifice vitata, quòd nefas esse
virginem in carcere necari. Tunc in Vrbe magnus tu-
multus concitatus est. Plebs enim occidere properabat
eos quos intelligebat plurimum apud Seianum potuisse
atque eius autoritate fultos, sæpe multis iniuriam fecisse
militibus dolere, quòd in suspicionem venissent Seiani
neuolentia, quòdque sibi vigiles in fide erga Impera-
rem præpositi essent, ob eamque rem facere incendia
rapinas. Senatus decreuit locari in foro statuam Libe-
tatis, atque eum diem quo mortuus erat, celebrari
tam in iocibus equorum & belluarum cædibus annuis, quæ
ante factum erat nunquam: atque ut nemini in popu-
rum honores immoderati tribuerentur, nève per alium
quam Imperatorem iuraretur. Quibus decretis factis
nihilominus Macronem paulo post & Laconem ad-
lari cœperunt, quamuis hi proximo exemplo perterro-
ratos amplissimos honores repudiarent. Tiberius nactus occa-
sionem ex Seiani delictis, magnum numerum bono-
rum sustulit, quos partim tradidit in manus carnificum
partim afferre sibi manus coegit. Erat idonea causa
accusandum, Seiano amicum fuisse, aut fuisse videtur
quasi verò Tiberius eum non dilexisset plurimum, ut
ipsius causa ceteri studiosi eius non fuissent. Sed in
tam magna crudelitate tamen visus est aliquid humani-
tatis agere, quòd Cassiano & Lucio Seiano Prætori
Marco Terentio equiti pepercit. Hic Seianus in ca-
t

tumela
buerat
Præto-
rorum
rat. Qu-
tiam p-
is reb-
iani d-
citiam
se stud-
propte-
retur.
milia-
rator
cum e-
re & n-
inuest-
bencia
modo
bè inc-
natus,
die ist-
core a
morus
set, cu-
Ma-
opes e-
do vi-
fecisse
tus, p-
ficauit
trunc-

tumeliam Tiberij spectaculum per caluos homines praebuerat vsque ad vesperum. erat enim Tiberius caluus. Præterea abeuntibus ex theatro à quinque millibus puerorum, qui omnes rasi erant, lumina præferri curauerat. Qua de re Tiberius non modo iratus non est, sed etiam principio se intellexisse dissimulauit ea quæ sibi de his rebus nunciata essent. Ex eo tempore calui omnes Seiani dicti sunt. Terentius verò reus factus propter amicitiam Seiani, non solum eam non negauit, verum etiã se studiosum eius fuisse dixit, eumque coluisse maxime, propterea quòd apud Tiberium in magno honore haberetur. Nam si Tiberius, inquit, rectè fecit utens eo familiariter, ego certè nihil peccauit: quòd si errauit Imperator omnium rerum peritus, quid mirum si ego vnà cum eo errore ductus sum? quandoquidè nos decet amare & reuereri eos quos ille afficit honore, nec quales sint, inuestigare curiosus, sed hac vna regula metiri eorum beneuolentiam, si principi grati sint. Itaque Senatus nõ modo liberauit Terentium, sed etiam accusatores acerbè increpauit. Tiberius comprobata hac sententia Senatus, magnis laudibus affectus est, præsertim quòd vno die istos insignes delatores occidi iussit. Caterum dedecore atque infamia opprimebatur, quòd amore nobilissimorum puerorum pariter atque fœminarum captus esset, cuius rei vnum tantummodo exemplum ponã. Sex Marius amicus eius erat, ob eamque rem ad eò magnas opes & potentiam sibi comparauerat, ut cum aliquando vicino suo insensus fuisset, ei que biduum conuiuium fecisset, ac primo quidem die villam eius esset demolitus, postridie verò amplio rem magnificentiorẽque adificauisset, ignoranti domino, à quibus id esset factum, vtrunque confessus dixerit, se eo pacto homines ulcisci &

Spectaculũ
par caluos
in contume
liam Tibe
rij à Seiano
exhibitum.

Seiani calui

Terentij ex
cusatio ele
gans.

“

“

“

“

Delatores
occisi.

Sexti Marij
diuitiæ, &
egregiũ fa
ctum.

remunerari posse. *¶* Ergo filiam suam pulcherrimam
 minam alio misit, ne Tiberius eam vitaret, ea prope
 ipse cum eadem filia rem habuisse accusatus, simul cum
 ea occisus est. Tiberio nepos erat ex filio Druso Tiberio
 adhuc puer: alter ex Germanico, nomine Caius, cui fu-
 turo Imperatori magis fauebat. quòd sciret ea qua ad
 trunque pertinerent. Nam Caius, cum is aliquando cum
 Tiberio dissideret, fertur dixisse: Tu hunc occides, pla-
 te. Cùmque non haberet sibi propinquitate cõiuncturam
 sciretque eum pessimum & sceleratissimum fore, libere
 ei, ut aiunt, Imperium reliquit, quòd memoriam scelerum
 suorum maioribus Caii sceleribus obrueret, utq; ma-
 gna atque nobilissima pars Senatus post mortem suam
 necaretur. Sape enim dictum illud vetus fertur esse
 passe,

Cur Tibe-
 rius reliquit
 imperium
 Caio.

Magna Ti-
 berij crude-
 litas atque
 infania.

Afinij Galli
 mors.
 M. Aemilius
 Scaurus pro-
 pter Tragæ-
 diam, cui no-
 mē erat A-
 treus, occi-
 sus est.

Εὐς δὲ δαυόντι & γαία μὴ χθρῶ τῶντι,

Me mortuo, terram ignis undique hauriat.

Sæpenumero Priamũ fortunatũ dixisse, quòd ei cum
 patria & regno perire cõtigisset. Qua de eodẽ Ti-
 berio verè licet scribere ex ijs qua tum acciderunt. Tunc
 magna enim multitudo Senatorum interijt, & reliquorũ
 hominum, et magistratus provincias quas sortiti
 fuerant. Pratorij quidem viri triëniũ, Consulares
 sex annos penuria successorum obtinerent. Galba
 fuit in eorum numero qui mortui sunt. Tam enim Tibe-
 rius ei, ut dicebat, vix tandem reconciliatus est: ita
 præter consuetudinem aliorum, vitam supplicij, mortis
 beneficij loco ducebat. Marcus quoque Aemilius Scau-
 rus, nullo scelere admissõ captus ob tragœdiam quam
 posuerat, in atrociorẽ eo quem scripserat casum in-
 dit. Atræus poemati nomen erat, in cõque cohortabatur
 ad exemplum Euripidis eum, qui foret sub imperio

prince
 omnes
 Etas in
 factur
 morte
 accusa
 nim el
 no, si q
 nix in
 putaba
 Caius
 suppea
 reter et
 mentis
 re Cai
 bum T
 amore
 rem cu
 dem, in
 festina
 tus, co
 quasi
 Vi.

principis stulticiam ferret. Qua re cognita, Tiberius rē omnem ad se spectare arbitratus, seque propter cedes factas intelligi Atrei nomine, dixit se Scaurum Aiacē facturum, id quod euenit. nam ipsum eō deduxit, ut sibi mortem asferre cogeretur: non tamen de hac re facta est accusatio, sed quod Liuilla stuprum intulisset. multi enim eb hanc causam supplicio affecti sunt. Eodem anno, si quis res Aegyptiorum ad Romanos pertinet, Phœnix in Aegypto visa est, ea Tiberio mortē denunciare putabatur. Etenim sequenti anno grauiter agrotauit: cui Caius, metuens ne conualesceret, postulanti cibum non suppeditabat, quod ei diceret obfuturum, quodque assereret eum caloris indigere, ita multis & grauibus vestimentis cooperiebat, ut eum suffocauerit. Macro in hac re Caio præstabat operam, ac propter grauissimum morbum Tiberij adolescentem fouebat, eiusque animum ad amorem Ennia Thrasylle uxoris sua pelleixerat. Quā rem cum Tiberius aliquando suspicatus esset, Tu quidem, inquit, Macro occidentem deseris, & ad orientē festinas. Itaque Tiberius homo magnis virtutibus præditus, cooperitusque sceleribus, ac ambobus pariter usus, quasi tantum in alterutro se exercuisset, mortuus est.

Vixit annos septuaginta septem, menses quatuor, dies nouem. Regnauit annos viginti duos, menses septem, dies quinque: publica sepultura affectus, & à Caio laudatus est.

k 2

Phœnix vi
sa in Aegy-
pto, quo an-
no Tiberij
mortuus est.

CAIVS CALIGVLA.

DIONIS LIBER LIX.

Tiberij te-
stamentum
irritū à Cali-
gula factū.



Theſaurus
Caij.

Quinq; my-
riades my-
riadū, ſeptē
millia ſeptē
gētē myria-
des drach.

Stuprū illa-
tum ſorori-
bus.

Caligulę in
rebus gerē-
dis incon-
ſtantia.

CAIVS factus Imperator, tabulas testa-
menti Tiberij miſit ad Senatū, eāque
irritas fecit, quōd Tiberius eo tempore
ſana mentis non fuiſſe videretur. (Nō
Tiberium nepotem ſuum puerum ca-
huc, cui ne ius quidem erat introire in Senatū, Imper-
ratorem unā cum Caio designauerat) eundēque Ti-
berium paulo poſt ſuſtulit. Reſtituit ſaltatores, & cepit
in eos, equōsque ac gladiatores ita magnos & effuſos ſu-
ptus facere, vt maximos theſauros breui tempore conſu-
perſit, in quib. cū inueniſſet vicies ter millies, ac octi-
gies ſeſtertium, ea ante annum tertium dilapidauit.
Adulter præter ceteros homines fuit, nam mulierē un-
deſponſam viro eripuit, & complures alias nuptas, ſi-
que cum maritis habitantes abduxit, eāſque omnes præter
ea præter unam odio habuit, cui etiam inimicus fuiſſe
ſi vixiſſet diutius. Impius fuit plus quā dicitur poſſe
auiam & ſorores. Nam & illam aliquando ab ipſa in-
crepatus, eō deduxit vt ſibi mortem voluntariam offer-
ret: & duas ſorores quibus ſtuprum intulerat, in inſula
relegauit: tertia obierat antea. Ad eō verō inconſtantis
erat, & difficilis in rebus gerendis, vt nemo ſciret, quid
ſe apud eum dicere aut facere oporteret: quōd ſi quid
liſ proſperè ſucceſſiſſet, id magis eueniebat fortuna quā
conſilio. Solebat hominum frequentia delectari, magis
amare ſolitudinem: irasce, cū quid ab ſe peteretur, &
penumero, cū nihil eſſet petitum, ſuccenſere: accedere
ad res gerēdas celerrimē: in quibuſdam negligētis
eſſe: prodigus in profundenda pecunia, in querenda ſu-

didiff
nibus
homin
fici i
iniuri
nit in
cepit
rant.
Aug
uire c
que tr
gredi
yſq; c
gladi
ſit em
pes S
ſiliu
inſiti
ſe cur
alum
& v
ptis.
num.
nos, p
Fune
Hic
deſu
ordin
mū
ius h
que
riti

didissimus. Assentatoribus & liberè loquentibus hominibus pariter succensere, & delectari: multos sceleratos homines impunitos relinquere: multos bonos viros interfici iubere: animaduertere in amicos, eisque grauissimas iniurias asferre. Itaque populus Romanus postquam venit in huiusmodi Imperatoris potestatem, existimare cœpit Tiberij facta, quæ alioqui crudelissima visa fuerant, tantum à Caio superari, quantum illa à rebus ab Augusto gestis discrepauerant. Igitur Caius primò seruire cœpit saltatoribus & scenicis hominibus, Apellèmq̃ tragædum celeberrimum publicè secū habere: progrediente verò tempore eorum etiã facta amulari, cum ijsq̃ contendere, currus agitare, descendere in certamen gladiatorum, denique saltare, & tragædias agere. Iussit enim aliquando de nocte accersiri festinatò princeps Senatus, tanquam de rebus necessarijs ab ijs esset cōsiliū capturus: post ubi conuenerunt, saltauit: verū in initio Senatū modestè alloquebatur, promittebatq̃ se cum eo communicaturum imperium, filiūmq̃ atq̃ alumnum eius se esse dicebat. Natus erat annos quinq̃ & viginti, mensibus quinque & diebus quatuor exceptis. Eos autem qui erant in carcere, liberauit: in quorū numero fuit Quintus Pomponius, qui iam septem annos, postquã gesserat cōsulatum, in carcere afflictus erat. Functus est cōsulari dignitate cum Claudio patruo suo. Hic fuerat vsque ad ea tempora equestris ordinis. sed defuncto Tiberio missus ad Caium legatus pro equestri ordine. licet sex & quadraginta annos natus, tum primum simul cōsulatum gessit ac Senator factus est. Caius hæc omnia modestè & prudenter facere visus est, atque in Senatu eiusmodi orationem habuit, ut patres veriti ne immutaretur, decreuerint eã singulis annis legi.

Apelles Tragedus.

Caligula insignis saltator,

Q. Pomponius ex carcere liberatus.

- Speſtacula.** Præbebantur varia ſpeſtacula, in quibus uſi quadringenti cum alijs Libycis belluis interfecti ſunt. Curram triumphalem quo ipſe uehebatur, ſex equi traherant, quod antè factum fuerat nunquã. Tum primum, ne Senatores ſederent in nudis ſubſellijs, puluini adhibiti ſunt, iſdémque conſeſſum eſt ad defendendos ſolis ardores pulleos in theatrum ferre more Theſſalico: cumque eſſent calores ardentiffimi, diribitorio pro theatro utebatur. Quibus rebus conſectis, in morbum incidit, neque tamè mortuus eſt: ſed Tiberiũ nepotẽ Tiberij interfici iuſſit, quia diceret ab eo mortẽ ſuam optatam & expectatam fuiſſe: qua de re cõplures alios occidit. Nã cum Publius Afranius Potitus homo plebeius ſtulta quadam aſſentatione, non modo volens, ſed etiam adhibito iureiurãdo promiſiſſet, ſi Caius conualeſceret, ſe libenter moriturũ, cum Afranius Secundus vir equeſtris ordinis dixiſſet ſe velle ob eandem cauſam in ſingulare certamen deſcendere, ambos pro pecunia quam ſe ſperauerãt accepturus, quòd vitam pro Caio profundere voluiſſent, coegit promiſſa facere, ne peierarent. Cũque hæc fuiſſet eorum necis cauſa, Marcus Silanus ſocer eius, qui neque promiſerat quicquã, neque iurauerat, poſtquam ſenſit ſe propter virtutem ſuam, & nobilitatẽ generis grauem eſſe Caio, ob eãque rem ab eo iniuriam accipere, mortem ſibi conſciuit: quẽ tamen Tiberius in tanto honore habuerat, ut nollet ab eo prouocari poſſe: quòd ſi eſſet prouocatum, ruruſum ei cognitionem earundem rerum daret. Caius autem eum vexabat omnibus contumelijs, vocabatque pecudem auream, filiaque eius ciecta, Cornelia Oreſtillam uxorem duxit ereptam in nuptijs (quibus intererat ipſe) Caio Calpurnio Piſoni cui ea deſponſa erat: ac utrunque nondum præteritis duobus menſibus

M. Silanus
ſocer Caij.

Silani apud
Tiberiũ au-
roritas &
exiſtimatio

Cornelia
Oreſtilla,

in exilium, quod nimirum coiussent, misit: cumque concessisset Pisoni decem seruos secum abducere, atque is plures peteret, permisit ut quot vellet seruis uteretur, dicens totidem cum eo milites futuros. Porro ipsis Calendis Ianuarijs Macho seruus in lectum Iouis Capitolini conscendit: de quē eo loco multa & ea quidem graua vaticinatus, catellum quem secum attulerat, occidit, mox se ipse interfecit. Cum autem Caius sanguine expleri non posset, curabat ut quā plurimi inter se dimicarēt, eosque nonnunquam binos, interdum etiam confertos tāquam in acie congregari iubebat, ita ut sex & viginti equitēs vno die casti sint. Tanta enim fuit eius crudelitas, ut cum defecissent dānati ad bestias, nonnullos ex ea turba quae in tabulis confederat, corripere iusserit, & bestijs obicijsq; quo minus loqui possent, aut quenquā accusare, linguas praecidi mādauit. Coegit etiam illustrem equitem descendere in certamen gladiatorij, quasi Agrippinae matri suae iniuriam fecisset, eumque postea, cū victor fuisset, accusari et interfici iussit: patremque eius qui nihil commiserat, coniectum in caueam, sicut alios permultos, interfecit. Primum instituit huiusmodi certamina in septis, eo loco perfosso atque aqua impleto, ita ut in eum nauis introduci posset. Idem fecit in alijs locis destructis maximis aedificijs, ac tabulatis defixis. Quibus rebus omnibus, tum etiam propter nimios sumptus, & propter caedes factas in magnum odium venit: tum vero quod Macronem Enniamque immemor pristinae illius beneuolentiae, & amoris huius, acceptique ab eo beneficij, coegit mortem voluntariam oppetere cum maximo dedecore ac turpitudine, cuius ipse maximam partem sustinebat. Eum enim praeter caetera accusauit lenocinij. Occiditque quā plurimos accusatos de varijs

Cruelitas
Caij.

Macronis
& Enniae in
teritus.

Lollia Paulina.

Flanius Vespasianus.

C. Caligula magna crudelitas.

Prasinus. Equus Catj.

criminibus: verè autem id fecit, ut eorum facultates cōsequeretur. nã ei pecunia opus erat, quòd thesauros suos exhaussisset, quòdque nihil ei satis esset. Paucis post diebus uxorẽ duxit Lolliam Paulinam, cuius virũ Memmium Regulum coegit eam sibi despondere, ne eam qua desponsa non esset, contra ius fãsque duceret: eandẽ mox paulo post repudiavit. Cũ autem magnã copiam laui conspexisset in quodam angiportu, id omne in vestẽ Flauij Vespasiani, cui purgãdorum angiportuum cura mãdata erat, conijci iussit. Quod factum etsi tum animaduersum non est, tamen postquã Vespasianus res omnes conturbatas confusasq; recepit atque restituit, visum est diuinitus accidisse, ut tum ei Caius curam purgandẽ urbis commiserit. Conclam ante verò aliquando populo, Adolescens Auguste, ratus sibi iniuriam illatã esse, quã plurimos occidã iussit, eosque partim abstrahi à spectaculis, partim abeuntes è theatro abripi, id enim saepe facere solebat: quinetiam aliquando vniuerso populo mñnatus est his verbis: Vtinam, inquit, omnes vnã certuicem haberetis. His temporibus in quodam spectaculo quingenti vrsi vno die interfecti sunt, ac postridie eius diei totidem belluẽ Libycã. Cũ autem, ut supra diximus, aurigarum equorũque studiosus esset, plerõque aduersarios palãm, nonnullos veneno sustulit. Addeò autem studebat homini viridi veste induto, cui ex colore eius vestis Prasinus nomen fuit, ut nostris etiam temporibus locus, vbi ille currus agitabat, Caianus appellatur. Unum verò ex equis suis quem Incitatum nominabat, inuitabat ad cœnam, ita ut ei hordeum ex auro apponeret, funderetque vinum in poculis aureis, ac per salutem eius & fortunam iuraret, seque eum Consulẽ facturum polliceretur, id quod fecisset omnino,

si vixi

si vixi
tus, ora
Senato
illum a
occidi: si
bis oport
sibi loqu
Et que
mini in
omnes c
nusquis
nat: post
cilliores
die in sa
pefactu
re potui
offerunt
non per
hac lect
eiusq; a
runt. Se
quodã n
cto, qui
milia p
Et a &
propter
modo pe
quedam
duceret
thorace
inde ser
tis que la

si vixisset diutius. Cum verò frequens conuenisset Senatus, orationem habuit in qua laudes Tiberij complexus, Senatores pluribus verbis accusauit: Vos enim, inquit, illum asperè tractastis, Seiano animos inflastis, post eum occidistis: itaque intelligo me nihil boni expectare à vobis oportere. Cùmque hac dixisset, ipsum Tiberium ita sibi loquentem fecit: Tu verò, inquit, Cai omnia verè retè que dixisti: quamobrem diligas eorum neminem, nemini in posterum parcas, omnes te oderunt, te mortuum omnes cupiunt, nemo enim libenter subijci potest, sed unusquisque, quandiu timet, potentiorē colit & obseruat: post ubi cœpit rebus suis considerare, ulciscitur imbecilliorē. Cùm perorasset, excessit è Senatu, atq; eodem die in suburbia profectus est. Senatus hac oratione obstus pefectus, ac timore perterritus ne verbum quidem facere potuit. Postero die rursum cogitur: ibi omnes Caium offerunt summis laudibus, magnas gratias agunt, quòd non perierint antea: decernunt que, vt quotianis, quo die hec lecta fuerint, boues immolentur eius humanitati, eimq; omnib. ferè rationib. fouere in reliquū tēpus cœperunt. Sed Caius ea parui pendere, & in mari equitare quodā modo cupere, ponte inter Puteolos & Baulos factō, qui locus oppositus ciuitati, distat ab ea amplius tria millia passuum. Ad hunc pontem faciendum naues collectæ & ædificatæ fuerunt: nec enim sufficiebant collectæ, propterea quòd pōs ita factus non est, vt liceret tantummodo per eum transire: sed fuere etiam in eo diuersoria quadam ita ædificata, vt in eā aqua bibendi causa deduceretur. Quibus rebus instructis paratisque, Caius thoracem induit Alexandri, (sic enim appellabat) deinde sericam chlamydem purpuream, multo auro, multisque lapillis Indicis ornatam: tum accinxit gladium,

Caligulæ in
Senatum Oratio.

Sacrificia
Romæ in
Caligulæ honore instituta.
Pons in mari.
Stadia xxvj.

G. Caligula
confidit ad
Baulos pra-
lium.

Caligula ad
milites ora-
tio.

scutumque accepit, & ex quercu coronatus est: post factis
sacrificijs Neptuno atque Inuidia, ne sibi, ut ipse dice-
bat, inuideretur, Baulos pontem ingreditur, introductum
magna equitum ac pedestum armatorum multitudinem,
atque inde statim tanquam in hostes in ciuitatem irru-
ptionem fecit. In qua cum postero die velut ex praelio
quiescisset, curru per eundem pontem vectus est, indutus
veste auro intexta. Vehabant eum ferocissimi equi & tri-
etores, eumque multa pro spolijs consequebatur. In his
Darius & Arsacides, qui tum erat in obsidibus Partio-
rum. Sed cum oporteret aliquid eum apud tam magnam
exercitum, ac tam magna parta victoria concionari, tri-
nal conscendit supra naues ac in medio pote factum. His
cepit se ipse efferre laudibus, quasi praclari operis auctorem
fuisse: dein milites extollere, quasi magnis laboribus &
sceptis, ac periculis aditis, dicereque praeter caetera
maria ambulauisse. Hac oratione habita, ipse in pontem
tanquam in insula, caeteri in reliquis nauibus consistunt,
reliquamque diei partem in conuijs consumunt. Ex
loco atque ex montibus multus splendor undique reluce-
bat. Nam cum locus natura curuus sit instar falsis, &
mina ex omnibus partibus non secus, quam in theatris
videbantur. Postquam fuit cibo vinoque confectus, spolijs
rosque socios de ponte deiecit in mare: multosque cum
beretur nauibus rostratis, iaciebat in profundum, ita ut
quot ex ijs interierint, nam magna pars, etsi ebrius erat,
euasit, quod mare tranquillum & placatum esset. Quod
ex re efferebat se mirifice, seque a Neptuno dicebat
viri: Dariūmq; & Xerxem multis modis irridebat, quod
pontem multo maiorem, quam ipsi vnquam fecerant,
mari faciendum curauisset. Difficile est enumerare
biles viros qui ab eo interfecti sunt: dicendum tamen
quod

quibus
constar
de qui
quod
supplic
qua se
tuum e
in gran
adeptu
mater o
cesserat
dam pr
pina, e
non eni
re Dom
gramm
num sep
fisse. Hu
sibi ad
se vider
gnos hon
longa ei
tia om
eloquem
eundem
tendere
spondit,
& ad m
repetere
non res
data est
in terra

quibusdam videtur, ut ex ijs quanta fuerit Caij insania, constare manifestè possit. Iunius quidem Priscus Prætor de quibusdã alijs rebus accusatus propterea occisus est, quòd locuples erat: quem ut Caius intellexit nihil dignũ supplicio commississe, orationem habuit admirabilem, in qua se à Prisco deceptum esse dixit, eumque frustra mortuum esse, cum potuisset viuere. Domitius verò Afer ut in graue ac mirum periculum venit, ita salutem multo adeptus est admirabilius. Hic, cum Agrippina Caij mater olim fortè viuo Tiberio facta sibi esset obuiam, decesserat de via, pudore adductus, propterea quòd quandam propinquam eius accusauerat: quo cognito Agrippina, eoque ad se vocato, Bono animo es, inquit, Domiti: non enim tu mihi huius causa es, sed Agamemnon. Hac re Domitius confidens, statuã Caio posuit, subscripto epigrammate, ex quo intelligebatur, Caium agentem annum septimum & vigesimum, alterum Consulatum gessisse. Huic Caius succensere ob eam causam cœpit, quasi sibi adolescentiam exprobraret, ac ipse contra leges fecisse videretur. Itaque eum qui potius ob id factum magnos honores sperauerat, in Senatu reum fecit, lectãque longa eius accusatione, (credebat enim Caius se eloquentia omnes oratores antecire, atque hunc quem sciebat esse eloquentissimum virum, dicendo superare conabatur) eundem interfici iussisset, si dicendo vel minimum contendere instituisset. Sed Domitius non solum nihil respondit, verum etiam se Caij eloquentiam obstupescere, & admirari simulauit, cœpitq; actionis singula verba repetere, eaq; vehementer laudare, ita ut si auditor eius non reus fuisset: deinde postquã ipsi respondendi facultas data est, se ad preces & lamentũ conuertit: postremò etiã in terram cecidit, atque in ea iacens supplicabat, quasi

Caium

Iunias Priscus innocenter accusatus & damnatus.

Domitius Afer.

Caligulæ statua à Domitio posita.

Caligulæ eloquentia.

Callist^o Cal
ligulæ liber
tus.

Lucius An-
nius Seneca
ferè à Cali-
gula occi-
sus.

Carinæ exi-
lium.

Caligulæ in
Gallia res
gestæ.

Caium oratorem magis, quàm Cæsarem timeret. Quo-
re confisus Caius ratusque se apparatu orationis eo ju-
riorem fuisse, tum etiam propter Callistum libertum quem
ipse habebat in honore, eumque Domitius fouebat, ar-
tus esse desijt: quem dum Callistus postea reprehenderet,
quòd illum accusauisset, respondit se tam præclaram or-
tionem in occulto habere non potuisse. Itaque Domi-
eloquētia condemnata, ipse liberatus est. Lucius autem
Annus Seneca, qui omnes homines sua ætatis aliisq;
permultos sapientia antecelluit, penè occisus fuisset, mo-
commisso delicto, ac ne suspitione quidem facta: sed quo
præsente Caio in Senatu causam aliquam accurrere co-
gantēque dixisset: sed eum iussum interfici dimisit, po-
suasus a muliere cum qua cōsuetudinem habebat, con-
tate miserè nec ita multo post esse moriturū. Domitius
verò statim Cōsulem designauit: mouitque magistrum
quòd dies festos egissent, ut erat consuetudo, propter vic-
riam quam Augustus contra Antonium obtinuerat.
Nam ut eos calumniaretur, maluit Antonio, quæ
Augusto prognatus videri: dixeratque antea ijs, cum
quibus communicabat cetera, illos, utrumlibet facerent,
omnino esse peccaturos, siue sacrificarēt propter claudium
Antonij, siue propter victoriā Augusti sacra nō facerent.
Carinam verò secundum oratorem exilio multatū,
quòd exercendi sui causa contra Tyrannos declama-
rat. Ceterum consumpta Urbis ac totius Italia per-
nia, Caius in Galliam proficiscitur, ad eam gentem
tunis quæ tum erant maxima atque florentissima, cum
Hispanis spoliandam: eoque duxit saltatores, agri-
diatores, equos, milites, atque oblectamenta eiusdem ge-
ris. Ibi publicum crimen fuit diuitem esse: atque hanc
possessiones cum venderet ipse, inde multo maiorem

cuniam
res essen
pulcher
cone s
Hoc m
dit: hoc
sti spoli
bat, sed
exercit
quing
sumpsit
tas occi
hominu
culis, s
uum, 2
lea, sibi
sam Ga
sisset, ac
uo drac
millies
Iulius
propter
litudin
omnia
lisset, r
gnem
tum in
remem
trò cess
bus à tr
tum in
ijs acc

cuniam rededit, quod omnes cogebantur pluris, quam res essent, emere. Qua de causa iussit thesauros imperij pulcherrimos atque preciosissimos afferi, eosque sub pracone subiecit: cumque eos venderet, dicebat de singulis, Hoc meus pater, hoc mater, hoc avus, hoc proavus possedit: hoc Antonius ex Aegypto attulit, haec sunt Augusti spolia, neque vero acquirebat quicquam, aut asseruabat, sed in sumebat omnia, ut consueuerat. Magnum exercitum comparauit, in quo erant militum ducenta quinquaginta millia, eorumque magnam partem consumpsit: nam eos sigillatim, nonnunquam etiam confectos occidebat. Cumque aliquando conspexisset magnam hominum multitudinem, siue eorum qui erant in vinculis, siue aliorum quorundam, eos omnes à caluo ad caluum, ut dici solet, occidi iussit. Cum autem luderet alea, sibi que pecuniam deesse intelligeret, ob eamque causam Gallos cēseri, ac eorum locupletissimos interfici iussisset, ad collusores suos reuersus ait, Vos quidem de paruo drachmarum numero contenditis, at ego collegi sexies milies sestertium. Vtq; illi occisi sunt contra ius fasq; ita Iulius sacerdos locuples, non tamen vsque adeo diues, ut propterea deberet ei insidia parari, tamen propter similitudinem nominis interfectus est: adeo Caius faciebat omnia nullo adhibito iudicio, Claudium quoque sustulisset, nisi contempisset hominem natura & iudicio segenem. Profectus ad Oceanum, quasi ducturus exercitum in Britanniam, in litore instructis militibus, triremem conscendit: cumque inde soluisset, paulo post retrorsum celsit, seditq; pro tribunali deditq; signum militibus à tubicinibus tanquam ad confligendum excitatis: tum imperauit ijs, ut conchyliam colligerent. Quibus spolijs acceptis (scilicet hoc bellum exuniae huiusmodi

ad

Cai⁹ thesauros vendit.

Caligulae horreda in milites suos crudelitas.

A caluo ad caluum.

Quindecim millia myriadum, Iulij sacerdotis Galli mors.

Claudius.

Egregium Caligulae aduerfus conchyliam marina certamen.

Oceanum
subigit.

ad triumphum postulabat) magnificè gloriabatur, quò
Oceano subactò: deinde multa largitus militibus, tro
chylia Romam attulit, ut hæc spolia populo Romano
stenderet. Senatus quem admodum de his rebus tacere
(nouerat enim hominis insolentiam) aut quamobrem
eum laudaret, nescire. Nam qui factum perexiguè

summis laudibus extollit, ei que magnos honores tribuit
id ludificari quodammodo & calumniari uidetur: tam

Caius, ut est in urbem ingressus, ferè voluit vniuersum
Senatum perdere, quòd sibi honores propè diuinos
decreuisset. Congregato verò populo, magnam vim
argenti que profudit de superiore loco, qua plerique
colligerent, mortui sunt, quòd ferramenta quadam

Casius Be-
cillinus.

gua, ut aiunt, cum ijs commixta fuerint. Præterea Ca-
sium Becillinum occidi iussit, coegitque Capitonem pa-
trem eius virum bonum nullius accusatum delicti, in
pulpicio filij interesse: qui dum à Caio peteret, ut sibi
oculos claudere liceret, iussus est pariter occidi. Erat Ca-

Protogenes

Protogenes quidam minister in crudelissimis ac dissi-
limis rebus: hic perpetuò duos libros ferebat, quorum
unum gladium pugionem alterum nominabat. qui dum
aliquando alias ob causas introisset in Senatum, eum
Senatores omnes salutarent & amplecterentur, ter-

Scribonij
Proculi
mors.

Scribonium Proculum aspiciens, Tu ne etiam, inquit,
me salutas, qui tam acerbè Imperatorem odiisti? Quo
ubi Senatores qui aderant præsentem, audiuerunt. Pro-
culum circumfistunt, eumque discerpunt & dilacerant.
Qua re letatus Caius se patribus reconciliatum esse
existit. Illi decreuerunt, ut Caius sederet in Senatu in pro-
celso atque edito tribunali, ne quis ad eum accederet,
ibi que custodia militari vteretur. Heros autem à mu-
ltis, & deus à quibusdam vocatus maximè efferrè co-

pit: cup
rem vi
esse. Ion
san: s
roribus
Venus,
dys pre
& effo
tuum r
pellem
se vide
quam i
ctus, no
commu
varias
homo cu
vidit se
inde ref
sa Cai
deretur
hanc m
nullo d
re anim
quam p
fingeret
suppli
data ad
li proces
tur pau
natorib
osculat
licet sal

pit: cupiebat enim antea se humana conditione superiorum videri, cum Luna coisset, & à Victoria coronatum esse. Iouem enim se esse fingere, diceretque ob eam causam se cum plerisque mulieribus, sed præsertim cum sororibus rem habere. Fiebat sæpenumero Iuno, Diana, Venus, ac præter mutationem nominum vestes capiebat dijs proprias & accommodatas. Interdum enim mollis & effæminatus craterem thyrsumque gerebat baccantum ritu: interdum se uero & virili vultu clauam ac pellem leonis ferebat: rursum imberbis, mox barbatus esse videbatur, tridentem aliquando tenebat, nonnunquam iaciebat fulmen, sæpe bellicose virgini similis factus, non multo tempore post mulierem representabat. Ita commutatis vestibus, alijsq; rebus acceptis demptisq; varias formas capiebat, dum cætera omnia potius, quam homo cupiebat videri. Itaque cum Gallus quidam, ut vidit sedentem in solio eminentissimo, Iouis ornatum, atq; inde respondentem, irridere cœpit. Qua re animaduersa Caius ad se vocauit hominem, rogauitque quid sibi videretur. is respondit (dicendum est enim quod dixit) hanc magnam de metiam videri: sed is, quod sutor erat, nullo dano affectus est. ad eum principes huiusmodi æquiore animo ferre solent plebeios homines liberè loquentes, quam præditos aliqua dignitate. Cùmque se deum esse fingeret, caperetque formas eius generis: tum verò ei supplicationes fiebant, votaque & sacrificia accommodata adhibebantur: alioqui vestitu serico & triumphali procedebat in publicum. Complectebatur & osculabatur paucos, manum suam, pedemve plurimis, iisque Senatoribus ad osculandum præbebat, ita ut ij quos ipse osculatus esset, ei etiam in Senatu gratias agerent, licet saltatores quotidie in conspectu omnium oscularetur.

Caligulæ factus ac superbia.

Deorum formas iuduebat.

Sutor Gallus. Galli sutoris de vestitu atq; fastu Caligulæ libere dictum.

L. Vitellius
assentator.
L. Vitellij in
Syria res ge
stæ.

Vitellij affe
ratio.

Caligulæ in
sania atque
impietas er
ga deos.

Cū Ioue cō
tendat

retur. Assentiebantur ei etiam ij qui aliquid posse viden
batur. Nam Lucius Vitellius homo non ignobilis, ne
stultus, sed clarus propter Syriam, quam provinciā ob
nuerat, in eaque cum cetera omnia gloriose administ
uerat, tum verò Artabanum, quem nemo propter
meniam ultus fuerat, qui que iam tum inhiabat Syriam
perterrefecerat, dū ei repente ad Euphratē occurrit,
collatisque sermonibus coegisset statuis Augusti Capiti
sacra facere, sancirēque fœdera ad commodum & util
litatem populi Romani, filijs eius obsidibus acceptis
bi accersitus est à Caio ad supplicium (nam quod Pa
thi regem suum exegerant, culpa omnis in ipsum con
rebat) cognouitque odium in se concitatum esse pro
pter inuidiam, ac sibi propter timorem insidias esse
ctas, simulare cœpit se longè minorem esse opinione
in accidere ad pedes Caij, profunderè magnam vim
chrymarum, ei diuinos honores tribuere, venerari, que
rēque, si incolumis seruarietur, se ei sacra facturum, que
que non modo euasit saluus, sed eum ita leniuit & con
cauit his rebus omnibus, ut non solum viueret, sed etiam
in familiaribus eius haberetur. Cūque Caius aliquan
do se cum Luna coire diceret, interrogaretque Vitell
lium, an Deam videret coeuntem secum, obstupescit
tremensque cœpit deorsum inspicere, locutusque pa
ca, Licet, inquit, Domine, vobis dijs tantummodo
inter vos videre. Itaque Vitellius inde factō initio
teros assentatores in reliquum tempus superauit. Cū
eò deductus est, ut & templum in vrbe faciendum
curauerit, & domum in Capitolio, quò posset, sicuti
cebat, vnā cum Ioue habitare: sed indignatus post
quòd sibi habitanti cum Ioue secunda partes daretur
tur, eum propterea accusare cœpit, quòd Capitolium

occupa
ri in P
Olymp
id non
nem est
ea quor
rius an
faciend
quod er
aditum
cem, sic
minaba
pletiss
exegit
cerdote
eique si
tur. Ton
ties ful
dicebat
- n
quit, au
cetera
bat, cell
puerosq
clusera
de volu
facinus
ro arge
igitur
Cornel
militur
scij hui
occup

occupauisset: ob hanc causam templum alterum adifica-
 ri in Palatio celeriter iussit, eoque volebat statuam Iouis
 Olympij commutatam in suam formam transferre: sed
 id non potuit, propterea quod nauis quae ad transuectio-
 nem eius parata erat, fulmine percussa fracta est: praeter-
 ea quoties ibatur ad eam statuam tangendam, multus
 risus audiebatur. quare Caius minatus Ioui, aliam sibi
 faciendam curauit, templumque Castoris & Pollucis,
 quod erat in foro, demolitus, inter medias statuas eorum
 aditum sibi ad Palatium patefecit, ut Castorē & Polu-
 cem, sicuti dicebat, ianitores suos haberet. Dilem se no-
 minabat Caesonia uxorem, & Claudium, aliosque locu-
 pletissimos homines sacerdotes creauit, cuius rei causa
 exegit à singulis centies sestertium. Cumque se ipse sa-
 cerdotem fecisset, equum collegam in sacerdotio designauit,
 ei que singulis diebus aues tenere & preciose sacrificaba-
 tur. Tonabat machinis quibusdam, & fulgurabat: ac quo-
 ties fulmen de caelo caderet, ipse contra iaciebat lapidē,
 dicebatque in singulis iactibus illud Homeri,

Templa Ca-
 ligulae.

CCL. Myria-
 des drach-
 marum,
 Equus in sa-
 cerdotem à
 Caligula de-
 signatus.

Iliad, XX-
 III.

Cōspiratio.

— ἢ μ' ἀνάειπ' ἢ ἐγὼ σε, Aut tu me interficias, in-
 quit, aut ego te. Igitur is deus atque Iupiter, ut omittam
 cetera facinora turpissima, ex quibus pecuniam collige-
 bat, cellas habuit edificatas in Palatio, in quibus uxores,
 puerosque primorum ac nobilissimorum hominum in-
 cluserat, ex ijsque fructum capiebat partim vi, partim
 de voluntate ipsorum, ne ei molesti esse viderentur: quod
 facinus praetermittere quis potest? praesertim cum in au-
 ro argentoque ab eis collecto quotidie volutaretur. Cum
 igitur insaniret in rebus omnibus, Cassius Cherea, &
 Cornelius Sabinus, etsi erant Tribuni pratorianorum
 militum, contra eum coniurauerunt, fuerēque multi cō-
 scij huius coniurationis: in quorum numero fuit Calli-

stus & Eparchus, sed illi percussores fuerunt. Erat Cherea vir antiqua virtutis morumque, qui Caio certis causis infensus erat, quod Caius eum, etsi fortissimum virum, mulierem vocabat, eique, quoties ad se venire, signum dabat Cupidinis, aut Veneris, aut aliud eiusmodi. Caius quidem oraculum acceperat, quo admonebatur, Cassium caueret. Quod cum ad Caium Cassium pertinere ratus esset, prognatum illo Cassio percussore Casarionem Asia obtinentem, eum costrictum vinculis acceri iussit: quauis ex oraculo hic Cassius Cherea intelligitur. Apollonius autem vir Aegyptius domi eunae casum praedixit, qui ob eam causam Romam missus. Caium eo die perductus est, quo ille mortem erat obiturus: sed dilato paululum supplicio, cum futurum esset, non multo post puniretur, conseruatus est. Negotium hoc confectum est. Caius dies festos agebat in Palatio, spectacula edebat, cumque ipse comederet, & epulum daret, Pomponius Secundus Consul cibum capitebat, pedes eius, eosque frequenter osculabatur. Post ubi Cassius saltare & tragœdias agere voluit, Cherea nihil curandum ratus, ut eum animaduertit exeuntem e theatrum inspicendorum puerorum causa, quos ex Grecia atque Italia nobilissimos acciuerat ad canticum de suis laudibus canendum, conclusum in paruum & angustum locum interfecit: quo facto, nemo eorum qui aderant praesentibus manus ab illo abstinuit, sed mortuum confecerunt, & uxorem ac filiam subito occiderunt. Ita Caius, cum ea quae supra scripta sunt, fecisset annis tribus, mensibus octo & viginti, tandem re ipsa se non esse deum intellexit. Recordabantur, qui tum aderant, eius quod dicitur, quando ad populum dixerat, Utinam unam ceruicem

Oraculum
Caligulae da
tum.

Apollonij
Aegyptij de
morte Cali
gulae vaticiniam.

Caligulae
mors.

habere
ei vna
lites co
occidit
opinion
ditum
eum eg
multu



multi e
blicam
quod a
bus in r
nihil a
gressi p
tantem
propter
pio alii
bere, so
tant, en
tibus, q
regni e
in prin
eiusmo
puliq

haberetis: simul ostendebant, sibi complures manus, ei unam cervicem esse. Interfecto Caio, Praetoriani milites conturbati concursantesque querebant, quis eum occidisset. Hos Valerius Asiaticus vir consularis prae opinionem sedavit. ascendit enim in excelsum atque editum locum, atque inde vociferatus: *Vtinam, inquit, eum ego interfecissem. Quibus verbis obstupescit, tumultuari desierunt.*

Valerij Asiaticici audax facinor.

CLAVDIVS.

DIONIS LIBER LX.



CLAVDIVS hoc modo Imperium adeptus est. Sublato Caio, Consules praesidijs in omnibus locis Urbis collocatis, Senatū vocauerunt in Capitolium: dictae sunt ibi multa & varia sententia, quod multi existimabant restituendam esse populo Republicam, plerisque in regno esse oportere videbatur: quod alij hunc Imperatorem, illū alij designabāt. Quibus in rebus reliqua parte diei noctisque consumpta, cum nihil adhuc perfectum esset, pauci milites palatium ingressi praedandi causa, Claudium in obscuro angulo latitantem inuenerunt. nam quod fuerat unā cum Caio, propterea in illo tumultu formidabat. Hunc illi principio alij, quā erat, esse arbitrati, secūmque aliquid habere, foras extrahūt: post ubi agnoscūt, Imperatorem salutant, eūmque ad exercitū ducūt, ac unā cū ceteris militibus, quod stirpe regia ortus, & vir bonus habitus esset, regnū ei deferunt. Consules statim ad eum nonnullos, atque in primis tribunos plebis mittunt, mādantque, ne quid eiusmodi committat, ut quicquid velit sub imperio Senatus populi que Romani, & legum autoritate viuere. Verūm

Magna de nouo Imperatore deligendo contentio.

ubi se desertos esse vident ab ijs militibus, quibus am-
 fidiebatur, ipsi quoque assentiri cœperunt, eique de-
 nere omnia quæ ad principatum eius spectare videba-
 tur. Itaque Tiberius Claudius Nero Germanicus, filius
 Drusi Liviæ filij, summum principatum adeptus, cum
 ante nullo unquam in Imperio cognitus fuisset, quòd
 Consulatum gesserat. Degebat eo tempore annorum
 quinquagesimū, eratque vir non malo ingenio, præter
 eruditus in literis: nam commentarios scriptos reliquæ
 valetudine verò & natura infirmior, tremuloque car-
 te & manibus, ita ut ob eam causam voce hæsitaret.
 lectica operta primus Romanorum est usus, atque tunc
 nunc omnes non modo Imperatores, sed nos quoque Con-
 sulares viri lectica vehimur. nam antea quidem An-
 stus & Tiberius grabatis quibusdam parvis, quales
 adhuc mulieres utuntur, interdum vehabantur. Clau-
 dius homo in cæteris minimè quidem malus, palam in
 tem familiaribus suis atque mulieribus plusquam opor-
 quam alius ei similis inseruiuit, quòd à puero languens
 & timidus educatus erat. ob eamque causam, plusquam
 esset reuera, se stupidum esse simulabat, idque ipse
 quando in Senatu confessus est. Propter verò concubitus
 suos cum mulieribus nihil libero homine dignum putaba-
 bat. parabantur ei insidia in conuiujs & concubijs
 quibus utrisque maximam operam dabat, cum capere
 cile posset illis temporibus. Erat usque adeò timidus,
 perterritus se penumero nequiret, quid sibi facerem
 esset, animaduertere. Quæ cum familiares eius cogno-
 rent, cum magis agitabant, perterrefaciebantque, tunc
 eo fructus caperent maximos. Iidem tam magnū timo-
 rem iniciebant reliquis hominibus, ut (ne pluribus
 bis agā) cum multi eodē die ad cœnam essent à Claudio

Lecticz.

Mulieribus
 dedit⁹ Clau-
 dius.

Claudij ti-
 miditas.

& ab il-
 so, apud
 ijs celes-
 modus
 cos alios
 fore an-
 tur, sed
 dius, quæ
 lis: ab sti-
 modestia
 mi facie
 poribus,
 derentur
 euertit, &
 vendere
 uertit. T-
 fuit Clau-
 rant, sed
 fere frum-
 adueher-
 stationes
 ea inutil-
 tum fue-
 tū. hyme-
 let perica-
 cognitio
 terruit q-
 quantos
 gnos, ut
 gnita sun-
 to deterr-
 induxit

& ab illis vocati, illo quasi ob aliam causam pratermis-
 so, apud istos cœnatum venirēt. Itaque Claudius absq;
 ijs sceleribus, quæ commisit istorum causa, in cæteris cõ-
 modus & bonus Imperator fuit. Chæream verò & pau-
 cos alios interfecit, propterea quòd rebus suis longo tem-
 pore ante prospiceret: idque fecit, nõ ut Caium ulciscere-
 tur, sed quòd eos diceret sibi insidias fecisse. Erat Clau-
 dius, quod pertinet ad pecuniam faciendam, admirabi-
 lis: abstinebat enim ab omni sordida exactiõe pecuniæ,
 modestiãque & temperantiam populi Romani pluri-
 mis faciebat. Nã nimias delicias, quæ fuerant Caij tem-
 poribus, sustulit, latis legibus quæ ad eam rē spectare vi-
 derentur. Cauponas enim, in quibus cõpotare solebant,
 euenit, vetuitque ne caro cocta, aut aqua calida vsquã
 venderetur, atque in eos qui nõ obtemperarēt, animadu-
 uertit. Per id tempus ingens fames fuit, qua in re tanta
 fuit Claudi; prouidentia, ut ea non solum ijs qui tum e-
 rant, sed etiã posteris vilem annonam fecerit. Nã cum
 ferè frumentũ omne aliunde ad populum Romanum
 aducheretur, neque regio quæ erat ad Tiberis ostia, tutas
 stationes & portus commodos haberet. forētque propter
 ea inutile maris imperiũ: cumque prater id quod adue-
 ctum fuerat opportunis temporibus, & in horrea repositũ.
 hyeme nihil importaretur, atque ei qui in hac re vel-
 let periculum suscipere, malè succederet: Claudius his
 cognitis rebus, portum adificare instituit: nec eum de-
 terruit quòd prefecti fabrorum, cum interrogarentur,
 quantos sumptus ea res postularet, responderunt tam ma-
 gnos, ut nollet eum portum facere: sperabãt enim eũ co-
 gnita sumptus magnitudine, si prædixissent, à propo-
 sito deterveri. Sed is nihilo minus sibi faciendũ putauit,
 induxitque in animũ rem dignã gloria, atq; magnificẽ-

Claudi; Im-
 peratoris tẽ-
 perantia at-
 que mode-
 stia.

Sumptuarię
 leges à Clau-
 dio lætæ.

Ingens fa-
 mes.

Portus.

Magnificẽ-
 tia Claudi;.

tia populi Romani. Primum quod loco non paruo per
 so in continenti iactisque circum undique fundam
 eò mare intromisit: deinde in ipso mari factis utrimque
 magnis aggeribus, ac multo mari còcluso, in eo insulam
 fecit, atque in ea turrim edificavit, ex qua lumen noctu
 gantibus nocturno tempore præberetur. Is locus, ut est
 patrialingua Portus appellatur. Exhibuit crebro
 gladiatorios, quibus valde delectabatur. præter cetera
 libenter spectabat sub prandij tempus eos qui in
 teatro dilaniabantur: etsi leonem doctum hominem
 medere, plebique ob eam causam grati interfecit, qui
 non deceret populum Romanum huiusmodi spectacula
 videre. Igitur cum soleret expleri sanguine & cadibus
 multas subitas & temerarias cades fecit. In causa fuerit
 domestici, vxorque eius Messalina, quæ temeritate
 que intemperatia omnes fœminas suæ ætatis superavit.
 Nam isti cum aliquem interfectum esse cuperent, Clau
 dium perterrefacere solebant, ut hac ratione facerent
 nia, quæ sibi collibuisse. Itaque Claudius cum saper
 tino metu perterritus occidi aliquem iussisset, eundem
 lo post, cum ad se redisset, requirebat: quem dum
 terfectum esse cognosceret, adeò grauiter dolebat, ut
 facti maxime pœniteret. Harum cedium initium fuit
 Caio Appio Silano, quem virum nobilissimum
 si atque interfici iussit, propterea quod Messalinam
 fenderat libidinosam & petulantem fœminam, cui
 coire noluerat, quodque Narcisso liberto Claudio
 pter illam iniurius erat. Finxit Narcissus se in
 vidisse Claudium ab eodem Appio necari, etique
 eto adhuc recumbenti somnium tremebundus narra
 quo facinore aucto à Messalina & exaggerato, Appi
 pius propter somnium occisus est. Post cuius cadem

Portus.

Subitæ atque
 temerariæ
 cades à
 Claudio fa-
 ctæ.

Messalinæ
 intemperan-
 tia.

C. Appius
 Silanus Mes-
 salinæ dolo
 à Claudio
 occisus.
 Narcissi sô-
 nium confi-
 sum.

pulus
 nit. Ita
 præside
 ex re
 vltro se
 ob eam
 mina n
 tates cò
 retur. q
 hunc v

At
 Opo
 ret. M
 dicebat
 ex lega
 tina li
 quod ip
 non ha
 uem R
 ternos
 que in
 Mess
 mo ma
 vile fac
 trea. &
 re. M
 teras n
 efficien
 ac vid
 ipsa di
 teros q
 bus pe

pulus Romanus nihil amplius de Claudio bene speravit. Itaque factū est, ut Vinicianus & Furius Camillus praesides provinciarum contra eum cōiurauerint. Quae exre Claudio tantus timor iniectus est, ut imperium eis ultro ferē cesserit: sed illi perierunt deserti à militibus, ob eamque causam cōplures non solum viri, sed etiā fœmina mortem obierunt. Etenim propter crebras calamitates eò ventum erat, ut nihil amplius virtus esse putaretur. quā fortiter & gloriose mortē oppetere. Claudius hunc versum perpetuo signum militibus dabat.

Aυδρ' ἀπαμίνωδ' ὁς τις πρότερον χαλεπήνη,

Oportere eum ulcisci, qui prius molestiam exhiberet. Multa eiusdem generis in Senatu Graeco sermone dicebat. Sed cū Lycis aliquando responderet, unum ex legatis qui olim Lycius, tum ciuis Romanus erat, Latina lingua interrogauit, eique non planè intelligenti quod ipse dixisset, ciuitatem ademit, dixitque eum qui non haberet huius linguae scientiam, non oportere ciuem Romanum esse. Postquam enim Romani externos homines in ciuitatem receperunt, habueruntque in honore, id beneficium à Claudio peti, emique à Messalina & Caesarianis cœptum est: quod cū primò magno precio venderetur, postea adeò facile & vile factum est, ut vulgò diceretur eum qui vasa vitrea, & ea quidem fracta dedisset, ciuem Romanum fore. Messalina libidinosa & intemperans fœmina ceteras mulieres cogebat luxuriose & petulanter viuere, efficiebatque ut multae in Palatio viris suis presentibus ac videntibus cum adulteris coirent, earumque viros ipsa diligere, ac honoribus & dignitatibus augere: ceteros qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere solebat. Claudius multo tempore harum

Furius Camillus.
Cōspiratio in Claudio sopita.

Odyss. XXXI.

Lycius ob Latinæ linguae ignorātiam vrbe eiectus.

Ciuitatis donatio.

Messalinæ insana libido.

Messalinae
libido.

Narcissi ad
milites sedi-
tiosos ora-
tio.

Seruorum
dies festus.

Vespasianus.

Messalinae
cū saltatore
concubitus
à Cæsare per-
fucum im-
petratus.

Solis defe-
ctio.

rerum ignarus fuit, propterea quod Messalina ancilla-
las quasdam ei suggererat, cum quibus rem haberet
quos suspicabatur ista Claudio significaturos partim
nesciis, partim propositis supplicijs providebat ne id
cerent. Cū autem seditio in exercitu facta esset, Clau-
dius ad eam sedandam Narcissum misit: sed postquam
is in tribunal conscendit orationem habiturus, milites
ob eam causam multo magis irati statim exclama-
runt, ἡ Σατῆρῶν ἡμέρα, id est ὁ diem festū Saturni: quoniam
eum diem serui ornatu dominorū celebrent. Itaque
indignati Narcissi causa, Plantio Imperatori suo obedi-
tes in Britanniam traiecerunt. In eo bello Britannicus
Vespasianus, vnus ex legatis Plantij, præclare se gessit
atque ad id bellum profectus Claudius, hostibus cum quo
bus congressus est, superatis, captisque eorū regijs, Britan-
nicus cognominatus est. Messalina verò amore Mes-
steris saltatoris capta, cū ei persuadere non posset
secum coiret, petiuit à Claudio viro suo, ut illū sibi ob-
qui iuberet, tanquam ipsi in quibusdā alijs rebus operam
eius necessaria foret. Is, postquā ei Claudius precepit
omnia quæ Messalina imperaret, libenter faceret, cum
illa rem habuit, tanquam id quoque sibi imperatū fu-
set, id enim Messalina sepe in multis alijs fecit, nā quæ
Claudio conscio sinenteque ei petulanter viuere, mori-
batur. Claudius ut præuidit suo natali die defectū
solis futuram, veritus ne tumultus ob eam causam exci-
taretur, scripsit aliquanto tempore antè, non solum de
etionem fore, & quando, aut quantā esset futura: sed etiam
causas scripsit, propter quas id esset necessariò euen-
rum. Causa hæc sunt. Luna, ut creditum est, mouetur
cursum solis. siue statim post eū, siue Mercurius & Ve-
nus interiecti sint. Mouetur autem in longitudinem
et

ut sol:
mo in
igitur
rit re
buerit
modo a
omnib
quam
na ita
quidē
alienus
sermon
(id qu
sili, cui
re con
tudine
lis est
terum
etum a
retur,
rabat
stiam
ligeret
hostes
quod
rent.
salina
gius. E
conten
per tr
possum
no Cla

ut sol: atque in altitudinem, ut etiam ille fortassis: postremo in latitudinem. quod soli nullo modo accidit. Cùm igitur ea supra conspectum nostrum simul cum sole fuerit rectis lineis, ac sub eius splendore cursum suum habuerit, radios eius, qui terram attingunt, et si non eodem modo apud omnes getes, occultat: nec verò id facit in locis omnibus. nam sol perpetuò splendore suò habens, eū nunquam deserit: ex quo fit, ut totus videatur, ijs quibus luna ita opposita non est, ut ipsum obscurare possit. Hæc quidē de solis defectio dicuntur. Luna verò (nec enim alienum erit à proposito de ea dicere, postquam in hunc sermonem incidimus) quotiescunque soli opposita fuerit (id quod ei, cùm plena est tantummodo, perinde atque soli, cùm ipsa noua est, contingit) atque in umbram terra cono similem inciderit: quod fit, quoties media in latitudinem mouetur, tunc solis priuatur splendore, & qualis est natura, conspicitur, atque hæc eiusmodi sunt. Cæterum Messalina apud se Mnestrem habebat abductum à Theairo, de quo cum sermo apud populum haberetur, quòd non saltaret amplius: Claudius miratus iurabat eum secum non fuisse. Itaque omnes magnā molestiam capiebant, quòd unum Claudium nescire intelligerent ea quæ gerebantur in Palatio, quæ iam apud hostes percubuerant, tamen ea nihilo magis aperiebant, quòd Messalinam reuererentur, & Mnestri parcerent, cuius ars tantū satisfaciebat populo, quantū Messalina forma eiusdem placebat. erat enim saltator egregius. Hic, cùm ab eo populus aliquando magno studio contenderet, ut saltaret in celebri fabula, de scena quasi per transfennam populum aspiciens, ita respondit: Non possum, inquit, nam cum Oreste dormiui. Sequenti anno Claudius quartum, Lucius Vitellius tertium Con-

Lunæ defectio.

Saltatoris de Messalina dicitur.

Claudij cū Vitellio cōsulatus.

sules facti sunt. Is annus erat ab Vrbe condita octingentesimus. Eo tempore Claudius quosdam Senatu mouit, quibus complures inopia rei familiaris haud grauatim ea dignitate cesserunt. Idem multos in Senatorium ordinem cooptauit, in quorum numero fuit Sardinus Gallus, qui principio cum posset Senator esse, Carthaginē migravit. Cui accersito prope Claudius: Ego te, inquit, peris uinculis constringam. Itaque ille deninctus dignitate, in vrbe remansit. Claudius quamuis libertos alienos, quoties eos deliquisse cognouerat, acriter puniret, tamen erga suos indulgentissimus erat. Nam cum ab Iuliano Strione tritum illud in theatro quandoque diceretur, ἀφογῆλος ἐστὶν ὁ ἀτυχῶν ματαγίας, Intolerabilis est fortunatus uerbero: & ob eā causam in Polybium libertum eius omnes oculos coniecissent, isq; magno clamore respondisset, dictum esse ab eodē poeta, βασιλεῖς ἐξέρχονται οἱ πρὸς ὄρτες ἀπόλοι, Reges quoque exire de corporibus: in eum ipse non animaduertit. Cumque ad eum perferretur quosdam sibi insidias parare, cetero pro nihilo habitis respondit, non eodem modo pulicem, & feram belluam ulciscendam. Asiaticus uero apud eum condemnatus est, parūque absuit quin absolueretur: nam cum negaret factum, seque neminem ex illis qui contra se testimonium dixerant, nosse confirmatum, miles qui se unā cum eo dicebat fuisse, interrogatus quid esset Asiaticus, caluum quendam, qui tum sorte aderat praesens, ostendit: nam id signum eius tantummodo didicerat. quamobrem cum magnus risus concitatus esset, Claudiusque eum liberare statueret, Vitellius, qui Messalina rem gratam faceret, se ab Asiatico rogatum esse dixit, ut sibi liceret mortis genus eligere. Quam cum Claudius audiuisset, Asiaticū necauit, ut quoniam

Sardinus
Gallus.

Polybius
Claudij
libertus.

Asiaticus.

Vitellij
improbitas.

Asiaticus
acusatus apud
Claudium,
atque con-
denatus sibi
infert ipsi
manus.

conso-
ret. E-
que n-
ii se n-
rent,
ge om-
Cum
barb-
tus fr-
cia ei-
gus
quod
phasi-
Gern-
multi-
lo hor-
tute,
non p-
uersi-
natos
aute-
ut tr-
rum
erceb-
qui i-
di cu-
cit n-
M-
scort-
se &
viri-
Caio

consciū culpæ se ipsum morte iam damnasse existima-
ret. Eodem anno parua insula prope Theram insulam,
quæ nunquā antea visa fuerat, apparuit. Sed cum mul-
ti seruos morbo laborantes non modo negligenter tracta-
rent, verum etiam domo expellerent, legem tulit, qua le-
gs omnes huiusmodi qui conualuissent, liberos esse iussit.
Cum autem Vespasianus in Britannia obsideretur à
barbaris, atque in extremum periculum venisset, Ti-
tus filius eius patris salutem metuens, incredibili auda-
cia eum obsidione liberauit, suditque barbaros, eosque lo-
gius infectus occidit. Plantius de bello Britannico,
quod bene feliciterq; gesserat, laudatus à Claudio triū-
phauit. Cneus verò Domitius Corbulo, qui Pretor in
Germania exercitibus in vnum conductis vexabat
multos, eosque præsertim qui Chauchi nominantur, è so-
lo hostili à Claudio euocatus est. Cognita enim eius vir-
tute, exercitationeque armorum, amplius cum augeri
non permisit. Quod ubi Corbulo intellexit, in urbem re-
uersus est: prius tamen exclamauit, veteres duces fortu-
natos fuisse, quibus licuerit esse fortibus sine periculo, se
autem inuidia à Casare prohiberi. Claudius tamen ei
ut triūpharet concessit, eundemque postea exercitui ite-
rum præfecit. Quem cum ille accepisset, eodē modo ex-
ercebat milites: & quoniam eo tempore pars erat agrum
qui inter Rhenum & Mosam interiacet, ab illis perfo-
dis curauit, is ager patet ad millia passuum xxi. idq; fe-
cit ne inundante Oceano flumina restagnarēt. Interea
Messalina, cui non satis erat adulteria committere &
scortari (iam enim cubiculū habebat in palatio, in quo
se & primarias fœminas prostituebat) cupiuit pluribus
viris, tanquā legibus id permissum, nubere. Itaq; nupsit
Laio Silio, harumq; nuptiarum cōiuium magnificū &
sumptuo-

Edictū clau-
dij de seruis
& grotatib.

Titi Vespē-
siani in pa-
rētē pietas.

Cn. Domi-
tius Corbu-
lo.

Domitij
Corbulonis
cōtra chau-
chos res ge-
stæ.

Cupit Mes-
salina pluri-
bus vitis nu-
bere.

sumptuosum fecit, ei que regiam domum donauit, in qua con-
gessit omnes Claudij thesauros preciosissimos, eiq;
ad extremū Cōsulē designauit. Quæ cū audirētur & de-
derētur ab omnibus, ea solus Claudius ignorabat: qui cū

Messalina
petulatis-
simum con-
uiuium.

Ostiam esset profectus ut rei frumētariae prouideret, Mes-
salina Romæ relicta simulatione egre valetudinis, con-
uiuium ornauit magnificè & splendide, in eoq; omnia li-
bidinose & petulanter fecit. Itaq; Narcissus Claudius,
cū solus esset, per pellices ipsius omnia quæ gererentur,
significauit: quib. cognitis rebus Claudius in urbem su-
bito reuersus, magnum numerum hominum, sed in pri-
mis Mnesterem occidit: post ipsam quoque Messalinā

Messalina
iugulatur.
Agrippina.

iugulauit: nec multo tempore post Agrippinam fratris
sui filiam & matrem eius Domitij qui Nero cognomi-
natus est: in uxorem duxit. Erat enim fœmina egregia
forma: ad quam ipse antea sæpenumero accedebat, eaq;
cum Claudio ut patruo sola cōuersabatur libidinosius

Agrippinæ
in rebus
gerendis
industria.

quàm neptem deceret. Igitur Agrippina, ut primam
regalem potestatem habuit. Claudius, sibi deuinxit (erat
enim acris fœmina & industria in rebus gerendis) eoq;
quos à Claudio diligere animaduertent, minis atq; bene-
ficijs suos fecit. Ea Claudio liberos habenti persuasit ut filium
suum adoptaret, eumq; interim ad principatum exerce-
bat, dum à Seneca institui atque erudiri curaret. Hinc
etiam quàm maximas opes cōparauit: nihil enim tam
paruum erat aut vile, quod pecuniæ causâ nō faceret, cele-
bātque eos qui aliquantum locupletes erant, & cōpluribus
ob eandem causam occidebat: multas illustres & nobiles
fœminas nonnulla inuidia perdidit, in quarū numero

Lollia Pau-
lina ab A-
grippina re-
lota occi-
sa.

fuit Lollia Paulina, quæ ab ea propterea necata est, quod
se Claudio nupturā esse aliquādo sperauerat: cuius ca-
put ad se perlatum cū non agnosceret, os eius manu
sua

sua a
ceter
ra
mos
publ
filiu
ret en
deret
arden
quod
ficato,
tudin
Nero
cklam
erant
quagi
tur. H
his ve
ubi sa
ut, qu
facta,
coacti
Bibby
clama
ptum
quid a
rai) D
nio re
tratus
grippi
sidae
genere

sua aperuit, ut deus inspiceret, quos illa non perinde ut
 ceteræ solent habuerat. Itaque Agrippina repente alte
 ra Messalina facta est, præsertim cum Senatus amplissi
 mos honores ei decerneret, & in primis, ut in conuentib.
 publicis carpento uteretur. Sed cum Claudius Nerone
 filium eius adoptasset, cumque sibi postea generum face
 ret emancipata filia, ne fratres matrimonio coniungi vi
 deretur, magnum prodigium extitit, nam eo die cælum
 ardere visum est. Cuspit Claudius nauale prælium in
 quodam lacu apparere, cuius muro de lignea materia edi
 ficato, defixisque trabibus, eo magnam hominum multi
 tudinem coegit. Ibi ceteri arbitrio suo, Claudius autem &
 Nero militari veste induti fuerunt. Agrippina aurea
 chlamyde fuit ornata. Qui eo prælio nauali decertaturi
 erant, dånati fuerant rei capitalis. Erant utrimq; quin
 quaginta naues, alteri Rhodij, Siculi alteri nominabã
 tur. Hi principio simul omnes Claudium salutauerunt
 his verbis, Salue Imperator, pereuntes salutamus te. post
 ubi salutem impetrare non potuerunt, fuitque mandatum,
 ut, quem admodum iussi fuerant, dimicarent: eruptione
 facta, non se prius adorti sunt, quàm fuerunt necessitate
 coacti. Narcissus verò Claudium ludificabatur, ut cum
 Bithynij contra Iunium Cilonem qui ipsis præfuerat, ex
 clamarent, dicerentque eum magnis muneribus corruptum
 fuisse, & Claudius eos qui circumstantabant rogaret
 quid dicerent: (non enim propter tumultum intellexerat)
 Narcissus mentiens, eos magnas gratias habere Iu
 nio respondit: Claudius Narcissum vera dicere arbi
 trat, Iunium eis præesse alterum biennium iussit. A
 grippina sæpenumero sedens in suo tribunali, Claudio as
 sidebat, cum is legatos audiret, aut eis responderet. quo
 genere spectaculi nullum erat sanè pulchrius. Claudius ira
 tus

Claudio Ne
 ro à Clau
 dio adopta
 tus Impera
 tore.
 Nauale præ
 lium per lu
 dum à Clau
 dio institu
 tum.

Narcissi pe
 tulantia.

Iudæus Galicus orator
In Tiberim proiectus.
Facere dictum.
Domitij in Claudij dictum facitissimum.

Locusta venefica.
Claudio infidij Agrippinae, a venefica veneno tublatus

ius aliquando Iudæo Galico oratori causam apud se genti, iussit eum in Tiberim projici, à quo tum, cum redderet, non longè aberat. Hac in re Domitius Agrippinae, qui omnes patronos causarum suæ ætatis superabat, præbellè iocatus est. nam cum is qui erat à Iudæo deservit, opem ab eo peteret, ita respondit: Quis tibi nuncians, inquit, me melius quàm illum natum? Ceterum Claudius iratus propter ea quæ ab Agrippina fiebat, quæ iam ad ipsum perferebantur, requirebat Britannicum quem illa sæpenumero de industria in conspectum patris propterea venire volebat, quod Neroni filio suo quæ ex Domitio priore marito habebat, imperium pariter conaretur. Quam rem Claudius cum perferre non posset, parabat eius potentiam minuire, & filium suum successorem imperij designare. Quo cognito Agrippina metuens, eius consilium prævenire statuit. Itaque, ut cognoscere ei propter vinum noceri non posse, multum enim bibebat: tum propter aliam rationem vivendi, qua plerumque Imperatores utuntur, ut salutem tueantur, Locustam veneficam mulierem, eamque celeberrimam accepit, ac per eam venenum, cui remedium adhiberi non poterat, in boleto parari iussit. Quo factò Agrippina comedit ex cæteris boletis comedere, illum verò in quo venenum erat, maximum atque pulcherrimum, ut Claudius comederet, perfecit. Ita ille ex insidijs captus, ex comedito quasi vino cõfectus, exportatus est, id quod antea crederetur factum fuerat. Nocturno autè postea aquam obmutuisset, et obsurdus, mortuus est tertio Idus Octobris. Vixit annos LXIII. regnavit annos XIII. menses VIII. dies XX. Id Agrippina facere potuit, quod Narcissum miserat in Campaniam, ut aquis quæ erant in eorum regione ad podagram uteretur. nec enim id eo præsentem fecisset.

fecisset
post m
poribus
quæ
se ad e
facinor
dus co
quæ
omnes
morte
go temp
celo in
Iouis
lis gene
dus eu
qui Ag
na &
rant, at
ex insi
frater f
quem a
dam es
dixisse
tudo m
gnis que
Claud
Neron
dicebat
to in nu

fecisset, q̄ ille domini custos vigilatissimus erat. Idemq̄,
 post mortem Claudij sublatuſ est, homo illis quidē tem-
 poribus omnium hominū potentiſſimus: poſſidebat enim
 quater millies ſeſtertiūm, eoque amplius, applicabant q̄,
 ſe ad eum ciuitates regēſque. Is priuſquam iugularetur,
 facinus præclarū fecit. Nam arcanas literas, quas Clau-
 dius contra Agrippinam & nonnullos alios ſcripſerat,
 & quas ipſe cui ea cura incumbere apud ſe habebat,
 omnes combuſſit. Itaque Claudius mortuus eſt, cuius
 mortem hæc denunciare videbantur. Nam cometa lon-
 go tempore viſuſ eſt, pluitque ſanguinem, & fulmen de
 cælo in ſigna Prætorianorū militem cecidit, tēplūmq̄,
 Iouis Victoris ſua ſponte apertum eſt: denique ex ſingu-
 lis generibus magiſtratum ſinguli mortui ſunt. Clau-
 dius eundem honorem ſepulture & reliquorū omnium,
 qui Auguſto habitus fuerat, adeptuſ eſt. Tum Agrippi-
 na & Nero eum ſe lugere ſimulabant, quem necaue-
 rant, atque in cælum efferebant eum, quem in cōiunio
 ex inſidijs ſuſtulerāt. Itaq̄, Luciuſ Iuliuſ Gallio Senecæ
 frater ſacete & urbanè dixit (ſcripſit etiā Seneca librū,
 quem ἀποκολοκύντωριον quaſi immortalitatem quan-
 dam eſu boleti partem nominauit) ſed ille cū multa
 dixiſſe fertur, tum hoc in primis. Nā cū eſſet conſue-
 tudo necatoſ in carcere trahi à carniſcibus in forū ma-
 gnū quibuſdam uncis, deinde in flumen projici, dixit
 Claudium unco in cælum attractum eſſe. Ipſiſ quoque
 Neronis dictum non indignum memoria videtur. Is
 dicebat boletos cibum deorum eſſe, quòd Claudiuſ bole-
 to in numerum deorum relatuſ fuiſſet.

Narciſi,
 mors.

Claudij ad-
 uerſuſ A-
 grippinam
 atque alioſ
 literę à Nar-
 ciſſo com-
 buſtæ.
 Prodigia.

Iulij Galij
 de Agrippi-
 næ ac Nero-
 niſ luſu ſi-
 mulato fa-
 cetiſſimum
 dictum.

RELIQVA APVD DIONEM
 interciderunt.

NE

Britānicus.

Adoptionis
ius.

Claudij Im-
peratoris te-
stamentū à
Nerone rescis-
sum.
Agrippinae
de Neronis
vaticinio
infantum re-
sponsum.
Agrippina.

Domitius
pater Nero-
nis.

POST Claudij mortem Britannicum
optimo iure Imperio succedere opo-
tebat, quod erat eius naturalis & legi-
timus filius, quodque valebat virtute
corporis, & flore aetatis vigeat. Iure
tem civili propter ius adoptionis Imperium ad Ne-
nem quoque pertinebat. Sed nullum ius profecto
potest, quam arma. Ut enim quisque potentissimus
ita iustissimè dicere omnia & facere videtur. Ita
Nero tabulis testamenti Claudij de modio sublati
solum est Imperium adeptus, sed etiam Britannicum
& sorores eius interfecit: quis enim calamitates cetero-
rum hominum facile deplorat? huic autem Imperium
antè hoc modo significatum est. Cum natus esset prin-
cipe luce, antequam sol ortus esse videretur, radij circum
fulserunt: qua ex re, tum etiam animaduerso stellarum
cursu, qui tum erat, atque earum coniunctione quidam
astrologus duo simul praedixit, eum regnaturum esse
matrem necaturum. Quod cum Agrippina intel-
xisset, demès subito exclamare coepit, Me verò, inquit,
occidat dñe regnet. Cuius quidē rei futurū erat, ut eam
mè pœniteret. Sed pleriq; hominū adeò stulti sunt,
bona se sperent adepturos, qua cum malis coniuncta
statim incensi cupiditate melioris, quod peius est, no-
gant: cum autem id quod malum erat, aduenerit,
grauiter & moleste ferunt, ut se maximè cupiant
optimis quibusque rebus abstinuisse. Porro nequitia
& petulantiam Neronis Domitius pater non ex
vaticinio, sed ex suis & Agrippinae moribus praedi-
xit. Non enim, inquit, fieri ullo modo potest, ut ex me &

vir boni
exui ad
vates pr
acceptu
senectut
annos, c
tum, le
eis Clau
natu ab
ut decre
tea, ac q
gerentur
ad cert
Agrippi
princip
numero
gna ex
legatis,
bat. Qu
Seneca
ronem
litibus
occafio
legati
in tribu
dere, e
ut antè
deret ob
alia fir
niamq;
ea, ut n
rum, ip

vir bonus nascatur. Progrediente verò tempore propter
 exuias serpentis ad ceruicem Neronis pueri inuetas,
 vates prædixere eum ab homine sene magnam potentiam
 accepturum. serpentes enim positus exuijs, vna exuere
 senectutem existimantur. Natus erat decem & septem
 annos, cum imperare cœpit: deinde profectus ad exerci-
 tum, lectis ijs quæ Seneca scripserat, militibus, quatum
 eis Claudius dederat, promisit. Quæ autem legit in Se-
 natu ab eodem Seneca scripta, tantam vim habuerunt,
 vt decreto Senatus insculperentur in columna argen-
 tea, ac quotannis cum noui Coss. magistratum inirent, le-
 gerentur. Quibus rebus omnibus id agebant, vt tanquam
 ad certum quoddam præscriptum optimè regerentur.
 Agrippina principio administrabat omnia quæ ad
 principatum spectabant: ambo vnà exhibant foras, sæpe
 numero eadem lectica vehebantur: quanquam illa ma-
 gna ex parte vehi, hic consequi solebat: illa respondebat
 legatis, literasque ad populos, & principes, & reges mitte-
 bat. Quod cum diu factum esset, ferre grauiter cœperunt
 Seneca & Burrus homines sapientissimi, & apud Ne-
 ronem maxima autoritatis. Horum alter pratorianis mi-
 litibus præerat, alter doctor eius erat. Itaque commodam
 occasionem nacti, huic rei finem imposuerunt. Cum enim
 legati Armeniorum venissent, vellētque Agrippina
 in tribunal, ex quo Nero cum eis colloquebatur, ascen-
 dere, eamque illi appropinquare viderent, adolescenti,
 vt ante descenderet, & ad matrem excipiendam proce-
 deret obuiam, persuaferunt. Quo factō nō sunt reuersi,
 alia simulata causa, ne barbaris hanc labem ignomi-
 niamque Imperij patefacerēt: cumque perfecissent post-
 ea, vt ne deinceps permitteretur ei cura rerum publica-
 rum, ipsi omnem potentiam consecuti sunt, quam quo-

Vaticinium
 de potentia
 Neronis.

Agrippina
 imperium.

Seneca Ne-
 ronis præce-
 ptor.

Nimia licē-
tia etiā bo-
na corrumpuntur in-
genia,

Nero Cali-
gulam ma-
lis moribus
ac crudeli-
tate longē
superavit.

Neronis li-
beralitas.
CCL. myria-
des drach-
marum.

usque obtinere potuerunt, omnia sunt ab ijs optime
iustissime administrata. Nero enim ocium & tran-
quillitatem vite secutus, non facile negotijs implicabatur
eumque illi voluptatibus sinebant indulgere: ut cime-
pleuisset cupiditates suas sine magno reipublica detrime-
to, consilium mutaret: quasi nescirent praefractos inuen-
tiones, educatosque in secura voluptate, & maxima
centia non modo expleri non posse, sed ex ijs multo-
gis corrumpi. Is primò tantummodo conuiuia faciebat
cum libidinosis luxuriose vivebat, crebrò ebrius er-
mabat. Sed postquam nemo increpauit eius libidinem
nec reipublica propterea peius administrabatur, pau-
nit se non solum ea bene gerere, sed etiam posse iisdem
posterum uti. Itaque cœpit partim contemnere, partim
cum crebrò audiret a familiaribus suis, Tu hoc pa-
teris? tu hostimes: ignoras te Casarem esse? teque illius
potestatem habere, non illos tui? partim contendere
matri cederet, tum erubescere quòd Seneca & Ter-
prudentissimis hominibus inferior esse videretur. Quo-
que omnia eorum præcepta prætermittere atque neg-
gere, & ad mores ac instituta Caij se conferre: quem
primum imitari statuit, facillime superavit: existimans
Imperatoris maiestatis ac potestatis esse, efficere ut
mini ne in pessimis quidem rebus cederet. Quae
cœpit, ut par est, magnam pecuniam consumere, multa
per iniuriam querere, multa per vim eripere: nec enim
illiberali animo erat. Cuius rei argumēto est, quòd cum
praetoriano militi, qui libros imperij eius administrabat,
dari iussisset centies sestertium, eaque Agrippina,
ut ipsum intuentem summam tanta pecunia pa-
niteret, vno in loco coacervasset, interrogauit, quantum
esset numeratum, cognitâque summa, eâ duplicatam

fit. N
dedisse
rudine
habere
fuerit
uestig
quas p
los occi
est ut a
cursu e
eam ca
fectos s
que hon
propter
vna cu
Praetor
rent, &
merced
nes do
to qui
rus dim
gis exi
di Cir
Agripp
latio, p
Fuerat
captus
Octavia
praeser
nere N
tur, par
Post ubi

fit. Non enim putavi, inquit, me tam exiguum munus dedisse. Id verò multo magis perspicuum est ex magnitudine sumptuum, quos fecit. Siquidem thesauros quos habebat in thalamo regio, ita exhaustit, ut ei statim opus fuerit novis redditibus. Itaque non solum exegit nova vectigalia, sed etiam inhaurit locupletum facultatibus, quas per iniuriam abstulit à multis, eorumque nonnullos occidit. Sed cum Nero in summa talis fuerit, superest ut de singulis eius factis dicamus. In primis igitur cursu & certaminibus equorum delectabatur, ita ut ob eam causam insignes equos victores, & iam senio confectos stola forensi non secus quàm homines ornaret, eosque honestaret pecunia stipendij loco. Quamobrem cum propter hoc Neronis studium, ij qui equos alebant una cum aurigis superbè extollerentur, ac proinde Prætoribus sæpe & Consulibus graves iniurias facerent, Aulus Fabricius Prætor uti noluit illis, iustà mercede cum quibusdam certare recusantibus, sed canes doctos currus agere pro equis introduxit. Quo facto qui albo, quique fulvo ornatu erant, statim currus dimiserunt: cumque prasini & veneti nihilo magis exirent, Nero præmia equis proposuit, itaque ludij Circenses peracti sunt. Interea graviter ferebat Agrippina, quòd non amplius in eos qui erant in Palatio, præsertim propter Acten imperium teneret. Fuerat Acte empta ex Asia, cuius amore Nero ita captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali, ac Octavia uxore multo chariorem habuerit. His de causis præsertim, alysq; Agrippina agrè ferens, primò admonere Nerone conatur, eosque qui cum ipso versabantur, partim verberibus castigat, partim procul amouet. Post ubi se nihil proficere cognovit, multo gravius tulit,

Donum Neronis duplicatum.

Prodigalitas Neronis.

Equis victoribus præmia atque perpetua stipendia à Nerone instituta.

Canibus pro equis in certaminibus vsi.

Circenses ludi.

Acte, mulier.

Agrippinæ cū Nerone expositatio.

Britannicus
à Neroneve
neno subla-
tus.

Neronis in
Agrippinā
matrem o-
dium.

Ludi, atque
tauroſū ſpe-
ſacula a
Nerone edi-
ta.

aitque, Ego te Imperatorem feci: tanquam poſſet ei pri-
cipatum arbitratu ſuo adimere: ne ſciebat enim ſuum
imperium poſtquam eſt à priuato alicui delatum, ſtatim
deſicere cum qui detulit, & ad eum qui accepit, con-
eum qui dedit, transferri. Tum Nero Britannicu-
neno ſuſtulit: cuius corpus ut vidit propter venenam
uore decoloratum eſſe, gypſo oblinendum curauit: cuius
que per forum eius efferretur, maximo imbro deſecum
omne gypſum, quod adhuc molle & tenerum erat, ſolu-
tum eſt, ut nefarium ſcelus nō ſolum audiretur ab om-
nibus, ſed etiam apertū ante omnium oculos poneretur.
Poſt hæc incipit palam inſanire, multa domi, multa
ſuperiore parte vrbiſ, noctu atque interdium latitantibus
bidinoſe facere, in cauernas ingredi, & ut priuatis
nialoca peruagari. Qua ex re multis vulnera & g-
ues iniuriæ inferebantur. Iam matri palam & aperte
inimicus erat, ſciebatque ex eo, ut multa, que quotidianè
cōtra ſe dicerent facerentue, proferrentur extra
latium, licet omnia in ore vulgi non verſarentur. Multi-
ta variè dici, multaque conijci ex vtriuſque neque
atque libidine ſolebant: nam que facta fuerant magis
pro factis diuulgabantur: que quæ aliquo modo creditur
erant, pro veris credebantur. Tum primum multum
viderent eam abſque ſatellitibus, cauebant, ne facti-
uiam cum ea ſermones conferrent. Quod ſi quis ei
quo caſu atque fortuna occurrifſet, ſtatim nullo loco
ſermone diſcedebat. Per id tempus editum eſt ſpectaculum
lum, in quo homines in equis inſidentes, magno curſu
que impetu in tauroſ factos, eos occiderunt: tum abſque
tibus ſtipatoribus corporis Neronis quadringenti
cum trecentis leonibus baſtis tranſfixi ſunt, virique
ſtris ordinis triginta munus gladiatorum obierunt. C

autem
vrbe
rebat,
vuln-
homin-
appoſi-
le agn-
tantas
tum er-
Itaque
ſa, fact-
ita ut
rit. Qu-
ro ne
riā ac-
bus lit-
Nero
tro ſpe-
te aqu-
tabant
fecit: d-
ſum m-
parib-
ta ſum-
runt, n-
multoſ
na ren-
que ab-
Cum e-
erat: c-
rentur
ſtabat

autem hac aperte faceret, tum occultè noctu per totam urbem debacchabatur: mulieribus puerisque stuprum inferebat, spoliabatque eos qui sibi fieret obuia, percutiebat, vulnerabat, occidebat. Cumque hæc faceret, putabat clã homines esse propterea quod varijs generibus vestiũ & appositis comis uteretur: sed ex comitatu factis que facile agnoscebatur. Nec enim esset ausus quisquam tot & tantas res securo animo facere. Nam domi esse nulli tum erat, Nerone in domos atque officinas insultante. Itaque Julius Montanus Senator comotus uxoris causa, factò in Nerone impetu, ei multas plagas infixit, ita ut per multos dies in cõspectum hominum non veniret. Quæ res Montano nullum damnũ attulit, cui Nerone iratus quidem omnino fuisset, etsi putabat se iniuriã accepisse, nisi ipse veniam per literas petiuisset. Quibus literis lectis Nero ita respondit: Non ergo percussor Neronis se ipsum vita iam spoliauit? Cum autem in theatro spectacula præberet, primum eodem theatro de repetite aqua maris expleto, in qua pisces et alia animalia natabant, bellum nauale Persarum cum Atheniensibus fecit: deinde subito aquam eduxit, exiccatoque solo rursus multos pedites, non modo binos, sed etiam confertos paribus virisque numeris congregi iussit. Post hæc secuta sunt certamina iudicialia: ex quibus multi exultauerunt, multi interfecti sunt. In his Seneca reus factus est multorum scelerum, sed præsertim, quod cum Agrippina rem haberet. Nec enim in hac re solũ, sed in plerisque alijs contrã facere visus est, quã philosophabatur. Cum enim tyrannidem improbaret, tyranni præceptor erat: cumque insultaret ijs qui cum principibus versarentur, ipse à palatio non discedebat. Assentatores detestabatur, cum ipse reginas coleret & libertos, ac lauda-

Neronis libido atque crudelitas.

Nero à Montano uxoris causa, verberibus tractatus.

Nauale Persarum cum Atheniensibus bellũ.

Seneca, Senecæ vitæ lógè turpissima.

Septem mil
lia quingē-
te myriades
drachmarū.

M. Saluius
similitudi-
ne morū ac
scelerum so-
cietate Ne-
roni perli-
millis.

Sabina Sal-
uij & Nero
nis Impera-
toris vxor
communis.

Nero qua
ratione cū
matre cō-
suetudinem
habuisse di-
catut.

Sabina.

tiones quorundam componeret. Reprehendebat diuiti-
is, cuius facultates erant ter millies sestertium: quibus
luxum aliorum damnabat, quingentos tripodas habere
de ligno cedrino, pedibus eburneis, similes & parietes
se, in quibus cœnabat. Ex quibus omnibus ea qua sunt
consentanea, qua q̄ ipse libidinosè fecit, facile imitari
possunt. Nuptias enim cum nobilissima atque illustri-
sima fœmina cōtraxit: delectabatur exoletis, id que
Neronem facere docuerat, etsi antea tanta fuerat mori-
ueritate, ut ab eo peteret, ne se oscularetur, neve vna
cum cœnandi causa discumberet. Cum Nerone
Saluius Otho tanta morum similitudine & societate
scelerum coniunctus erat, ut Neroni aliquando dixisset.
Tu me quoque Casarē videbis. Quod dictū ei nihil
fuit, tantum Nero respondit, Te verò, inquit, ne cogi-
tarem videbo. Huic Sabinam nobilem fœminam ad-
ductam à viro, uxorem dedit, cum qua vterque per-
ter rem habebat. Cuius rei causa Agrippina metu-
ne ea Neroni nuberet, valde enim amare cœperat. Ne-
mus nefarium est ausa. Nam quasi non esset satis gra-
dictu, quòd Claudium patruum prestigijs quibuslibet
libidinosi aspectibus atque osculis in amorem suum
risset, tentauit eodem modo Neronem sub suam potestatem
subicere: quod an verè factum sit, an propter
res eius confictum, pro certo nō habeo: ea vero res
versantur in ore omnium, fœminam aequalem & simi-
lem Agrippina ob hanc causam maximè ab eo amari
fuisse: ad quam alludens, atque rem alijs aperiens, dice-
bat se cum matre consuetudinem habere. Hac cogi-
te, Sabina persuasit Neroni, Agrippinam de morte
tollere, quòd ab ea diceret ei insidias parari. Ad id
cuius quoque, ut à permultis fide dignis hominibus

Etum
re cu
dam
per
nec p
gente
se dis
& fir
iussit.
ri, &
spicat
sus, ne
ctus e
tissim
bat v
ret. C
per m
pieba
neri: p
eique
temp
xus, a
abeur
valet
regno
cam e
inter
fatur.
re dis
nauig
tua e
te re

Etum est, Seneca eum incitauit, siue crimen à se deriuare cuperet, siue Neronem ad nefariam eadem faciendam perducere, ut eum quàm celerrimè dii hominesq; perderent. Quod facinus cum palàm facere timeret, nec possent eam clam veneno tollere (cauebat enim diligenter omnia) cumque vidissent in theatro nauim per se dissolui, ac belluis quibusdam emissis, rursum integrã & firmam consistere, alteram consimilem huic edificari iussit. Quanaui edificata Agrippina maxime foneri, & quibuscunque rebus poterat, coli cœpit, ne quid suspicata caueret. Sed cum Romæ nihil facere esset ausus, ne scelus diuulgaretur, procul in Campaniam profectus est, acceptaque matre in ea ipsa naui magnificentissimè atque splendidissimè ornata nauigauit. Id faciebat ut illa in reliquum tempus eodem nauigio uti cuperet. Cumque Baulos venisset, magnificentissima cœniua per multos dies egit: in his matrem amicè & beneuolè accipiebat, simulabatque se absentis eius magno desiderio teneri: presentè osculabatur, petere iubebat si quid vellet, eique multa antè quàm peteret, concedebat. Post cœnæ tempus media nocte eam summa beneuolentia complexus, atque oculos eius & manus osculatus, comitatusque abeuntem dixit, *Mea mater vale mea causa, & cura valetudinem tuam, ego quidem certè tua causa viuo & regno.* Post hæc eam tradidit Aniceto liberto, quasi is eam domum deducturus esset in nauim, quam supra ad interitum eius comparatam esse diximus. Sed mare has futuras tragœdias in se perferre non potuit, neque celare diuini fraudem nefarij sceleris. Licet enim dissoluto nauigio Agrippina in mare ceciderit, non tamen mortua est. Nã cum in tenebris esset, & plena vini, ac nauite remis sic in eam uterentur, ut Aceroniam Pollam,

Seneca in causa quod Agrippina à filio sic interfecta,

Neronis in Capaniã cum matre Agrippina nauigatio.

Agrippinæ infidiæ à filio struæ.

Pollæ Aceroniz interitus.

qua vnà nauigabat, interfecerint, tamen ea salua
 incolumis euasit. Postquam domum venit, omnia des-
 mulauit. nec enim patefecit insidias, sed nuncios de
 rebus ad filium celeriter misit, quas sibi casu & fortuna
 dicebat euenisse, quòdque salua esset, ad eum dicitur
 mittere. His auditis rebus Nero impotenti animo
 cum puniuit, tanquam ad se interficiendum uenisset.
 Mox Anicetum vnà cum nautis aduersum matrem
 ire iubet, nec enim hanc cadem Pratorianis creditur
 Hos ut vidit Agrippina, cognouitque quamobrem uen-
 nissent, repente de lecto desiluit, discissaque veste de-
 dataque aluo, ait: Hæc tu percute Anicete, percute, p-
 niam peperit Neronem. Itaque Agrippina Germani-
 cilia, Agrippæ neptis, Augusti abneptis, à filio suo
 regnū detulerat, & cuius causa præter alios multos pa-
 truum quoque necauerat, interfecta est. Nero postquam
 accepit eam mortuam esse, non credidit, nimirum præ
 magnitudinem temerarij facinoris diffidebat. Itaque
 cupiuit eam videre, & denudatam penitus conspicere
 tum vulnera eius contemplatus, nefarium sermonem
 buit plus quàm cædes fuisset: Nesciebam, inquit, u-
 pulchram matrem habere. Deinde pecuniã dedit præ-
 torianis militibus, uidelicet ut multa facinora eius
 generis libenter facerent: scripsitq; ad Senatum litteras
 in quibus præter cætera enumerabat, quot scelera
 scia sibi fuisset, ab eaque sibi insidias esse factas, atque
 eo deprehensam, mortem sibi consciuisse. Quibus l-
 ris missis ad Senatum, ille nocturno tempore tanta
 tu conturbabatur, ut de lecto repente profileret, inter-
 diu perterrefaciebant eum tubicines auditi bellum
 canere cum maximo tumultu, quo in loco Agrippina
 ossa sepulta erant, quamobrem aliò migrabat. Cuius

Neronis in
 Agrippinã
 matrẽ ma-
 gna impic-
 tas,

Agrippina
 inteficitur.

Neronis ad
 Senatum li-
 teræ.

Malè libicõ
 scijs Nero,
 ubique peri-
 culum im-
 minere exi-
 stimat.

ibi idi-
 tur. H
 indign
 omni
 ribus
 decern
 factur
 ac legi
 aliqui
 vellet,
 egit in
 tantum
 bueren
 xime l
 frustra
 expler
 quis se
 tumme
 modi
 dere, la
 nieme
 uatim
 pebat
 de noct
 in cul
 foro, al
 te toll
 cis scr
 Neg
 stis, A
 cerent
 magis

ibi idipsum ei accideret, perterritus, aliò proficisceretur. Hac dum Romam nunciarentur, ceteri, etsi erant indignati, gaudebāt: putabāt enim ob eam causam eum omnino esse periturum. Senatores verò cūcti se istis operibus Neronis latari simulabant, congratulabantur ei, decernebantque multa in quibus se putabāt ei gratum futuros. Unus P. Thrasea Patus, etsi venit in Senatū, ac legi epistolam audiuit, tamen prius surrexit, quàm aliquid statueretur, exiitq; foras, propterea quòd ea quæ vellet, dicere non posset: quæ autem posset, nollet. Cetera egit in eadem sententiam: nam ita dicere solebat: Si me tantum, inquit, Nero interfectorius esset, aliquam tribuerem adulatoribus eius veniā: sed si eos à quibus maxime laudabatur, sustulit, sublaturusque est, cur oportet frustra turpiter & seruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat retenta libertate? De me enim, inquit, aliquis sermo habebitur in posterum: de ijs nullus, nisi tantummodo eos interfectorios fuisse. Cūq; Thrasea esset eiusmodi, tum ita de se dicere solebat, Nero me potest occidere, ledere quidem non potest. Neronem in urbem venientem, matre interfecta, omnes publicè colebant: privatim autem quoties tuto & liberè loqui poterant, carpebāt & vellicabāt. nam culcum in quadā statua ipsius de nocte suspenderunt, ut ex eo significarēt, Neronem in culcum cōici oportere, exposueruntque puculum in foro, alligata ad eum tabella, in qua scriptum erat: Non te tollo, ne matrem occidas. Legebatur in plerisque locis scriptum.

Νερω, Ορέσους, Αλκμαίων μητροτόνοι: Nero, Orestes, Alcmaeon matricida. Audire licebat eos qui ita dicebant. Nero matrem interfecit, eosque multi deserebāt, magis ut Neronem criminarentur, quàm ut eis interi-

P. Thrasea Patus.

Libertas summū bonum.

Melius est recta libertate mori, quàm seruiliter uiuere.

Culcus Calūniæ in Neronem.

Nero iniuriarū patissimus.

Prodigia
horrenda
post Agrippinā inter-
fectam visa.
Domitiaz
mors.
Mare Rauē
nate.

Sex theatra
Elephas fu-
nambulū
Spectacula.
à Nerone in
Agrippinā
mātris ho-
norē edita.

tum afferret. Cuius rei ipse nullam pœnam reposita-
ne fama magis omnium sermone percrebresceret, ut
quod sermones habitos de ijs rebus cõtemneret. Caterum
in medijs sacrificijs, quæ Agrippina causa fiebant
creto Senatus, sol omnino defecit, ad eò ut stelle videren-
tur. Præterea elephanti, qui currum Augusti egerent
in circum ingressi, cum eò usque, ubi Senatores scabelli
venissent, non ultra progressi, constitunt. Et quod ma-
xime conijcere licet diuinitus accidisse, cœna, quæ
eum perferebatur, tota fulmine deflagrauit, quasi hu-
pya quedam cibos ei eriperet. Porro Domitiam amica
suam veneno sustulit, ac bonis eius, quæ Baijs, & in ri-
ri Rauennati erāt, ablatis, in ijs magnifica trophæa
tuit, quæ ad nostram aetate vigent. Ludos maximos
magnificētissimos in honorem matris fecit: nam simul
quinque sexve theatris complures dies festos egit. Quo
tempore elephas introductus in theatrum, in summum
eius fornacem conscendit, atque inde vehens homines
in fune ambulauit. id verò turpissimum visu atque
uisissimum fuit, quod viri fœminaq; non solum equis
sed etiam Senatorij ordinis in orchestram, & circum
amphiteatrum ingressi sunt, ut homines turpissimi
in honestissimi. nonnulliq; eorum tibijs cecinerunt, sicut
uerunt, tragœdias & comœdias egerunt, catharœdia
runt, equos agitaerunt, belluas occiderunt, munus gladi-
torium obierunt. Id multi fecere volentes, multi in
Visa sunt eo tempore veteres & illustres familiae
Fabij, Porcij, Valerij, ceteriq; omnes, quorum trophæa
atque templa conspiciebantur, ea de inferiore loco
re, quæ ne ab alijs quidem hominibus fieri unquam
sacrant. Itaque vicissim digito demonstrabat
Dicebāt enim Macedones, Hic est nepos Pauli. C

ci auto
Claudi
tici L
nens
exordi
deretij
gnitud
ficientij
scuntie
pia, ve
& noti
nos glob
inesset,
tur. Q
faceret
indigni
hac vis
Neron
id peri
subito,
rimos o
Tunc s
forimq
tur, de
qua di
tum pr
ram a
ludis i
viri. c
la fœm
dis nat
propter

Neronisma
gnificētia.

ci autem, Ille Memmij : tum Siculi aiebant, Videte
Claudiu: mox Epirota, Vos verò Appiū videte, Asia-
tici Lucium ostendebant, Hispani Publium, Carthagi-
nenses Aphricanum, Romani verò, omnes. Nam hæc
exordia turpitudinis suæ facere voluit. Quod cum vi-
derēt, qui mente præditi erant, tum etiam propter ma-
gnitudinem sumptuum ingemiscebant. Etenim magni-
ficentissima quæque & lautissima, quibus homines ve-
suntur, cæteraque omnia preciosissima, equos, manci-
pia, vehicula, argētum, vestem diuersi generis in signis
& notis quibusdam dabat: iaciebat enim ad plebē par-
uos globos inscriptos, tanquam in singulis eorum aliquid
inisset, & ut quisque signum collegerat, ita ei largieba-
tur. Quamobrem sic cogitabāt, eum qui tantos sumptus
faceret ad ignominia, nullo modo lucrifaciēdi causa ab
indignissimis & insolentissimis reb. abstinentē fore. Post
hac visis nonnullis portētis, aruspices respōdere, interitum
Neroni denunciari: dederēque ei consilium, ut in alios
id periculum auerteret: qua ex re cōplures interfecisset
subito, nisi ei Seneca ita dixisset: Licet, inquit, quamplu-
rimos occidas, tamen non potes successorē iuum occidere.
Tunc sacrificia pro accepta salute, sicuti dicebat, fecit,
forūque obsoniorum, quod vno verbo macellum dici-
tur, dedicauit. Post hæc celebrauit festa alterius generis,
que dicuntur Iuuenalia: ea propter barbam eius, qua
tum primū rasa fuerat, facta sunt: cuius pilos in spha-
ram aream coniectos, Ioui Capitolino consecrauit. His
ludis interfuerunt multi, sed imprimis nobilissimi
viri. cuius rei argumentum est, quod Aelia Catu-
la femina nobilissima atque ditissima, ac iam gran-
dis natu (nata erat annos octoginta) saltauit: ceteri qui
propter senectutem & morbos præcipuē nihil poterant
face

Portæamor-
tē Nerōni
minitantiā.
Dicitū Seneca
de succes-
sione impe-
rij.
Iuuenalia
festa ob bar-
bam Neronis
primū rasam
insti-
tura,
Aelia Catu-
la,

Saltatio à
Nerone in
stituta.

Nero more
histrionū ī
theatrū pro
dit.

Attis.
Bacchæ.
Assentato-
r: s Nero-
nis.

Augustales
militēs.

Epulū Ne-
ronis.

facere, choreas canebant. Se enim exercebat unusquisque
que ut poterat, erantque ob eas res schola constituta, quae
frequentabant clarissimi viri, mulieres, puella, adole-
tuli, vetulae, senes. Quod si quis non posset aliter specta-
lum praeberere, ad choreas ibat: cumque multi pudore ab-
duci, ea facerent personati, Nero petente populo, ab
personas auferbat. eosque patefaciebat hominibus, quos
quos ipsi paulo ante magistratus gesserant. Tamen illi pro-
fertim, ceterique mortuos beatos esse aiebant. Nam
anno magnus numerus primorum hominum mor-
tuo obierat, atque eorum nonnullos accusatos Neroni in-
dignas fecisse, milites lapidibus obruerant. Quoniam
tempus oportebat extrema principis respondere, ipse quoque
Nero in theatrum prodijt, Gallionis voce nominatus.
Stetitque Caesar in scena habitu citharcedi. Quo
etiam ipse Imperator dixit, Domini mei audite me
benter. Et Augustus cecinit Attin quandam & Ba-
cchas coram magno militum numero & uniuerso popu-
lo, quantum sedes capiebant: etsi, ut traditum est, sa-
ua obscuraque voce erat, ut risum fletumque simul
in omnibus excitaret. Assistebant ei Burrus & Seneca,
magistri, suggerentes aliquid: cumque dixisset, plaudere
manibus & vestimentis, ut reliquos ad idem facerem
inducerent. Erant ob eam causam parata quinque mil-
lia militum, qui Augustales nominati, incipiebant eos
laudibus extollere: post hos ceteri omnes inuiti acclama-
re cogebantur, vno Thrasea excepto, qui nunquam ei
suis est assentiri: reliqui atque in primis nobiles unius
die simul & ingemiscens omnia comprobabant, quae
ab Augustalibus dicta essent, atque una simulata
vicia conclamabant. Tum licebat audire, qui ita dice-
rent, quam pulcher Caesar, Apollo, Augustus, vnus

luti
attis
co, in
Ind
Hac
postea
edixi
uit N
dedic
distr
non v
catis.
omni
postea
tanni
tis, &
rum
liere
ceretu
curia
in the
homi
dam
Ocea
tus in
cium
Catu
tere.
Sene
didiss
viol
ut be

luti Pythius, nemo te per Casarem vincit Casar. Peractis his rebus, populo epulum dedit intra naues, in eo loco, in quo ab Augusto bellum nauale factum fuerat. Inde media nocte per fossam in Tiberim nauigauit. Hac sunt facta propterea quod mentum pilis nudasset: postea pro salute ac diuturnitate Imperij sui (sic enim edixit) certamen quinquennale instituit, quod appellauit Neronia, cuius causa gymnasium edificauit in cuius dedicatione Equitibus ac Senatoribus oleum gratis distribuit. Hic coronam obtinuit citharæ dorum, quos ipse non vicerat, ceteris omnibus, ut indignis victoria iudicatis. Itaque reliquæ citharæ dorum corona ad eum ex omnibus certaminibus, quasi solus victoria dignus esset, postea mittebantur. Dum hæc Romæ geruntur, in Britannia grauis casus accidit, duabus urbibus expugnatæ, & octoginta millibus ciuium Romanorum aut sociorum peremptis, ipsa insula alienata. Quæ clades à muliere illata est populo Romano, ut maiore ignominia afficeretur: eaque antea diuinitus denunciata fuerat. Nã in curia barbaricū murmur cum multo risu, & tumultus in theatro cum magno fletu audiebatur, cum ibi nemo hominum loqueretur aut lugeret. Præterea ædes quædam infra aquam Tamefis fluuij videbantur, denique Oceanus inter eam insulam & Galliam sanguinolentus inundauit. Causa belli fuit publicatio bonorum, quæ cum esse primarijs eorum à Claudio remissa, Decianus Catus eius insule procurator dicebat eam renouari oportere. Ad hanc causam accessit, quod cum eis inuitis Seneca quadringentis sestertium sub magnis usuris credidisset, eam summam omnem simul magna vi atque violentia exigebat: maxime verò exitauit, persuasitque, ut bellum cum Romanis gererent, Bunduica Britan-

Neronia
certamina:

Romanis
cruentissima
strages in
Britannia à
muliere il-
lata.

Decianus Ca-
tus.

Senecæ diui-
tiz atque v-
sura,
Bunduica.

nica

Bunduicæ
feminae Bri
tannicæ cō
tra Roma
nos virile
facinus.

Oratio Bun
duicæ.
Libertatis
cōmēdatio.

nica fœmina, orta stirpe regia, quæ non solum eorum
magna dignitate præfuit, sed etiam bellum omne ad
nistravit, cuius animus virilis potius, quam mulier
erat. Comparato enim exercitu ad centum viginti milia
lia hominum, in tribunal factum ex terra palustris
re Romano conscendit fœmina procerissimo corpore,
ma honestissima. vultu seucro, voce aspera, capillo
promisso fulvique, nam ad nates usque dcmissus ere
ferebat magnum torquem aureum, induebaturque
nica varijs coloribus distincta & sinuosa, deinde cre
chlamyde: cūmque ita vestita esset semper, ac tum
stam quoq; habere tin manibus, ut ea omnes perterre
ret, in hunc usodum dixit: Equidem vos re ipsa per
sos esse puto, quātum libertas antecellat seruituti. Ne
si quis vestrum ignorans, vtra melior esset, blandis
missis populi Romani deceptus sit, nunc quidem
vtramque experti, erratum vestrum agnoscere pau
stis, quod externam dominationem anteposuisistis mor
bus & institutis patriæ. intellexistis profectō, quam p
stātor sit libera paupertas opibus, quæ in seruitute p
sidentur. Quid enim est obsecro tam turpe, quid tam
lestum hominibus, quod nobis, ex quo tempore Brita
nia ab illis primūm conspecta est, non acciderit? Non
maximis atq; amplissimis facultatibus privati sumus
nonne reliquorum tributa pendimus: nonne prater
tera quæ damus, & agros quos colimus, ad eorum
tatem, nostrorum etiam corporum omnia tributa con
rimus? At quāto melius fuit, semel fortunatos esse, quam
fictis falsisq; nominibus libertatis singulis annis redim
quanto vero honestius mortem occumbere, quam capere
tributaria circumferre? Sed quid ego ista cōmemoro
per illos ne mortem quidem liceat immunes cum

comm
tuor
vitut
foli
dy ca
habet
mur, s
contim
qui no
me om
fouere
re dic
princi
non eos
qui no
gustum
pericu
fulam
cumflu
que Oc
ras, ali
ne sapi
nunc c
no prat
moliri
pinqui
mus, &
nunc q
libertat
censeo e
etiā vi
& liber
catis, q

commutare. Etenim quot & quanta pensitemus mor-
 tuorum nomine, omnes profecto scitis. Cùmque ij qui ser-
 vilitatem seruiunt apud alias gentes, morte liberentur,
 soli populo Romano mortui viuunt, quæstus & compen-
 dy causa. Quid quod & si quis nostrum pecuniam non
 habet (quomodo enim aut unde habere possit?) denuda-
 mur, spoliatur, tanquam interfecti simus. Quam uero
 continentiam eorum expectamus in reliquum tempus,
 qui nos à principio ita tractent illiberaliter? cùm ta-
 mē omnes homines, feras belluas, quas proximè ceperūt,
 fouere soleant, & blanditijs delinire. Sed nos ipsi, ut ve-
 re dicam, autores fuimus malorum omnium, qui eis
 principio pedem in hac insula ponere permisimus: qui
 non eos statim, ut illum Iulium Cæsarem expulimus:
 qui non ijs, cùm adhuc longè abessent, ut contra Au-
 gustum & Caligulam egimus, nauigationem tentatam
 periculosam esse ostendimus. Nos igitur tantam in-
 sulam, vel potius continentem ac quodammodo cir-
 cumfluam, diuisam & separatam habitantes, tantum-
 que Oceano à cæteris gentibus disiuncti, ut alias ter-
 ras, aliud cælum incolere videamur, quorum nomen
 ne sapientissimis quidem eorum planè fuit cognitum:
 nunc contempti conculcati sumus ab ijs qui omni-
 no præterquam alijs superiores esse, nihil agere, nihil
 moliri videntur. Quamobrem ò ciues, amici, & pro-
 pinqui, nam ego omnes, cùm eandem insulam habite-
 mus, & commune nomen habeamus, propinquos puto
 nunc quidem, quod antea non fecimus, ac dum adhuc
 libertatis memoriam tenemus, quod nobis dignum est,
 censo esse faciendum, ut non solum libertatis nomen, sed
 etiã vim & facta posteris relinquamus. nã si nos honestè
 & liberaliter educati, prorsus obliuiscamur nostræ felici-
 tatis, ad eos nutritos in seruitute facturos esse speramus.

Britanni ser-
 uilitatis sine
 sunt autores.

Angliæ sic

23 Neque verò hæc à me idcirco dicuntur, ut hunc statim,
 23 qui nunc est, odio habeatis (odistis enim) neq; ut ea qua
 23 nobis euentura sunt, magno opere metuatis (iam enim
 23 metuistis) sed ut vos laudibus afficiam, agamque gra-
 23 tias, quòd per vos ipsi omnia, qua necessaria esse videntur,
 23 facere statuatis: quòd mihi atque vobis ipsis prom-
 23 ptis animis opẽ feratis, quòdque vobis Romanos metuen-
 23 dos esse non putetis. non enim plures sunt numero quàm
 vos, nò fortiores, idq; intelligi potest ex galeis, thoracibus,
 ocreis, quibus muniti estis: praterea ex aggeribus & mu-
 ris & fossis, quas fecistis ad propellendas excursiones ho-
 stium: quandoquidem malunt excurrere timoris causa,
 quàm pugnare cominus: ut est nostra consuetudo. Quo-
 circa tantum eos excedimus viribus, ut tentoria nostra
 muris eorum tutiora, & scuta omni eorũ armatura po-
 tiora putem. Qua ex re, si apud nos erit victoria, facile
 eos capiemus: si verò aliqua necessitas obuenerit, effu-
 giemus. Quòd si statuerimus nos aliquò recipere, sic nos
 in paludes abdemus & montes, ut ab ijs inueniri, aut
 capi nequeamus. Illi verò grauitate & pondere armorũ
 impediti, neque quenquam nostrũ insequi poterunt,
 neque se in fugam conferre. Quòd si excurrent aliquan-
 do, mox ad certa loca perfugient, in qua tanquam in ca-
 ueam à nobis compellentur. Quibus in rebus cum multo
 nobis inferiores sint, tum maxime, quòd famem, sitim,
 frigus, calorem, perferre nobiscũ pariter non possunt: um-
 bra, lecto, subactò cibo, vino, oleo, ita indigent, ut si quid
 eorum deficiat, moriatur: nobis autem quæuis herba &
 radix cibus est: quilibet succus, oleum: omnis aqua, vi-
 num: omnis arbor, domus. Ad hæc loca ipsa nobis sunt
 familiaria & quasi socia ad bellum gerendum, illis inco-
 gnita & inimica. nos fluuios nudi & nantes transmimus,
 illis

Britanni Ro-
 manis in re-
 bus bellicis
 longe sunt
 fortiores.

Britannorũ
 frugalitas.

illis ne nauibus quidem facile traiciuntur. Itaque quod
 felix faustumque sit, cōtendamus in eos confidenter, ostē
 damusque eos, cum lepores sint atque vulpes, temerē co-
 nari canib. & lupis imperare. Hac cum dixisset, leporē
 è gremio dimisit omnis capiendi causa: qui postquā pro-
 sperè processit, vniuersa multitudo letantib. animis con-
 clamat. Tum Bunduica passis palmis, Gratiā ago tibi,
 inquit, Adraсте, teque mulier mulierē inuoco, nō baiu-
 lis Egyptijs imperans, vt Nitocris: nō Egyptijs mer-
 catoribus, vt Semiramis (hæc enim iam à Romanis ac-
 cepimus) nec, rursus populo Romano, vt paulo antè
 Messalina, post Agrippina, nunc Nero, qui nomine vi-
 ri appellatus, re ipsa mulier est: idque ex eo intelli-
 gi potest, quòd voce & cithara canit, quòdque ornatur mu-
 liebriter: sed Britannis hominib. imperans, qui nō agros
 colere, non opifices esse, sed bella gerere optimè didicerūt:
 qui cum cætera omnia, tum liberos & uxores cōmunes
 esse inter se putant, atque illæ ob eam causam eandē vir-
 tutem cum maribus exercent. Cùm igitur ego apud hu-
 iusmodi viros atque foeminas regnum obtineā, peto abs-
 te eorum victoriam, salutem, libertatem contra viros cō-
 tumeliosos, improbos, insatiabiles, sceleratos: si viri appel-
 landi sunt homines, qui calefactis aquis lauantur, qui
 lantè & opiparè epulantur, vini pleni, vnguētis delibu-
 ti, molliter cubantes, cum pueris, atque ijs exoletis coeū-
 tes, citharædo & quidem malo seruientes. Nō mihi, ob-
 secro, non vobis in reliquum tempus imperet Neronia
 aut Domitia, sed illa canens dominetur populo Roma-
 no, dignus est enim huic mulieri seruire, cuius tyranni-
 dem longo temporis spacio sustinet. Tu verò domina vt
 nobis sola semper adsis, à te vehementer peto. Hæc atq;
 alia huiusmodi cū Bunduica in concione dixisset,

Leporis o-
men.

Bōduicæ in
Neronē ho-
minē effe-
minatissi-
mū calum-
niæ.

Britannoꝝ
ritus ac mo-
res.

Romanorū
luxus atque
mollicies.

Mona insula.

Bunduicæ in hostes magna cru delitas.

Paulini Imperatoris res gestæ.

Böduicæ cõtra Paulinũ ducẽ Romanorum res gestæ.

contra Romanos omnibus copijs contendit, qui per id tempus Imperatore destituti erant, quòd Paulinus eorum Imperator in Monam, quæ insula est finitima Britanniae, exercitum duxerat. quamobrem Bunduica duas vrbes populi Romani expugnauit, atque diripuit, in eisque cadem infinitam, vt supra dixi, fecit. Captis autem hominibus, omnia quæ grauissima esse possunt, facta sunt. Id verò est crudelissimum atque immanissimum, quòd fœminas nobilissimas & honestissimas nudas suspenderunt, excisâsque mammas earum ad ora ipsarum consuerunt, vt eas comedere videretur, earumq; corpora porrecta in longitudinem, palis præacutis transfixerunt. Quæ omnia faciebant contumeliose, dum sacrificarent in suis templis, & epularentur, & maxime in luco Andates: sic enim victoriam appellabant, eamque colebant studiosissime. Paulinus, qui iam Monam subegerat, statim vt Britannicam cladem intellexit, ex Mona in Britanniam reuauigauit. Is belli, quòd cum barbaris erat, fortunam tentare ac periclitari subitò noluit, quòd eorum multitudinem & vecordiam timeret: tamen cum pugnam in tempus magis idoneum differret, ubi inopia frumenti laborare cœpit, instatibus acurgentibus barbaris coactus est contra voluntatem suam praelium cum eis committere. Bunduica, cuius exercitus erat ad militum ducenta triginta millia, curru vehabatur, subosque porrecta in longũ acie instruebat: Paulinus, qui neque extendere ad eadem longitudinẽ suam phalangem poterat, neque enim Romani instructi singuli suffecissent, ad eò numero pauciores erant: neque rursim simul configere, ne cinctus ab hostibus caderetur: tandem audacter exercitum in tres partes distribuit, vt simul in varijs locis pugnarent, singulasque partes cõferas

fertur densasque praestitit, ne facile frangerentur. Dum eos instruit, & certis locis collocat, ita cohortari incipit: *Agedū, inquit, commilitones & Romani viri, ostēdite his pestibus, quantum nos eis etiam afflicta fortuna antecellamus. Turpe enim est, quae paulo ante virtute peperimus, ea nos hoc tempore turpiter amittere. Sapenumero vos ipsi, cum pauciores essetis quam nunc, multo plures hostes vicistis, idēque à maioribus vestris crebros factū est. Nolite igitur multitudinem pertimescere, aut studium nouandarum rerum, eorum qui inermes incōsideratissima & dementissima temeritate confidunt: qui etsi quasdam vrbes incenderunt, tamen id ab ijs nō videtur, aut pugnando factum est, sed alteram proditam, alterā desertam ceperunt: quas ob res nunc iustas & meritas pœnas de ijs sumite, ut quibus viris quales ipsi iniuriā fecerint, rebus ipsis intelligant ac factis. Hos ita cohortatus, ad alteros proficiscitur, quibus ait: Hoc tempus, commilitones, alacritatem atque audaciam vestram postulat: hodierno die non solum viri fortes eritis, sed etiā res amissas recuperabitis, si istos vincetis. Nemo omnium vobis in posterum resistet hoc vno praelio factō: sed ea quae vobis nunc adsunt, confirmabitis, ac reliqua subigebitis. Cateri milites ubicunque erunt, vos amulabuntur, vos hostes pertimescent. Itaque nunc dum in vestra manu est, an tuti ab omnibus hominibus retinere velitis ea quae vobis à maioribus vestris relicta sunt, quaeque vos ipsi ante a se sinistis, an his rebus omnibus priuati, miseri, afflicti & calamitosi viuere, eligite quae so Imperium,opes, felicitatem potius, quam ea quae sunt ijs contraria, socordes & negligentes pati. Hec cum dixisset, ad tertios progressus ait: *Audiuistis quae nobis homines impurissimi ac sceleratissimi fecerunt, vel potius ma-**

Paulini Imperatoris ad milites istos oratio cohortatoria.

Alter a oratio.

Tertia oratio.

Dij iis potissimum auxiliantur, qui iniuriā iniuste acceperunt.

Romanorū cum Britannis pugna.

gnam eorum partem vidistis. Itaque statuite, utriū vos eadem quoque pati malitis, ac penitus Britanniam amittere, quam victores non modo ulcisci eos qui interfecti sunt, sed etiam exemplum relinquere ceteris hominibus, non solum grata ad obediendum benevolentia, sed etiā necessaria contra nouarum rerum molitores acerbitate. Spero equidem in primis vos superiores fore, confisus benevolentia atque societate decorum immortalium, qui plurimum auxiliantur ijs qui iniuriā acceperunt: deinde vestra patria fortitudine, vos enim Romani estis, vos virtute atque experientia vestra omnes homines vicistis, vos eos ipsos, qui nunc vobis resistunt, cepistis: postremo dignitate, non enim cum hostibus, sed cum seruis nostris confligemus, quibus liberis esse, & suo iure vivere concessimus. Quod si quid nobis contra spem euenerit (neque enim id grauabor dicere) multo melius est pugnātes fortiter occumbere, quam captos in crucem tolli, aut viscera nostra excisa conspicere palis ardentibus transfigi, feruentique aqua consumi & interire, tanquam in feras belluas sceleratas & impias incidamus. Quāobrem siue superiores fuerimus, siue mortem hic obierimus, tamen Britanniam habebimus clarissimum monumentum, quam si ceteri Romani amiserint, tamen nos eam corporibus nostris perpetuo retinebimus. Hac cum dixisset, atque alia eiusdem generis, signū pugnae dedit. Tunc omnes utrinque conueniunt. Barbari magnos clamores edunt, & cantus minaces: Romanis silentium est & ordo, quousque eō veniunt, quod telū adici posset: mox accedente turba hostium, signo dato simul in eos irruunt, eorumque ordines primo congressu facile perturbant: post cincti undique magna multitudine praelium incunt. Ibi varium certamen fuit. cæpere utrinque mili-

tes leuis armaturæ se percutere, milites grauis armaturæ utrinque inter se oppositi esse, equites cum equitibus congregi, sagittarij Romani certare cū curribus Barbarorum. Barbari curribus suis impetum in Romanos facere, eosque deicere. Illi quòd absque thoracibus pugnaret, telis horum propulsari: pedes ab equite opprimi, eques à pedite exturbari: multi coniuncti simul contra currus contendere: multi ab ysdem curribus fundi ac fugari. alij sagittarios propius accedentes in fugam conuertere, alij procul ab yis cauere. Quæ cum non vno in loco, sed simul in tribus pariter gererentur, diu utrinque pugnatum est pari alacritate & audacia: tandem Romani superiores discedunt, multis in ipso prælio, multis ad impedimenta, & ad syluam cæsis, denique multis uuis captis. Effugere cōplures, qui parabant iterū pugnare. Sed interim Bunduica morbo extincta est, eamque illi luxerunt & humauerunt magnificè: post, quòd verò superati essent, fusi ac dispersi sunt. Sed de Britannicis rebus hæc tenus. Roma autem Nero Octauianã Augustã primò propter Sabinam pellicem repudiavit, post interfecit, cui tamẽ Burrus in eare obstiterat, prohibueratque, quo minus eam repudiaret: sic enim Neroni dixerat, Dotem igitur ei, hoc est principatum redde. Burrus enim tam magna libertate loquendi utebatur, ut cùm à Nerone rogaretur aliquando iterum de ysdem rebus sententiam dicere, planè & aperte responderit: Ne me, inquit, de quibus rebus semel dixero, bis interroges. cum Nero veneno sustulit: Tigellinũque Sophronium, qui petulã & homicida fuit, supra omnes homines sue ætatis, unã cum altero, pratorianis militibus prefecit, de hoc Pythiæ ancilla ἀποφθεγμεα dictum esse fertur. Nã cùm omnes famuli præter Pythiam unã cum Sabina

Romanorũ
præclara vi
ctoria.

Bunduica
moritur.

Octauia Au
gusta repu
diata & oc
cisa.

Burri in lo
quendo li
bertas.

Burrus ve
neno subla
tus.
Tigellinus,
Pythiæ in
Tigellinũ
Sophroniũ

false atq; fa
 ete dictū. Octavianam inuaderent, quòd eam contemnerent afflictā
 fortuna, & illi, cuius magna potestas erat, assentarentur,
 sola Pythias licet acerrimis tormentis coacta, noluit in
 eam mentiri: cūque Tigellinus instaret vehemētius,
 faciem eius conspuit: *Mundior est, inquit, Tigelline,
 vulua domina meae, quàm es tuum. Sed Nero mulierū*
 Pluti mors. *mala risu iocisque excepi: idem Pluto interfecto, post-
 quam vidit caput eius ad se perlatum, Nesciebam, in-
 quit, hunc hominem magnum nasum habere, quasi ei pe-
 percisset, si id cognouisset antea. Nero omnē ferē vitam
 debebat in popinis, vetuitque, ut nihil in eis coctum alijs
 hominibus prater olera & legumina venderetur. Pallā-
 tem interfecit, quòd magnas opes peperisset, ad quater
 Myrias my-
 riadū dra-
 ch. *millies sestertium, ac ita difficilis & morosus erat, ut ne-
 que cum seruis, neque cum libertis sermones cōferret, sed
 ijs omnia que vellet, mandarēt ve, in libellis si ribere con-
 suenerat. Tanta erat Neronis petulātia, ut publicè cur-
 rus agitaret. Is aliquando belluis interfectis, ac subito a-
 qua in amphitheatrum deducta, bellum nauale cōfecit:
 eodēque amphitheatro exhausto, prabuit certamē gla-
 diatorium: mox aqua rursum introducta, publicè sum-
 ptuosam cœnam dedit. Huic cœna Tigellinus prefectus
 Inhonestū
 conuiuiū. *fuerat, eratque eius cœna magnificus apparatus. Fuere
 in medio amphitheatro, & in aqua posita magna vasa
 vinaria lignea, & super ea tabula fixa: circum erāt un-
 dique taberna & diuersoria adificata: cūque Nero
 & Tigellinus cum conuiuis suis medium locum teneret,
 ac in tapetis purpureis & mollibus stragulis epularen-
 tur, ceteri in tabernis magnam leticiam capiebant, in-
 trabantque lupanaria, & cum omnibus mulieribus,
 que tum ibi confederant, palam rem habebant & im-
 pudenter. Aderant autem pulcherrime & clarissi-
 ma***

na ancilla, libera, scorta, virgines, uxores multorum ciuium, non solum plebeia, sed etiam nobilissima, & puella, & mulieres. poterat quisque ea quam cuperet. potirinegare licebat nemini. multitudo congregata videlicet ex plebeis hominibus largiter potabat, faciebátque iniuriam libidinosè. Tum enim seruus cum domina, prafene domino suo, & gladiator cum virgine nobili, in spectante patre, rem habuerunt. Sequebantur inde grauissimæ & turpissimæ altercationes, vulnera, tumultus, non solum ab ijs qui intus erant, sed etiam ab ijs qui foris remanserant. Quibus ex causis multi homines mortui, multe mulieres suffocatae, multe raptæ sunt. His cõfectis rebus, cupiuit quod antea semper optauerat, urbem atque Imperium viuus funditus perdere. Quam quidem ob causam ipse quoque Priamum mirum in modum beatum fuisse dicebat, quòd patriam simul cum regni perditam vidisset. Igitur paucos homines quasi ebrijs sent, aut alia maleficia facerent, clam in varias parts urbis dimisit. Hi primò vnum & alterum locum pluràve incenderunt: quod cum esset factum, omnes homines dubitauere maximè, quòd neque principium mali, nec finem possent inuenire, quòdque multa viderent & audirent insolentia. nihil enim aliud quam ignes, vt in castris, licebat videre, nihil audire ab alijs, quam hoc aut illud comburi. vbi? quomodo? à quò auxiliamini. Ingens erat vbique omnium perturbatio, omnes huc & illuc concursabant obstupefacti: multis, dum opem alijs ferrent, domi omnia sua comburi nunciabatur: multi, antequam res suas audirent incendio defugrare, eas consumptas esse intelligebant: alij ex adibus ad angiportus currebant, vt inde adibus subuenirent: alij de via intrò properabant, vt intus aliquid

Coniuij li
bidinosi fru
ctus.

Neronis ma
gna in pa
triam suam im
pietas.

Incendium
urbis.

perficere. Ingens erat clamor & ululatus puerorum, mulierum, virorum, senum, ut nihil propter fumum dederi, nihil propter clamorem intelligi posset: multi, quasi muti essent, silere videbantur: multi sua exportare, multi aliena rapere, se inuicem decipere, in sarcinis errare, nec quò progredierentur, aut ubi starent, scire: tunc expellere, & expelli: exturbare alios, mox ipsi exturbari: muti suffocari, multi opprimi: postremo nihil, quod in huiusmodi calamitate hominibus accidere possit, praetermiti. Neque verò alio facile poterat perfigere: nam si quis proximum euasisset saluus, mox incidebat in alium, utque ab eo necabatur. Id non uno tantum, sed pluribus diebus atque noctibus eodem modo factum est: multo domus destitit & ab ijs qui opem ferrent, conciderunt: nulla manibus eorum qui auxiliabantur, desagrauerunt: quòd & milites ceteri, & excubiae nocturnae ad rapinas spectantes, non solum non restinguebant incendium verum etiam magis incēdebant. Cūque varia in varijs partibus euenirent, tandem ventus ignem simul at reliqua omnia pertulit. Quo factò nulla amplius cura de vasis, nulla de aedibus esse coepit, sed ij qui reliqui erant, de turris quibusdam locis veluti multas insulas, aut vrbes simul inflāmatas intuebantur: iamque amplius nemo rerum suarum causa mœrore conficēbatur, Rempublicam tantummodo lugebant, recordabanturque magnam partem vrbes à Gallis incensam aliquando, eodem modo conflāgrasse. Cū ceteri omnes in his rebus essent ac multi in hoc grauissimo dolore in ignem se conijcerent, Nero in summum Palatij, vnde magna pars incendiiorum videri poterat, conscendit, ibique ornatu tharædi excidium Troiae, ut ipse dicebat, cecinit, vò potius vrbes Romae, sicuti videbatur. Itaque vrbs eo ipso

Excidium
Troiz,

in tan

in tantam calamitatem incidit, quantam nec antea unquam, nec post præter Gallicam accepit. Nam mons Palatinus omnino, & theatrum Tauri, & cætera urbis due partes exusta sunt, ac innumerabiles homines perierunt. Tum populus Neroni omnia male precari, non quod nomen eius nominaret, sed quod execraretur eos, qui urbem incendissent. In primis omnes commovebat recordatio oraculi, quod decantatum fuerat Tiberij temporibus: id erat:

Τῶν δὲ τριηκοσίων περὶ ἑξαμηνῶν ἡμετέρων
Ρωμαίων ἐμφυλῶν ὄλεθ' ἔσται,

His ter trecentis circumvoluentibus annis,

Seditio perdet Romanos. Cùmque Nero populi consolandi causa hos versus nusquam repertos esse diceret, mutata sententia hunc versum, ut verè Sybillinum, canere cœperunt:

Ἐσχάτ' Αἰνεαδῶν μὴ τροχίλον ἢ γεμονόσει

Ultimus Aeneadum matrè necat Induperator,

Id quod accidit, siue verè prædictum diuino oraculo siue afflatu multitudinis ex statu rerum qui tum erat. (nam is ultimus ex Iulij familia, quæ ab Aenea profecta erat, regnavit) Nero magnam pecuniam à priuatis & populis propter incendium factum partim vi, partim de voluntate ipsorum exegit, & populo diuisionem frumenti abstulit. Quæ dum à Nerone gereretur, nuncius ex Armenia, laurusque parua victoria ad eum allata est. Nam Corbulo restituta exercitatuque re militari, quæ iam antea dispersa & neglecta erat, Vologesium regem Parthorum, & Teridatem principem Armeniæ aduentu suo perterritus, Is non solum genere clarus & viribus corporis, sed etiam prudentissimus erat, poteratq; cum veteribus Romanis comparari, vir ma-

Tauri theatrum incendio consumptum.

Oraculum Romanis datum.

Nero ultimus ex familia Iulia Imperator.

Corbulonis contra Parthos atque Armenios res gestæ.

gna fortitudine & iusticia & fide non modo in suos, sed
 etiam in hostes. Cuius rei causa Nero eum pro se ad bel-
 lum gerendum misit, eiq; tantam potestatem dedit quā-
 tam unquam nemini. Credidit enim eum superaturū
 esse Barbaros, & secum in fide perpetuò māsūrum. qui-
 bus in rebus haud eum fessit opinio. Nam Corbulo re-
 liquos homines ob hanc unā causam offendit, quòd Ne-
 roni fidem seruaret, eumq; dum principem pro illo ha-
 bere cuperent, hac in re duntaxat non probabant. Cor-
 bulo Artaxata absq; pugna cepit, urbemq; diruit: post
 ad Tigranocerta contendit: regioni eorum parcebat, qui
 deditionem facerent: agros vero, vrbesq; eorum, qui resi-
 sterent, depopulabatur: sicq; & illa à volētibus capiebat.
 Cūque alia multa praclare & gloriose faceret, Volo-
 gasum licet horribilē & formidolosum hostem adduxit
 ad fœdera faciēda pro dignitate populi Romani. Itaq;
 Corbulo magnā potētiā & gloriā adeptus, cū pos-
 set facillimē Imperator designari, omnibus hominibus
 Neroni grauitē insensis, omnesque res ipsius admiran-
 tibus, nō modo nihil unquam molitus, accusatūque nun-
 quam est, sed tum etiam magis continēs fuit. At Sen-
 ca & Rufus praefectus pratorij, cum alijs viris illustribus
 contra Neronem coniurauerunt. Non enim amplius
 eius turpitudinē perferre, non petulantiam, non crude-
 litatem poterant. Itaque se, atque illum simul his malis
 liberari cupiebāt, idque palām Sulpicius Asper centu-
 rio, & Subrius Flavius tribunus stipatorū militū apud
 Neronem confessi sunt. Horum ille rogatus à Nerone
 causam coniurationis, respondit: Quoniam inquit, alio
 pacto tibi non poterā subuenire. Flavius vero: Dilexi te,
 inquit, & odi supra omnes homines. Dilexi, quòd te spe-
 rabam bonum principem fore: odi quòd hac facias. non
 enim

Corbulonia
 in Nerone
 fides.

Senecæ at-
 que Rufi in
 Nerone cō
 spiratio.

Sulpicij at-
 que Subrij
 in Nerone
 disteria.

enim possum auriga & citharædo seruire. Hi patefacta coniuratione, atque alij multi horum causa supplicio affecti sunt. Nam si cui crimina poterant inferri ex effusa laticia, in errore, sermone, nutu, his criminibus illatis fides habebatur: nec erat ullum crimen, licet confictum esset, quod non ob ea, quæ verè à Nerone facta fuerant, credibile videretur. Qua in re amici mali multorum, seruique plurimum potuerunt, nam alienos quidem seruos atque inimicos, quod eos habebant suspectos, cauebant, suis autem se vel inuiti patefaciebant, ac de reliquis quidem dicere difficile est. Seneca verò Paulinam uxorem interficere voluit. dicebat enim se ei persuasisse mortem contemnere, eamque secum unà mortem obire cupiuisse: igitur eius quoque Seneca venas incidit: sed cum is difficile moreretur, militibus mortem ei accelerantibus, antè mortuus est, quàm vxor. Ita Paulina superstes fuit: neque prius sibi manus attulit, quàm libellum quem scribebat, ceteraque emendauisset, quæ non audebat apud quenquam deponere, metuens, ne si forte in manus Neronis venissent, interirent. Itaque Seneca hoc modo decessit è vita, licèt vt homo imbecillo animo Neroni consuetudinem, quam cum ipso habuisset, exprobraret, suâque facultates omnes propter ædificia, quæ extruebantur, contulisset. Fratres Seneca postea interfecti sunt. Thrasea quoque & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere virtutis primas partes tenebant, etsi culpam coniurationis non sustinuerunt, tamen propterea quòd tales erant, postea mortui sunt. Contra Soranum Publius Egnatius Celer philosophus falsum testimonium dixit. Cum enim duo homines præsertim cùm Sorano versarentur, Cassius Asclepiodorus Nicæus,

Mors Senecæ & Pauli nã.

Thraseas & Soranus à Nerone interfecti. Egnatij philosophi falsum contra Soranum testimonij. Cassij Asclepiodorus Nicæus.

Mors Sorani.
Thrasæ ac
cusatio.

Mors Thrasæ.
Neronis crudelitas.

Epicuridis
constantia.

Rufi Musonii
philosophi
exiliū.
Sabine luxus
aqueſta
pericia.

causæ ille Berythius, Asclepiodotus non modo nihil in eum dixit, sed contra bonitatem integritatemque eius confirmavit, quam ob rem tunc in exilium missus est, licet eum Galba Imperator postea restituerit. Publius vero, quod eum calumniatus erat, pecuniâ & honores adeptus est, ut ceteri omnes, qui idem fecerant, quamvis postea in exilium missus sit. Soranus, quod usus esse artibus magicis diceretur opera filia sua, factis Nerone aegrotante sacrificij occisus est. Thrasæa propterea moritur, quod raro, tanquam minimè approbaret Senatus decreta, in Senatum venerat: & quod nunquam Neronem audierat, dum cithara caneret: neque voci eius sacra, ut reliqui omnes, sacrificauerat, aut approbauerat quicquam eius generis: quanquam Patavij in patria tragediam egit, ut mos erat in quibusdã ludis, qui trigesimo quoque anno fieri consueverat. Hic cum venam secuisset, porrecta manu ait: Hunc tibi Iupiter libertatis patrone sanguinem libo. Neque vero mirari quisquam debet, si Nero huiusmodi rebus ad homines interficiendos adducebatur, quando ab eo homines duo, quod alter eorum habitaret in foro, & tabernas conduceret, amicosque in eas reciperet, alter, quod statuam Cassij haberet, eius qui Casarem interfecerat, damnati, interfecti sunt. Hoc loco prater eunda non est Epicuridis mulier, de qua cum quæstio haberetur de coniuratione, cuius ipsa in primis conscia fuerat, ac crebris tormentis adhibitis senicia Tigellini cruciaretur, nihil unquam patefecit. Quis verò recensere posset ea, quæ huius coniurationis causa prætorianis militibus data, aut amplissima atque magnificentissima decreta, quæ de Nerone, amicisve eius facta sunt? Rufus Musonius philosophus his de causis in exilium missus est, & Sabina est a Nerone

interfecta, quam pregnantem seu volens, seu per imprudentiam calcibus oppressit. Sabina adeo delicate vixit, ut (nam hoc uno breuiter cognito res manifesta erit) mulas quibus agebatur, haberet aureis funibus subligatas, & quingenta asinae, quae proximè peperissent, quotidie mulgerentur, ut ipsa earum lacte lauaretur. Formam enim & nitorem corporis magno studio curabat, nam cum aliquando se non satis bona forma in speculo cerne-
ret, mori prius, quam senesceret, optauit. Nero tato eius desiderio teneri cepit, ut puerum libertum (is Sporus no-
minabatur) exsecari iusserit, quod Sabina simillimus, erat, eoque, in ceteris rebus pro uxore usus sit. Quinctiam
progrediente tempore eum in uxorem duxit: quãquam ipse nupsit Pythagora liberto, dotemque ei per syngra-
pham constituit, quas nuptias populus Romanus celebrauit vnã cum ceteris gentibus: licet hæc postea facta
sint. Sed tunc, ut paulo antè dicebam, mors quampluri-
mis allata est. multi que etiam salute à Tigellino magna pecunia redempta liberati sunt. Nero cum multa rudi-
culè faceret, tum aliquando in orchestram inspectante vniuerso populo conscendit, ibique quaedam poemata
sua scripta de rebus Troianis legit: propter quae, ut pro-
pter cetera omnia quae faciebat, sacrificia multa facta sunt. Cogitabat de rebus gestis Romanorum versibus
scribere, cum tamen enclueret magnum numerum li-
brorum, antequam aliquid eorum componeret. Quain-
re præter ceteros adhibebat Anneum Cornutum, vi-
rum illis temporibus doctrina & eruditione clarissimũ:
quem tamen parum absuit quin interfici iusserit, eum
quidem certè in insulam relegauit, propterea quod non-
nullis existimantibus quadringentos libros à Nerone
scribi oportere, nimium multos esse dixit. Cũque alter
ita

Neronis li-
bido fixdis-
sima.

Sporus ex-
ciditur, &
nubit Ne-
roni.

Neronis de
reb⁹ Troia-
nis scripta.

Anneus cor-
nutus.

Chryssipi
lucubrati-
ones.

Neronis cū
citharædis
certamen.
Teridates
rex Arme-
niorū ma-
gnā pompa
Romam du-
citur.

XX. myria
des drach.

Ludi gladi-
atorij apud
Puteolos à
Nerone fa-
cti.

ita obijceret. Atqui Chryssippus, quē tu laudas & imi-
tariis, multo plures cōposuit, illos viles esse vita hominū
respondit. Huius rei causa Cornutus exilio mulctatus
est. Lucano verò, quòd arte poetica clarus erat vetitum
fuit ne carmen faceret. Caterum Caio Celsino, & Sue-
tonio Paulino Consulib. duo facta sunt, quorū vnum ho-
nestissimum, alterum turpissimū fuit. Nam Nero cer-
tauit inter citharædos, eiq; victori magno applausu co-
rona imposta est, perfectisq; ludis citharædorū in circo
currus agitatauit. Et Teridates habens secum non solum
suos, sed etiam Vologesi, Pacori, & Monobazi liberos,
Romā deductus est, fuitq; eorū iter ut in triumphis per
omnes regiones ab Euphrate. Vigebat Teridates etate,
forma, nobilitate. prudētia, magnōq; famulorū comitatu
& apparatu regio: cōsequēbantur eum tria millia equi-
tum Parthorum, cum frequētibus Romanis, eūmq; vr-
bes magnificè ornatae, ac populi magnis latiq; clamori-
bus excipiebāt: quaq; necessaria erant, omnia gratis ei
prestabatur. In quā rem populus Romanus sumptū fa-
ciebat singulis diebus octingenta sestertia, idq; nonē men-
sibus, quibus iter fecit, factū est. Teridates equo ubiq; ve-
hebatur, quousq; in Italiam venit: itidem uxor eius fa-
ciebat, gerebatque galeam auream pro integumento, ne
contra morē patrie conspiceretur. In Italia vehi cōpit
currib. à Nerone missis, ad cūmq; Neapolim per agrū
Picentinum venit. Dum Neronem conueniret, quan-
quam iussus est gladium quem gerebat, deponere, tamen
noluit, sed eum vaginæ clauis affixit: quamuis illum ge-
nu flexo, ac manus vicissim ad cælum tendens, venera-
tus dominum appellauerit. Hunc Nero ob eam causam
admiratus, benignè & comiter excipit, ac præter cætera
ludos gladiatorios Puteolis facit. Præfectus ludorum fuit
Patro

Patrobius libertus eius, tantæque fuit eorū magnificētia atq; sumptus ut vnius diei spatium nemo præter viros & mulieres, & pueros & Aethiopes amphitheatrū ingredi tur: quibus de causis Patrobius aliquo honore dignus erat. Ibi Teridates de superiore loco in quo sedebat, belluas iaculo traiecit, duosq; tauros vno icū, si tamē credibile est, vulneravit ac confecit. His perfectis rebus Nero Romam eū adduxit, ei que diadema imposuit: Ibi tota vrbe lumimbus fertisque ornata, magna visa est ubique hominū multitudo, sed forū in primis refertū erat, nam populus albatu, laureatūque certis ordinibus medium forū tenuit, cetera tenebant milites armati splendidissimè, eorūque arma & signa relucebāt instar fulguris, nulliusque apparebāt adificij tecta, propter multitudinem eorū qui in ea ascēderant. Quibus rebus de no-
 tē cōparatis, Nero ornatus veste triumphali, prima luce forū introiit, cū Senatu & Prætorianis militibus, deinde tribunal cōscendit, & in sede principali consedit. Teridates cū ijs quos secū habebat, per ordines armatorū, qui utrinque instructi fuerāt, transiit post ubi ad tribunal veniūt, Neronē, ut antea fecerāt, venerātur. Quas ob res editis magnis clamoribus, Teridates perterritus, mutūque, quasi actū de se foret, aliquanto tēpore remāsit, sed ubi indicto silētio animū recepit, coactus seruire tēpori, & necessitati parēre, nō curavit, siquid paulo humilins loqueretur, adductus spe eorū, que postea consecutus est. Ego, inquit, domine, Arsaci nepos, Volo gasi & Pacori regū frater, tuus seruus sum, venique, ut te deum meum nō secus ac μιδραυ, id est solem colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam efficies. Tu enim fatum meum es & fortuna. Huc Nero ita respondit: Tu quidē quod huc veneris, rectē, inquit, fecisti, ut præsens præsentē me fruereris, nā que neq; pater tuus

Teridates
in spectaculo
lis duos
vno icū
tauros con-
fecit.

Teridates
ad Neronē
oratio de-
precatória.

Teridates
in Armenia
regē à Ne-
rone coro-
natur.

Dies aure⁹.

Corbulonis
laus apud
Neronem à
Teridate de-
cantata.

Quinque
millia my-
ria dū drac.

tibi reliquit, neque fratres quæ dederant, seruauerunt
ea ipse tibi nunc do, teque regem Armeniae facio, ut
tu atque illi simul intelligatis, in mea esse potestate re-
gnare & adimere. Hæc cum dixisset, iussit eum ad-
scendere in sedem quæ ante tribunal ob eam causam pa-
rata fuerat. Tum Teridates ad pedes Neronis confedit,
eique Nero diadema imposuit, & ingentes clamores
editi sunt. Post hæc actus est decreto Senatus celebris
conuentus in theatro, cuius non modo scena, sed etiam
ipsum totum circuitu intus erat inauratū, itēque cate-
ra omnia, quæ inuicem mittebantur, auro ornata erant. Qui-
bus de causis ille dies aureus nominatus est. Peripeta-
mata, quæ in aere extensa erant ad defendendos solis ar-
dores, purpurea fuerunt, stellis aureis circum undique re-
lucentibus: in medio horum Nero currum agitans, acu-
pictus erat, inde magnificum conuiuium actū est. Post
hæc Nero cithara publicè cecinit, currūque prasina ve-
ste indutus, & galero aurigarum ornatus agitauit. Hic
Teridates Neronem reprobare & detestari, Corbulonē
in primis laudare: hoc tantum in eo reprehendere, quod
talem dominū perferret. Quæ de re nec ipsum quidem
Neronem celauit, nam ei ita aliquando dixit: Domi-
ne, inquit, optimum seruum Corbulonem nactus es. Sed
id Nero non intellexit, quod ei Teridates in cateris re-
bus assentaretur, seque studiosissimè in eius familiarita-
tem insinuaret. Cuius rei causa multa munera acce-
pit, quorum precium aiunt fuisse ad bis milles fester-
tium, permissūq; est ei Artaxata instaurare, ob eam-
que causam magnum numerum fabricorum, quos partim
à Nerone acceperat, partim persuaserat pecunia, Ro-
ma abduxit, ex quibus Corbulo eos tantum, quos à Ne-
rone acceperat, passus est in Armeniā transire. Quam-
obrem

ebrem Teridates hunc magis admirabatur, illum dam-
 nabat. Reuersus est non per Illyricum, & trans Ionium,
 qua via venerat, sed Brundusio Dyrrachium naviga-
 uit, viditque vrbes Asiae munitissimas atque pulcherri-
 mas, ac propter eas obstupuit Imperii populi Romani:
 post Artaxata instaurauit, eaque cognominauit Ne-
 roniam. Volo gasus autem se penumero accersitus venire
 ad Neronem noluit, cui etiã ad extremũ infestus fuit,
 atque ita rescripsit: Tibi quidem, inquit, longè facilius
 est tam magnũ mare transire, quàm mihi. Si ergo in Asia
 veneris, constituemus, quando nobis congregiendũ sit.
 Nero tamen nec aduersus eũ, nec contra Ethiopas, &
 Pylas Caspias, vtri cogitabat, nauigauit: sed missis utroque
 exploratoribus, in Græciam transijt, nõ vt maiores eius
 fecerãt, Flaminius, Memmius, Agrippa, Augustus:
 sed vt currus agitare, cithara caneret, praconis officio
 fungeretur, & tragœdias ageret. Non enim Roma ei
 sufficiebat, non Theatrum Pompei, non Circus maxi-
 mus: sed expeditione opus fuit, vt fieret, sicuti dicebat,
 περοδοτικός, tantãque secũ multitudinem adduxit,
 non solum Augustalium, sed etiã aliorum hominum,
 quantus si bellicus exercitus fuisset, aut Parthos, aliãsve
 gentes cepisset. Sed illi erant videlicet Neroniani mi-
 lites, proque armis ferebãt citharas, plectra, personas, soc-
 cos. Itaque reportauit victoriã dignã tali exercitu, Ter-
 pniũque, & Diodorum, & Pammenẽ pro Philippo,
 Perseo, Antiocho superauit. Nam Pammenẽ illum,
 qui fuerat Cai tẽporibus, licet iam senectute confectum,
 certare coegit, vt victor statuas eius contumeliose verbe-
 raret. Quae si tantummodo à Nerone essent facta, ipse
 quidẽ ridiculus fuisset: et si quis audire aut videre a quo
 animo potuit imperatorem Augustũ in albo athletarũ

Teridatis
 in Arme-
 niam redi-
 tus.
 Artaxata re-
 flauratus.
 Neronia ci-
 uitas.

Neronis ad
 Vologesium
 literæ.

Insignis Ne-
 ronis molli-
 cies.

Periodoni-
 ces, qui in
 stadio & au-
 rigatione
 vincit.

Pammenis
 cum Nero-
 ne certantẽ

Neronis
magna in-
fania.

inscribi, vocem exercere, meditari cantilenas, comã nutrire, mentum pilic nudare, in curriculo vestem rejicere, ire cū vno duobusve comitibus, toruè aspicere aduersarios, eisque semper maledicere, præfectos certaminū & flagelliferos pertimescere, usq; clam pecuniã largiri, ne deprehensus flagello caderetur: atque hæc omnia facere, vt cū in certaminibus citharædorum vinceret, Casaribus inferior esset. Quas res quis solum deplorat, quando is, dum soccos indueret, omnem potentiam exuebat, ac dum personam susciperet, dignitatem abiciebat Imperij: vinculis enim constringebatur vt seruus fugitiuus, deducebaturque vt cacus: concipiebat, pariebat, insaniebat. Oepidum, Thyestem, Herculem, Alcmaonem, Orestem plurimum agebat, ac personas illis nonnunquã similes gerebat: in muliebri quidem ornatu Sabinã imitabatur, vinciebatque catenis aureis. non enim conuenire videbatur, principem Romanū ferreis constringi. Hac omnia cū cateri omnes, & milites viderent, patiebantur, & collaudabant, ipsūque præter alia quæ cōsueuerant, Pythicum, Olympicum, Periodicum, omnium denique certaminum victorem nominabāt, Imperij nomina cum his nominibus permiscentes, ita vt post vnuquodque eorum Cesaris aut Augusti nomen poneretur. Nemo infelicitatem istius misereri est ausus, nemo odio habere. Vnus quidem è militibus vt eum vinctum & re ligatum conspexit, accurrit ac dissoluit. Alter rogatus, quid faceret Imperator, Parit, inquit: tum enim Canacem agebat. Nemo quicquam fecit dignum homine Romano: tantam enim pecuniam ab eo consequebantur, vt quò maiorem acciperent, optarent, vt idem sape faceret. Quæ sola, si, vt paulo ante dixi, facta essent, tamen ea res nimium securas, ignominia notata, & ludibrio habitata.

Gracia à
Nerone mi-
serè de popu-
lata.

bita fuisset: nunc autem quasi verè ad bellum gerendum venisset, Graciam depopulatus est, licet eam liberam reliquerit: fecitque cedes infinitas, & bona quorundam ad huc viventium publicavit, atque innumerabilia donaria, quæ vel Roma in templis reposita erant, abstulit. Qui in vrbe erant, atque in omni Italia, eos omnes dedidit Helio Casariano, cui tanta facta erat rerum omnium potestas, ut inconsulto Nerone bona proscriberet, mitteretque in exilium, ac non modo plebeios homines, sed etiam viros equestris senatorijq; ordinis iuberet occidi. Ita eo tempore imperium populi Romani duobus simul Imperatoribus seruebat, Neroni & Helio: quorum vter esset nequior, non queo dicere. Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumque discrepabant in eo, quod alter è stirpe Augusti ciuiharædos, alter Claudij libertus Cæsares imitabatur. Tigellinum enim pono quasi auctarij loco, quippe cum Nerone coniunctum. Polyclethus auem & Caluia Crispinilla separatim raptabant, depopulabanturque & spoliabant omnia quæ occurrerent. ille cum Helio in vrbe, hæc cum Nerone, & Sporo Sabine nomen iam gerente, cuius custodia ei, etsi erat nobilis fœmina, data fuerat, totiusque vestis procuratio. Quam ob causam omnes ab ea spoliabantur. Sporum Sabinam nominauit, non solum quod propter eius similitudinem exsectus fuerat, sed etiam quod ut ei antea Sabina, ita hic in Græcia pactis conuentis nupsit, eumque Tigellinus, ut lex iubebat, despondit. Hæ nuptiæ ab omnibus Græcis celebratæ sunt, multaque sunt in eam rem, ut par erat, dicta: sed in primis optabant, ut ab ijs legitimi liberi procrearentur. Ex eo tempore duo simul cum Nerone coibant, Pythagoras pro viro, Sporus pro uxore, ac Nero præter cætera domina & regina

Helius Casarianus.

Cæsariani vocantur liberti Cæsarium.

Polycleti & Caluie Crispinillæ nefanda facinora.

Neronis cum Sporo effecto nuptiz.

Nero nupsit Pythagoriz.

appellabatur. Illud verò quis dignè mirari potest? quòd cum adolescentes & puellas nudas alligaret palo, capiebat pellem fera, deinde quasi deuoraret aliquid, in eos iruebat petulanter. Cùm que hæc turpiter faceret, parua tunica indutus, eaque floribus ornata, ac linteu circum collum habens, Senatores salutabat. Quibus in rebus ita faciebat contra ius fæque, ut etiam tunicis distinctis publicè indueretur. Ferunt equites Romanos Neronis temporibus, dũ quotannis recenserentur, primùm ephippijs vsos fuisse. Nero in Olympijs currum agitauit: cùmque ex eo decidisset, ita ut ferè eo casu attereretur, tamen corona donatus est. quamobrè dederat Hellanodici (hi iudices erant Olympiorum) decies sestertiũ: quam summam Galba postea repetiuit. Apollini, siue iratus quòd ei molestum & graue respossum dedisset, siue alio pacto insaniens, Cirrham regionem abstulit, eamque dedit militibus, & locum, vnde oracula petebatur, deleuit, hominibus ad os ipsum, ex quo spiritus dei mittebatur, interfectis. Certauit in omnibus vrbibus, in quibus fiebant certamina, ibique quotiescunque præconio opus fuit, Cluuius Rysso viro consulari est vsus. Athenas & Lacedæmonem excipio, quas vrbes ne visitauit quidè. quòd in altera leges Lycurgi erant contraria eius instituto: in altera Erinnyes esse dicebantur. Præconiũ autem fiebat his verbis: Nero Caesar victor huius certaminis coronat populum Romanum, & suum orbem terrarum. Cùm enim orbem terrarum in sua potestate esse diceret, cithara canebat, fungebatũque præconis officio, & tragœdias agebat. Senatũ autem adeò oderat graui ter, ut ei Vatinius propterea maxime gratus esset, quòd ei semper diceret, Odi te, inquit, Caesar, quòd Senator es. Obseruabantur diligenter ingressiones & egressiones omnium,

Equites Ro
mani Nero
nis tempo
ribus primũ
ephippijs
vsi,

Hellanodi
cæ Olym
piorum iu
dices.
x x v. my
riades dra.
Neronis in
Deos ma
gna impie
tas.

Cluuius Ru
fus Neronis
præco.

Neronis
præconiũ.

Odiũ in Se
natum.

omnium, oris habitus, nutus, acclamationes: tum qui cū eo erant semper, eūque attentē audiebant, acclamabantque vehementer, laudibus & honoribus afficiebantur: ceteri aut notabantur ignominia, aut alias pœnas dabant. Itaque multi, cū pati nō possent diutius, quōd spectacula à matutino tempore producerentur vsque ad vesp̄erum, simulata morte e Theatris pro mortuis elati sunt. Porro prater institutum susceptæ peregrinationis in Graciam, Isthmum Peloponnesi cupiuit perfodere. Quam rem est aggressus hominibus id grauatiē facientibus, propterea quod is qui primū rem attigerunt, sanguis e terra erupit, auditaque sunt lamenta, & mugitus, & spectra multa apparuerunt: quocirca Nero accepto ligone ipse aliquantulum effodit, cōque factō ceteros adduxit, coegitque vt idem facerent. Ad hoc opus faciendum magna multitudo hominum etiam ex exteris gentibus accersita est. Qua in re, atque multis alijs cū magna pecunia opus esset (magnificus enim & liberalis erat) metuerētque potentissimos homines, ne ipsum, quōd hæc faceret, inuaderent, multos bonos viros sustulit. Quibus pratermissis (erat enim crimen publicum omnibus virtus, opes, nobilitas: atque ob eam causam vel sibi mortem inferebant, vel ab eo occidebantur) tantū Corbulonis, Ruffi, ac Procli, Sulpiciorum, Scriboniorū mentionem faciam. Nam hi cū fratres essent, ac ferē æquales, nihilque vnquam disuncti & separati fecissent, vt erant genere & instituto vitæ & facultatibus cōiuncti, diūque simul vtrāque Germaniam administrauerāt: ita simul accersiti in Graciam venerunt, tanquā Nero eorū opera indigeret. Cūque rei facti criminum, quæ illa tempora ferebant, non possent cum Nerone colloqui, aut in conspectum eius venire, ac proinde ab omni

Perfodere
Isthmum.

Neronis
magnificen-
tia atque in
amicos cru-
delitas.

Mors Pro-
cli & Rufi.
Corbulo à
Nerone in-
terfectus.

Mors Cor-
bulonis.

Mors Pari-
dis saltato-
ris.
Cinna in e-
xiliū à Ne-
rone mitti-
tur.

Sulpitij Ca-
merini
mors.

Supplicatio
nes.
Helij ad Ne-
ronem lite-
raz, atque in
Graciā pro
fectio.

bus pariter despicerentur, mortem obire statuerunt, tan-
démque incisus venis mortui sunt. Corbulo autem acci-
tus honorificentissimè, quem virum Nero præter cate-
ra patrem & beneficum appellabat, postquam Cæchreas
appulit, ab eodem occidi iussus est, priusquam in conspe-
ctum eius veniret. Nero enim, ut aiunt, cum statueret
cithara canere, Orthostadium (quod est musica vestis
nomen) habens, ab eo se videri non sustinuit: sed Corbu-
lo, ut mandatum Neronis intellexit, gladium accipit,
seque ipse fortiter percutiens, ait: *Αξιός*, Dignus. Tum
enim primum erratum suum agnovit, quod citharæ do-
pepercisset, & quod ad eum incrimis venisset. Quæ cum
ita facta sint in Græcia, quid opus est referre Paridæ sal-
tatores iussum esse à Nerone interfici: quod cum ab eo
doceri saltare cuperet, discere non potuit. Quæ Cinna
Tuscum quem militavit exilio, propterea quod cum is
esset præfectus Ægypti, lotus est in balneo, quod Nere-
ni venturo Alexandriam paratum fuerat. Per id tem-
pus Roma Helius multas & graves res fecit: nam Sul-
piciū Camerinum unum ex primis civitatis, ac filiū
eius interfecit, accusatos, quod cum iam inde à maiorib.
Pythici cognominarentur, non desinerent eo cognomine
appellari, sed in Pythicas victorias Neronis ex simili-
tudine nominis impij forent. Cùmque statuam eius mil-
le librarum Augustales se facturos promississent, omnem
equitatum ad eam impensam faciendam conferre co-
egit. Quæ verò facta sunt à Senatu, difficile est singula
percensere. Ab eo enim supplicationes singulis Calen-
dis, alijsq; diebus fieri decretae sunt, ut ad eas peragen-
das ne annus quidem sufficeret. Helius cum antea sæpe
Neronem per literas hortatus fuisset, ut quàm celerrimè
reverteretur, neque is pareret, in Græciam septem
diebus

diebus peruenit, eumque perterruit, quòd magnam cō-
 iurationem in vrbe contra ipsum fieri diceret: quod ubi
 intellexit Nero, subito in Italiam nauigauit. Spes erat
 vi huius illum periturum, verum frustra id gaudium
 fuit: saluus enim euasit, fuitque hoc ipsum multis exitio,
 quòd eius interitum optassent aut sperassent. Cum au-
 tem non longè abesset ab vrbe, pars muri diruta est, &
 porta aliqua ex parte fracta sunt. Leges enim iubent, ut
 eorundam sermo fiat, utrunque ab ijs qui coronas cer-
 taminum ferebant, fieri. Primi omnium introierunt qui
 coronas quas meruissent, ferebant, hos sequebatur ijs qui
 tabellas longis hastis affixas ferebant, in quibus scriptum
 erat nomen & genus certaminis, ut q̄ Nero Caesar pri-
 mus è ciuibus Romanis, qui unquam extitissent, victor
 ex eo rediret. Deinde ipse Nero curru triumphali,
 in quo Augustus olim tot triumphos egerat, uehebatur:
 amictus erat veste purpurea auro intexta, & olea-
 stro coronatus, laurum Pythicam pra se ferebat: cum
 eo unà Diodorus citharædus uehebatur, còque pacto
 per Circum & forum cum militibus, & equitibus, ac
 Senateribus transijt: tum ascendit in Capitolium, atque
 inde in Palatium venit, tota vrbe coronata, lychnisque
 ac suffimentis plena. Acclamabant omnes & Senatores
 in primis: Oua Olympionica, oua Pythionica, Auguste,
 Auguste, Neroni Herculi, Neroni Apollini: quàm
 solus Theodorixus, solus ex aeterno tempore Auguste:
 Sacra vox: Beati qui te audiunt. Nihil enim attinet
 ea verba silentio inuoluere, neque ea qua iam dixi, de-
 deceri sunt historia, quin potius, dū nihil reticetur, de-
 cius atque ornamentum asserunt. His rebus confectis,
 Circæses imperauit: has coronas & reliquas omnes quas
 ex curru certando victor obtinuerat, attulit in Cir-

Neronis in
 Italiam pe-
 riculosa na-
 uigatio.

Neronis de
 Græcis triu-
 phus.

Diodorus
 citharædus.

Circæses lu-
 di à Nero
 ne facti.

Larcus Ly-
dus,

XXXV. my-
riades dra.

C. Iulius
Vindex.
Oratio Vin-
dicis, qua
nefanda Ne-
ronis faci-
nora enu-
merat, in-
deq; indi-
gnū Imper-
io iudicat.

cum, & obelisco Aegypto imposuit. Haec erant numero mille octingenta octo. Post haec currum agitavit. Tu quidam Larcus Lydus ad eum venit, obtulitque ei decies sestertium, ut cithara caneret: quos etsi Nero repudiavit, ratus sibi turpissimum esse mercede aliquid facere, tamen hanc summam Tigellinus à Larcio accepit, ne eum interficeret. Itaque Nero ingressus in theatrum, cithara cecinit, egit tragœdias, ex curru certavit creberrimè nonnunquam etiam sponte vinci se patiebatur, ut magnam partem aliorum verè vicisse crederentur. Cum igitur Nero uteretur hoc genere vitæ, & principatum huius modo teneret, nobis nunc, quemadmodum mortem obitur, & imperium amisit, dicendum est. Erat Caius Iulius Vindex natione Gallus propter maiores è stirpe regia, propter patrem ordinis Senatorij, homo magnis viribus corporis, & multa praeclatus prudentia, peritusque rei militaris, & ad omne praeclarum facinus audax. Hic igitur cōgregata Gallorum multitudine, qui crebris pecuniarum exactionibus gravissima quaeque à Nerone pertulerant, & adhuc perferabant, in tribunal ascendit, atque inde multa contra Neronem dixit, non solum ab eo deficere, sed etiam ei insultare oportere. Omne enim
 „ inquit orbem terrarum, cuius imperium tenet, compi-
 „ lauit: florentissimos quosque Senatores sustulit: matrem,
 „ quam incesto stupro polluerat, interfecit: postremo nullum
 „ decus, nullam dignitatem Imperij sustinet. Nam etsi
 „ cedes, rapina, iniuria ab alijs multis saepenumero facta
 „ sunt, tamen caetera quis unquam satis dignè percense-
 „ re potest? Ego quidem viri & socij charissimi, vidi, mi-
 „ hi credite, vidi inquam illum virum (si vir nominan-
 „ dus est is qui Sporum duxit uxorem, qui que Pytha-
 „ gora nupsit) in ipso theatro, atque adeo in orchestra
 „ geren

gerentem citharam, orthostadium, cothurnos, nonnun-
 quam soccos & personam. Sape illum, cum caneret, pra-
 coniumque faceret, & tragœdias ageret, audiri: vidi cō-
 strictum vinculis, laceratum, concipientem, parientem:
 postremò omnia quæ fabulis prodita sunt, dicentem, au-
 dientem, patientem, facientem. Quæ cum ita sint, quis
 istum Cæsarem, quis Imperatorem, quis Augustū ap-
 pellabit? Ne polluantur quæso tam sancta nomina, quæ
 Augustus & Claudius habuerunt. Iste à nobis Thyestes,
 Oedipus, Alcæon, Orestes optimo iure nominetur: il-
 los enim refert, illorum flagrat cupiditatibus. Quam-
 obrem tandem aliquando commoueamini, subuenite vo-
 bis ipsis, opem ferte populo Romano: denique orbi terra-
 rum libertatem reddite. Hæc atque alia multa à Vin-
 dice in eandem sententiam dicta omnes comprobant.
 Vindex cum principatum sibi parare minime studeret,
 Sergio Sulpicio Galbæ (is iusticia omnibus præstabat, ac
 gloria bellica virtutis, præeratq; Hispanijs, & magnas
 copias habebat) imperium detulit: idemque Galbæ ab
 exercitu Imperator designatus est. Ferunt eo tempore
 Neronem per præconem constituisse centies sestertium
 ei qui Vindicem occidisset: atque eo cognito, Vindicem
 ita dixisse, Qui Neronem interfecerit, & ad me caput
 eius attulerit, is meum accipiet caput in mercedis loco.
 Cùmque Vindex eo animo esset, Rufus qui Germaniã
 obtinebat, inde profectus est ut Vindici bellum inferret.
 Is postquam Vesontionem venit, cœpit eam urbem ob-
 sidere, quòd ab ea non fuisset exceptus. Vindex ad opem
 vrbi ferendam contendit, nec procul castra posuit. Tan-
 dem ambo missis ad se literis in colloquium venerunt
 remotis arbitris. Ibi suspicio fuit eos unà contra Nero-
 nem coniurasse. Post hæc Vindex properat cum exer-

Sulpicij Gal-
 bæ laus.

Galbæ Im-
 perij à mili-
 tibus obla-
 tum.

CCL. myria-
 des drach.
 Rufi cum
 Vindice bel-
 lum.

Virginij
 rufus.

Vesontio-
 nis obsidio.

Vindex si-
bi ipsi in-
fert manus.
Rufus obla-
tū principa-
tū repudiat.
Neronis sta-
tuz à mili-
tib. de mo-
litæ.

citu, quasi statuisset urbem capere: quorum aduentū ubi cognoscunt milites Rufi, rati eos aperte contra se venire. iniussi impetum faciunt, imparatosque & parum instructos inuadunt, ac postremo magnum numerum eorum concidunt. Quod cum Vindex videret, ferretque grauius, ipse sibi manus attulit. Id enim verum esse constat, quamuis multi illatis mortuo vulneribus falsam opinionem iniecerint, eum ab se interfectum fuisse. Rufi casum eius acerbè luxit, & principatum, quem facile poterat adipisci, deferentibus sæpenumero militibus atque virginitibus, repudiavit. Vir erat in rebus gerendis acer & industrius, in consiciendis fortis promptusque. Itaque milites statuis Neronis dissipatis & comminuti, cœperunt illum Casarem & Augustum nominare. Cumque persuaderi non posset, quidam è militibus vni ex signis eius idem inscripsit subito, idq; Rufus postea deleuit: ac vix tandem sedatis militibus persuadebat, ut auctoritatem Senatui populoque restituerent, siue quòd indignum putaret imperium cuiquam à militibus deferri (id enim ad Senatum populūque pertinere) siue quòd vir forti & excelsò animo principatum, cuius causà ceteri omnia facerent, ipse despiceret. Nero cognitis his rebus, primò simulat se ea contemnere, versaturque in delicijs, ac ludit, ut antea cōsueuerat. Quinetiam accitis derepente principibus Senatorij & equestris ordinis, quasi vellent cum eis communicare consilia rerum presentium, Inueni, inquit (scribendum est enim quòd dixit) quomodo hydraulæ ampliores sonos & magis concinnos efficiet. Hæc etsi prodigijs antè declarata sunt, tamen ille nihil curabat, neque quòd amba fores & mausolci & cubiculi ipsius eadem nocte sua sponte aperta fuerant: neque quòd in Albano tanto sangui-

Prodigia
multa ante
Neronis
mortē visa
& audita.

ne pluerat, ut fluij sanguine fueret, aut quòd mare logo interuallo retrocedens ab *Egypto*, magnā partē *Lyciæ* occupauerat. Sed postquam *Gaium* à militibus Imperatorem designatum esse, *Rufum*q; ab se defecisse intellexit, magno timore percussus est: dumque *Roma* bellum apparat, contra eos *Rubrum Gallum* cum paucis mit- tit, à quibus pariter desertus, deliberauit interficere *Senatores*, incensaque urbe nauigare *Alexandriam*. Et si enim, inquit, amitteremus imperium, tamen nos alet in illa regione ars nostra & sustinebit: adèò stultus erat, ut se priuatū viuere, & ciuithara canere posse arbitraretur. Sed ubi sensit se à suis stipatoribus esse destitutum (turn enim in quibusdam hortis dormiebat) conabatur fugā se mandare, vestēq; vili amictus, equum nihilo meliorem conscendit, in quo sedens atque obuolutus ad prædium *Phaonis Casariani*, vnā cum ipso *Phaone*, & *Epaphrodito*, & *Sporo* sub noctem venit. Tum ingens terramotus factus est, ita ut terra funditus cōquassari, & anima hominum ab eo interfectorum insultare ipsi putarentur. Ferunt eum agnitū à quodam, qui fortè ei in itinere factus est obuiam, Imperatorē inque salutatum diuertisse de via, atque in arūdineto, quousque illuceret, abiectum delituisse, ut à nemine videretur: tum cœpit suspectos habere eos qui cum ipso erant, quasi contra se impetum facturos, omnēque vocem, quasi ab ea requireretur, perhorrescere. Si catulus paulūm latraret, aut caneret gallina, aut si virgultum, vel ramus arboris vento moueretur, grauiter conturbari: quibus ex causis conquescere nullo modo poterat. Non enim audebat loqui cum ijs qui aderant, presentes, ne ab alio intelligeretur: ipse secum animo ingemiscere, plorare, multa secum reputare: sed præsertim qui maxi-

Rubri^o Gal-
lus Neronis
cōtra deser-
tores dux.

Neronis fu-
ga.

Phaonis p-
dium.
Terramot^o
ingens.

Consciētia
malæ me-
morabile
exemplum.

ma

Sera Nero-
nis pœnitē-
tia.

ma famulorum multitudine superbus fuerat semper, se
in presentia cum tribus libertis iacere. Hanc enim ve-
luti extremam fabulam Deus ei constituerat atque pa-
rauerat, ne iam ceteros matricidas, aut errantes, sed se
ipse representaret. Hic cœpit illum pœnitere eorum
que antea fecerat, quasi verò posset ea infecta facere: cūq;
Nero has tragœdias ageret, crebrò illum versum me-
moria repetebat.

Hæc est de-
cocta Nero-
nis.
Pilei liber-
tatis.

Nero sibi
ipsi manus
infert.

Ὀικτρὸς δ' ἀνὴρ μ' ἀνωγε σβύραμ', πατήρ: Mori
me iussit miserè vxor, pater. Tandem cū nemo eum
perquirere videretur, introierunt in spelūcam, in qua,
quod esuriebat, panem comedit, aquamque sitiens bibit,
qualē nūquam antea. Ita ferens grauiter: Hæc est, inquit
illa mea præclara potio. Dum Nero in his rebus esset,
populus Romanus ampla sacra faciebat, magna que le-
ticia perfruebatur, ferebantque pileos multi, quasi essent
libertatem consecuti. Galba omnia que ad principatum
pertinēt, decernuntur. Ante omnia Nero studiose per-
quiritur: ignoratum est aliquandiu, quò profectus fuisset:
post vbi cognitum est, aduersum eum equites mittitur:
quos ille postquam aduentare intellexit, imperauit is
qui secum aderant, vt se interficerent, cūque illi non
obedirent, ingemiscens ait: Ego solus nec amicum, nec
inimicum habeo. Interim appropinquātibus equitibus,
ipse sibi manus attulit, dixitque per vulgatum illud,
Ὡς δ', ἄνθρωποι τερψίτης παρὰ νόμους, Dy immortales,
inquit, qualis artifex pereo. Cūque agrè moreretur,
Epaphroditus eum cōfecit. Vixit annos xxx. mēses ix.
Regnavit annos xiiii. mēses viii. Ultimus eorum,
qui ab Aenea & Augusto genus ducebāt. Interitū eius,
lauri que à Liuia plantata fuerāt, & genus albarū galli-
narū, que antè occiderant, non obscure denūciauerunt.

Nero ex Iu-
lia & Augu-
sti familia
vltimus Im-
perator.
Liuia lauri.

G A L B A.



GITVR Galba Imperator designatus est, quod ei Tiberius aliquando prædixerat, cum diceret eum Imperiū degustaturū, idque certissimis signis demonstratum fuit, quando sibi visus est audire fortunam autem se iam dudum ante fores stare, nec dum tamen domum recipi proinde si arceretur diutius, ad alium migraturam. Ad hæc nauigia per eosdē dies onusta armis sua sponte in Hispaniam sine nautis appulerunt. Insuper mula peperit: quam rem vates ei prædixerant signum futuri principatus. Eidem quoque sacrificanti puer thus obtulit, ac subito canos misit. Quæ ex re dictum est à vatis, Imperium à minore natu ad senectutem eius esse trāsiturum. Ita quæ ad principatum spectabant, ei antè denunciata sunt. Galba in regno continens erat, inuisusque nemini: sibi enim Imperium delatum esse, non se suscepisse arbitratur, idque sæpè numero confirmabat: sed erat in coaceruanda pecunia inexplebilis, tanquam multis rebus indigeret, de quæ ea ita parum impēdebat, ut non drackmas, sed obulos nonnullis largiretur. Liberti vero eius delinquebāt in multis, eorumq; culpa in ipsum conijciebatur. Nā etsi satis est priuatis hominibus nullam iniuriam facere, tamē principem prouidere etiā oportet, ne cateri faciant, propterea quod nihil interest eorum qui iniuriam patiuntur, à quo eam acceperint. Itaq; Galba, licet ipse nihil per iniuriam faceret, tamen quod sineret illos facere, aut quod ea quæ ab alijs gererentur, ignoraret, malè audiebat. Nymphidius autem & Capito tanta fuisse insolētia in Galbam, ut Capito, cum fortè quidam reus ab eo ius dicente

Præfagia futuri Imperij.

Galbæ Imperatoris auaricia.

Principis officium est, homines ab offendere, præcipuè tamē suorum iniuria. Nymphidij & Capitonis insolentia.

Galbæ in mi-
lites præto-
rianos nero-
nis, cædes.

Imperato-
ris est, nihil
cõtra digni-
tate suã coa-
ctè facere.

Helius, Nar-
cissus, Patro-
bius, Locusta
supplicio af-
fecti.

Aulus Vitel-
lius Germa-
nicæ inferioris
præcæ.

cente prouocauisset, statim in sellam excelsoiorem translie-
rit, atq; ita dixerit: Age, inquit, dic causam apud Cæsa-
rē: eumque causa cognita capite dānauit. In hos Galba
has ob causas animaduertit. Cùm autē ad urbē aduen-
taret, ac iam propē esset, processere ei obuiam prætoriani
Neronis, penereque ab eo ut se in eodem gradu militie
retineret. Is primò rē distulit, ut deliberaret: sed cùm illi
nō parērēt, magisq; tumultuarētur, cõtra eos exercitum
misit, cæsaq; sunt repētē prætorianorum septē millia: re-
liqui postea decimati sunt. Itaque Galba licet atate &
morbo cõfētus esset, tamen mēte uigebat & consilio, pu-
tabátque indignum esse, Imperatorem coactū aliquid fa-
cere. Hac de causa prætorianis postulantiibus pecuniam
non dedit, ijsq; ita respõdit, Legere, inquit, solco milites,
nō emere. Cùmque populus postularet ut Tigellinus, &
ceteri qui antè contumeliosi fuerant, supplicio afficeren-
tur, non concessit, quos fortasse, si non esset ab eo postula-
tum, interficere iussisset. i Helium uerò, Narcissum, Patro-
bium, & Locustam uenescã mulierē, cum quibusdam
alijs qui sub Nerone ualuerant, uinctos per totam ur-
bem duci, ac postea morte mulētari iussit. Ut Galba his
de causis laudabatur, ita ridebatur maxime, quòd in iti-
nere gladium semper accingeret, homo iam senex & im-
becillis. Ceterum quem exitum uita habuerit, nunc di-
cendum est. Milites Rufi, qui erant in utraque Ger-
mania, ira incensi, quòd nullum à Galba beneficiū acce-
pissent, cupiditatem suam, quam in Ruffo explere non
poterant, in alio explere conabantur. Id fecere præposito
Aulo Vitellio, qui per id tempus inferiorem Germa-
niam obtinebat, defecereque ad eum spectata tantummo-
do ipsius nobilitate. Nec enim eis cura fuit, quòd is Ti-
berio in delicijs fuerat, quòdque uita eius adhuc cū pri-
stina

fina libidine consentiebat. Quin potius ob eam causam
 arbitrati sunt, eum sibi magis idoneum & accommoda-
 tum fore. Ipse quidem Vitellius nequaquam tanti se esse
 existimabat. nam cum irrideret astrologos, hoc argu-
 mento confirmabat eos nihil scire, quod dicerent ipsum
 Imperatorem futurum. Idem quoque Nero cum intel-
 lexisset, ita risit hominem & contempsit, ut nihil gravius
 contra eum admiserit. Galba cognita seditione Vitellij,
 adoptavit L. Pisonem adolescentem nobilem, magnâq;
 modestia ac prudentia preditum, eumque Cesarem
 designavit. Qua de causa indignatus M. * Saluius O-
 tho, quod ipse à Galba non esset adoptatus, rursus Impe-
 rium populi Romani multis incommodis difficultati-
 busque affecit. Is erat apud Galbam intam magno hono-
 re, ut ei, quo die mortuus est, sacrificanti solus è Senatori-
 bus praesto fuerit. Quae res in causa fuit ut rerum potire-
 tur. Cum enim cruxpex Galbae insidias parari diceret,
 ac proinde moneret ne aliquò prodiret, id Otho intel-
 lexit, atque inde subito alia simulata causa discessit, rece-
 ptusque intra murum castrorum à paucis militibus qui
 una cum eo coniurauerant, ceterisque qui iam Galbae
 erant infensi, persuasis, vel potius largitione corruptis,
 emptum principatum occupavit, idque paulo post à re-
 liquis confirmatum est. Quare cognita Galba paucos
 misit ad exercitum: ut milites de sententia dimouer-
 ret. Interea loci vnus ex militibus cum districto cruetorq;
 gladio ad eum venit, Bono animo es, inquit, Imperator, quâ-
 do ego Othonem interfeci, ut iam sis sine periculo. Id Galba
 credidit p vero, atq; ita militi respondit, Quis tibi inquit,
 madauit, ut id faceres post hac in Capitolium proficiscitur
 sacrificandi causa. Occurrunt ei in medio foro equites pedi-
 tesq; ibiq; senes, Pontifices, & Imperatorem occidunt, multis
 Senato

Astrologi à
 Vitellio ir-
 risi.

L. Piso à Gal-
 ba Impera-
 tore adopta-
 tus atq; Ce-
 sar postea
 designatus.

† Siluius aliis
 dicitur.
 Saluij Otho-
 nis apud
 Galbā auto-
 ritas.

Otho pecu-
 nia & ma-
 lis artib. co-
 emptū prin-
 cipatū occu-
 pat.

Galba à se-
 ditionis mi-
 litib. inter-
 fectus.

Sēpronius
Densus Cē-
tutio.

L. Pisonis
mors.

Senatoribus multisque plebeis hominibus presentibus: post cadaver afficiunt ignominia cuiusvis generis, caputque ceruicibus abscindunt, idque figunt in pilo. Galba telis immisiss in sellam, qua uehebatur, cum ex ea cecidisset, vulneratusque esset, id unum dixit, Quid enim mali feci? Ei Sēpronius Densus Centurio opem tulit, quoad potuit: sed is non solum nihil Galba profuit, sed etiam ipse occisus est. cuius viri nomen propterea scribendum putauit, quod mihi memoria dignum esse videbatur. Occisus est Piso, & reliqui multi, qui tamē Imperatori opem non tulerāt. Sed Piso propterea supplicio affectus est, quod Caesar fuerat designatus. Vixit Galba annos septuaginta duos, regnavit menses nouem, dies tredecim.

O T H O.

Prodigiū.



Prouerbiū.

Othonis fo-
nium.

ALBA hunc exitum habuit eiusque cedis pœnam Othonem non ita multo post sequi oportebat, quod ipse statim presensit: nam ut primū sacrificauit, exta minus felicia visa sunt. Itaque cepit eum subito facti pœnitere, dixitque, Τὶ γὰρ με ἰδοὺ μακροῖς ἀυλοῖς ἀυλῆν. Cur me, inquit, oportebat longis tibijs canere? Est autē vulgatum prouerbiū de ijs, qui ea faciunt quæ sibi sunt inutilia. Præterea noctu ad eum in somnis perterritus est, ut ceciderit de lecto, & excubitores perterruerit. Qui cum accurrissent celeriter, eum humi iacentem offenderunt, neque tamen pouit ob has causas Imperium, quod semel adeptus erat, deponere, sed in eo permansit, ac pœnas dedit: quamuis multa faceret moderatē ad conciliandos animos multitudinis, non quod eo ingenio esset aut aut moribus, sed quod mul-

tis ab eo propter Vitellium abalienatis, nolebat ceteros sibi inimicos facere. Othoni decreta sunt à Senatu ea que pertinebāt ad principatum, quòd diceret se coactū à militibus intra murum introductum esse, ibique, cum eis obsisteret, in magnum discrimen venisse. Hic vii cepit placido ac leni sermone, & ficto simulatòque vultu indicare modestiam: ad hec oscula ad singulas ferè per digitos mittere: postremò multa polliceri, quanquam nō erat obscurum, eum multo etiam petulātius atque acerbius, quàm Neronem esse regnaturum. Nomen quidē eius sibi statim imposuit, multisque Senatoribus, qui dā nati fuerāt, pœnam remisit, ceteris muneribus affectis. Crebrò venire in Theatrum, fouere multitudinem, peregrinos donare ciuitate, ijsq; multa alia promittere: quibus tamen rebus neminem sibi præter paucos sui similes obstringere potuit. Jam enim eo genere vita, quod instituerat, quòdque cum sorore consuetudinē habebat, ceterisque Neronianis utebatur, omnes perterriti erāt: milites verò multitudine munerum, blandisque sermonibus in tantam licentiam scelūsque induxerat, vt aliquando sint ausi in Palatium irruptionem facere, cum frequentes Senatores apud Othonem cœnarent, interfectisque ijs à quibus arcebātur, tandem irruere eò, ubi cōuiuuium agebatur, occidereque omnes qui intus erant, solis ijs qui inde abierant, aut se antè aliquò abdiderant, conseruatis. Cuius rei causa Otho pecuniam eis largitus est, perinde atque si id facinus in gratiam eius fecissent. Per id tempus quidam captus est, qui se Neronem esse simulabat, cuius quidem nomen à Dione ignoratū est: sed is tandem supplicio affectus est. Otho sæpenumero cohortatus Vitellium ad societatem principatus, postquā ei persuadere non potuit, statuit apertè bellum gerere.

Otho petulātia Neroni per similibus.

Othonis incestus.

Pseudonero.

Othonis cō Vitellio bellicū cruentissimum.

Prodigia di
ga ante cla-
dē Othonis
ad Cremonam
visa.

Eques Ro-
manus, ex
partib.
Othonis, si-
bi ipsi mor-
tē infert p-
preca quod
nunciū ac-
cepte cladis
attulisset.

Othonis ad
milites suos
oratio.

Itaque contra eum exercitum misit, eique exercitui complures praefecit: quae res causa fuit Othonis calamitatis. Desiderata sunt utrinque in praelys ad Cremonam factis hominum quadraginta millia. Antequam autem praelium iniretur, ferunt praeter cetera prodigia, quae tum accidere, autem eximia magnitudinis, quanta nunquam ante visa fuerat, per multos dies visam esse. Superatis Othomanis, vnus ex equitibus cladem Othoni nunciavit, cui cum fidem non haberent ij qui aderant praesentes (nam tum forte multi conuenerant) cumque fugit: num atque hostem appellarent, Vtinam, inquit, haec falsa essent Caesar, libenter enim te victore mortem occumbere: nunc autem utcumque sit, moriar, ne videar salutis meae causa fugisse: tu vero, cum hostes huc non multo post venturi sint, statue quid tibi faciendum putes. haec cum dixisset, manus sibi attulit. Quo facto id verum esse creditum est ab omnibus: cumque possent facile bellum renouare (erant enim permulti, aderantque aliae legiones ex Pannonia, & quod est in tali re maximum, Othonem amplectebantur, singularemque suam fidem & benevolentiam in eum non modo verbis ostendebant, sed etiam ex animo) factum est ut ociose cessaret, quousque ceterorum concursu idem renunciatum est. Tum demum Otho pauca secum locutus, apud milites concionatur: quae in concione multa dicit, sed haec in primis: Sufficiunt, inquit, ea quae facta sunt: odi enim bellum civile, licet vincam: charumque habeo populum Romanum, licet mecum dissentiat. Vincat Vitellius, postquam ita visum est dijs mortalibus: sint incolumes milites eius, quando id mihi per placet, multo enim melius est multoque iustius vnum pro multis, quam pro vno multos interire. Ego quidem Mucius esse malim, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus

gulus, quàm Marius, quàm Cinna, quàm Sylla; ut ne
 reliquos numerando persequar. Quamobrem nolite me
 cogere, ut efficiar vnus ex ijs quos odi: nolite etiam inui-
 dere, si velim facta alicuius ex ijs quos laudo, emulari.
 Vos ad victorem profisciscimini, atque illum colite. Ego
 me ita liberabo, ut omnes homines intelligant eum esse
 Imperatorem à vobis delectum, qui non vos pro se, sed se
 pro vobis dedit. Hac habita concione, milites eum propter
 ea quæ audierant, admirari, miserarique eius fortunæ,
 præsertim si quid ei grauius accideret: tum profundere
 lacrymas, lamentari, eum patrem appellare, sibi que suis
 liberis ac parentibus chariorem esse dicere. Quæ cum
 iam in multam diem dicerentur, peteret que Otho ut si-
 bi liceret mortem cum vita commutare, neque id illi cõ-
 cederent, facto silentio ita dixit: Non possum peior esse
 eo milite quẽ vos mortem sibi propterea tantummodo con-
 sciscere vidistis, quod Imperatori suo nuncium accepta
 cladis attulisset. Itaque ego illum sequar, ne quid tale vi-
 deam in posterum, aut audiam. Vos, si me amatis, quæso,
 sinite me mori, ut volo: nolite me cogere ut viuam inui-
 tus, sed ad victorem abite, eum que studiose ac diligenter
 colite. Hac cum dixisset, secessit in thalamum, seque pu-
 gione interemit. Corpus eius elatum milites sepeliuerunt
 non sine lacrymis: nonnulli propter eum mortem sibi
 consciuerunt. Igitur Otho hunc vita finem habuit,
 vixitque annos XXXVII, detractis diebus vn-
 decim. Regnavit dies XC. cumque pessi-
 mè omnium vixisset, mortuus est ho-
 nestissime: Imperiũ, quod cum
 magno scelere inuaserat, cum
 maxima virtute de-
 posuit.

Otho Impe-
 rator sibi ip-
 si infert ma-
 nus.

Othonis se-
 pultura.

VITELLIVS.

Vulgi in rebus gerendis incōstātia.



OSQVAM Roma clades Othonis audita est, populus Romanus statim, ut par erat, sententiam mutare cœpit, Othonique quem laudauerat antea, & cuius vi-
ctoriam optauerat, non aliter atque hosti contumeliose maledicere; ac Vitellium, quem detestatus fuerat, collaudare, eumque Imperatorem dicere.

- » Ad eò nihil est in rebus humanis fixum ac perpetuum;
 » sed & ij qui florent maximè, & ij qui humiles & abie-
 » cti sunt, exitus incertos habent: ac pariter pro fortuna
 » ipsorum, laude, vituperio, honore, & ignominia afficiun-
 » tur. Vitellius, ut Romam venit, cœpit omnia suo arbitratu gerere: sed in primis edicto proposito astrologos expulit ex Vrbe: edixitque ut intra certam diem quã ipse constituerat, ex omni Italia excederent. Illi cōtrā de nocte diem ei in tabulis præscribunt, intra quam excedat è vita: isque ante eam diem mortuus est: ad eò futuros rerum euentus præcognoscebant. Interim Vitellius exple-
 » re libidinem suam, inseruire voluptatibus, nullam curā habere diuinarum aut humanarum rerum. Nimirum principio talis erat: quippe popinas frequentauerat, & ludos aleatorios, saltatorumque & aurigarum studiosus fuerat, consumpseratque in eos infinitam pecuniam, atque eius rei causa magnum æs alienum contraxerat. Itaque tunc tantam potentiam consecutus, cœpit multo grauiora facere: magnam diei partem noctisque consumere in comestationibus, crebroque vomere omnia, ut solo transitu ciborum nutrireretur. Cui quidem rei ipse sufficere poterat: quamuis ceteri qui cum eo cœnabant, omnes miserè interirent. Ex quibus Vibius Crispus cum
 inci

Astrologi expelluntur ex vrbe.

Vitellio mortis dies ab astrologis prædicta.

Vitellij luxus & ebrietas.

Vibius Crispus.

incidisset in morbū, & ob eam causam per multos dies non interfūisset conuiuio, facetè dixit, se, nisi egrotauisset, omnino fuisse periturum. Fuit tempus principatus Vitellij nihil aliud quàm ebrietas & comessationes. Et enim preciosissima quaque etiam ab ipso vsque Oceano, ne dicam vltcrius, vndique terra marique conquisita, vsque ad eò opiparè apparabantur, vt omnes cupedia, sibi que eiusdem generis ex eo etiam nunc Vitelliani nominentur. Quæ omnia quis sigillatim queat attingere, quando constet inter omnes, eum, quo tempore principatum tenuit, consumpsisse in cœnas nouies millies sestertiūm. sed res huiuscemodi preciosissima breui tempore defecerunt, quòd omnia precisa esse oporteret. Patinam quidem vnā apparauit, in quam impendit decies sestertiūm, linguis cerebrisque & iecoribus pisciū, & quarundam auium in eam coniectis. Hanc patinā, cū fictilis esse non posset propter magnitudinem, argenteam fecit: eaque diu permansit, veluti res dijs consecrata, quousque Adrianus eandem conspicatus conflare iussit. Sed cū de his rebus mentionem fecerim, illud etiam addendum videtur, domum auream Neronis ei nequaquam satisfecisse. Cūque nomen & vitam morēsque eius laudaret, hac in re tantum modo reprehendebat, quòd diceret eum habitauisse perperam, vsūque fuisse paruo & humili apparatu. Vitellij vxor Galeria ridere solebat, quòd in regia parum ornatus reperisset. Ceterum quia hos sumptus de alieno faciebant, quāuis eos magnopere non computarent, tamen ij qui epulū dabant vicissim, magno incommo afficiebantur. licet conuiuium ab vno minime totum diem ageretur. Dabant enim alij ientacula, alij prandium, alij cœnam, alij comessationes, veluti solatium pristina satietatis. Ex quo

Cibi Vitelliani.

Duz myriades myriadū, duo millia, quingentæ myriades.

Patina Vitellij. xxv. myriades drach.

Neronis aurea domus.

Galeria Vitellij vxor.

Vitellij varia conuiuia

Cētum my-
riades dra-
ch.

Creditores
Vitellij.

Prodigia di-
ra.

factum est, ut paucis post diebus consumpta sint in cœ-
nam quadragies sestertiūm. Vitellius plerisque risum
excitabat. Cum enim viderent gravitatem & maiesta-
tem eius in publicis conuentibus, cuius supra antiæ co-
gnouerant, sedereque in equo regio, ornatum chlamyde
purpurea eum, quem sciebant Veneto vestitu certatorum
equos in certaminibus absterfisse: deinde cum tanta ma-
nu militum conscendere in Capitolium, quem nemo
antiæ videre poterat in foro propter multitudinem cre-
ditorum, postremò colli ab omnibus, quem ne osculari qui-
dem libenter voluerat quisquam: teneri non poterant,
quin riderent. At ij, qui ei proficiscenti in Germaniam
grandem pecuniã crediderant, institissent, eumque vix
datis fideiussoribus dimisissent, tunc non modo non ride-
bant, sed etiam lugentes sese occultabant. At Vitellius
requisitis postea creditoribus, dicebat se reddidisse salu-
tē pro credita pecunia, reposcebátq; tabulas cōtractuū.
Crebrò veniebat in theatra, ut ad se plebis animos alli-
ceret, Cœnabat familiariter vnà cum optimatibus, ut
eos sibi maiorem in modum deuinciret. Sape mentionē
faciebat veterum sodalium, eosque habebat in honore.
Neque enim turpe, aut se indignum putabat, si aliquē
ex ijs agnoscere videretur: quod plerique faciūt, qui ela-
ti maximis & insperatis honoribus, oderunt eos, à qui-
bus se intelligunt humiles antea & abiectos cognitos fuissē.
Dum hæc faceret, extitere sinistra prodigia: nam &
cometes apparuit, & Luna contra rationem statuti tem-
poris bis visa est deficere: Quarto enim, & septimo die
obscurata est. Præterea in oriente atque in occidēte duo
soles visi sunt eodem tempore: quorum hic imbecillis
& pallidus, ille potens & clarus erat. Inuenta quoque
sunt

sunt in Capitolio multa & magna vestigia quorundam
 deorum, qui ex eo descendisse videbantur, renūciatū-
 que est à militibus, qui ea nocte in excubijs eius fue-
 rant, templum Iouis sua sponte cum magno fragore a-
 pertum esse, atque ob eam causam nonnullos custodes
 perterritos & exanimatos fuisse. Quæ cum ita facta sint,
 Vespasianus qui bellum cum Iudeis gerebat, vt audi-
 uit dissensionem esse inter Othonem & Vitellium, deli-
 berare cœpit, quid se facere oporteret. Summa erat in
 eum benevolentia omnium, non solum propter gloriam
 belli Britannici, eiusque quod tum gerebat, sed etiam
 propter equitatem & prudentiam ipsius, quibus rebus
 adducebantur, vt se ab eo regi cuperent. Instabat
 Mucianus vehementer, quod se speraret etiam no-
 men Imperatoris habiturum, ac propter equitatem
 Vespasiani Imperij participem fore. Quibus cognitis
 rebus milites circumsistunt tabernaculum Vespasiani,
 eumque Imperatorem renunciant. Neque verò defue-
 re Vespasiano prodigia & somnia, quibus ei futurum
 Imperium fuerat longo tempore antè significatum, eā-
 que nos, cum ad vitam eius venerimus, attinge-
 mus. Igitur Vespasianus primo quoque tempore Mu-
 cianum in Italiam contra Vitellium mittit: ipse ob-
 seruatis rebus Syria, præfectisque alijs ducibus bello
 Iudaico, in Ægyptum contendit, ibique pecuniam,
 qua maximè ei opus erat, colligit, comparatque frumen-
 tum, vt Romam quàm maximum numerum potest,
 mittat. Legiones, quæ erant in Mysia, cognitis ijs quæ
 de Vespasiano perferrentur, Muciano nequaquam
 expectato, quem audiebant esse in itinere, Antonium
 Primum ducem suum deligunt: is fuerat à Nerone
 missus in exilium, post verò à Galbarestiuius Pannoni-

Vespasiani
 cum Iudæis
 bellum.

Mucianus.

Antonius
 Primus Pan-
 nonici exer-
 citus dux.

co exercitui praeerat, eoque tempore neque ab Imperatore, neque à Senatu delectus, summum Imperium habuit: tanta erat in Vitellium indignatio militum, tanta praedandi cupiditas. Neque enim milites haec ob aliam causam agebant, quam ut Italiam deriperent, id quod factum est. Vitellius cognitis his rebus omnibus, nihilominus remanet in Vrbe: neque verò à delicijs abstinet, sed praeter caetera ludos gladiatorios facit. In his ludis Sporus cum eum ornatu raptæ puellæ oporteret in theatrum venire, neque posset talem contumeliam pati, mortem sibi conscivit. Vitellius Alienum cum paucis bello proficit. Alienus Cremonam venit, oppidumque occupat. Post ubi videt suos milites propter delicias Urbis intemperantes, nimioque ocio molles & effœminatos esse: contraque hostes corporibus exercitatis, magnisque animis, timere cœpit: dein ut ei à Primoliteræ amica venerunt, conuocauit milites, quosq; exposita imbecillitate Vitellij, viribusque Vespasiani, ac utriusque moribus, persuasit ut in partes Vespasiani transirent. Illi delent imagines Vitellij ex signis, iurantque se sub Imperio Vespasiani fore: vixque dimissi in tentoria reuerterant, cum eos facti pœnitere cœpit. Itaque repente magno studio ac tumultu congregati, rursus Vitellium Imperatorem vocant, Alienumque, quod essent ab eo proditi, vinculis constringunt, nulla consulatus eius habita ratione, quæ praesertim fieri solent in bellis civilibus. Cumque iam esset ingens tumultus in exercitu Vitellij, tum luna defectio eum longè fecit maiorem, non tantum quod obscurata est (quanquam hæc terrorem iniiciunt tumultuantibus) sed etiam quod sanguinolenta atræque esse, aliosque horribiles colores emittere visa est. Hi enim nihilo magis decedere de sententia, aut ali-

quid

Ludi à Vitellio editi.

Sporus.

Cremona ab Alieno capta.

Alieni milites à Vitellio ad Vespasianum deficiunt.

Alienus ut proditor à proprijs militibus captus. Prodigia.

quid remittere, sed ad manus venire inter se, pugnareque alacriter: etsi, ut dixi, Vitellianis dux non erat, quod Alienus Cremonae esset in vinculis. Pugnatur interdiu ac noctu utrinque, a quo Marte. Nox enim inuenit pugnantes, nec ea quidem praelium dirimere potuit, tanta erat ira, tanta vincendi cupiditas. Agnoscebant se inter se, atque una colloquebantur: non eos placabat fames, non labor, non frigus, non tenebrae, non accepta vulnera, non caedes, non reliquiae mortuorum, non multitudo pereuntium: tanta denique insania utrosque pariter ceperat, ut ne propter noctem quidem quae superuenit, ut dixi, aliquid remitterent. Videre licebat, quoties luna luceret (nam interdum occultabatur nubibus) pugnare illos nonnunquam, nonnunquam stare, ad hastas adhare scire, sedere, simul clamorem tollere: hi Vespasianum: illi Vitellium Imperatorem dicere, vocare se mutuo conuincari, laudare: sed & priuatim alter ita alterum admonere, Mi commilito & ciuis quid facimus? cur pugnamus? huc transi ad me: Nequaquam, inquit alter, tu ad me potius. Cui vero mirum non videatur, quod cum mulieres ex oppido esculenta & poculenta de nocte ad Vitellianos attulissent, non modo se ipsi cibo potuque, sed etiam aduersarios refecerunt. Vocabat quisque aduersarium nominatim (omnes enim ferè se nouerant, ac tum agnoscebant) Accipe, inquit, mi commilito, ede: non enim tibi gladium praebeo, sed panem. accipe rursus, & bibe: non enim tibi scutum, sed poculum trado: ut siue tu me interficias, siue ego te, moriamur facilius, atque ut ne me eneruata aut imbecilli manu occidas, aut ego te, haestra sint exequiae nobis adhuc uiuentibus. Vitellius enim & Vespasianus bellum gerunt inter se, ut nos ipsi qui iam olim mortui sunt, mactent. Hac atque alia eiusdem generis

Vitellij cum Vespasiano bellum crudelissimum.

Ciuilis praelij elegans descriptio.

cum inter se dixissent, cessatur aliquandiu, & comeditur, eoque facto pugnatur iterum: paulo post pugnam intermittunt, deinde renouant. Hac totam noctem, quousque illuxit, facta sunt. Tum autem duo ex militibus, qui Vespasiani partes sustinebant, quiddam tale fecerunt. Cum enim graue damnum caperent ex aliqua machina, raptis scutis ex spolijs Vitellianorum qui iam ceciderant, permixtique cum aduersarijs clam ad machinam veniunt pro Vitellianis, funesque eius incidunt, ut ex ea nullum telum amplius emitti posset. Orto sole milites tertia legionis (ea Gallica nominatur) qua hybernat in Syria, aderatque tum forte cum ijs qui Vespasiani partes tuebantur, eum illico salutant, ut ante consueuerant. Qua ex re Vitelliani rati Mucianum venisse, perterriti victique clamore, in fugam se coniiciunt. & cum ante maximos labores sustinuisent, minimare perterrentur. Post hac ad murum se recipiunt, passisque manibus obtestantur victores: cumque a nemine exaudirentur, Consulem dissoluerunt, eumque ornatum veste consulari miserunt cum fascibus supplicandi causa, ac postulata foedera per eum impetrauerunt. Alienus enim propter dignitatem suam facile Primo persuasit, ut conditiones eorum acciperet. Postquam porta urbis aperta, atque ipsi omnes in tuto fuerunt, concurrunt undique, cunctaque rapinis & incendijs vastant. Fuit hac grauis sima calamitas, propterea quod Cremona erat maximis atque pulcherrimis adificijs ornata, magnaque vis pecunia a ciuibus & peregrinis in eam coacta fuerat. Huic urbi Vitelliani, ut qui ades locupletum, & exitus viarum nouerant, maiora incommoda attulerunt. Nec enim piguit eos ciues, pro quibus pugnauerant, perdere, sed quasi ab ijs iniuriam accepissent, eosque vicissent,

viola

Gallica legio Vespasiani partes defendit. Vitellianorum fuga.

Cremona a Vitellianis direpta.

violare, percutere, atque occidere ausi sunt, ita ut cum
 ijs qui in praelio ceciderunt, desiderata sint hominum
 quinquaginta millia. Vitellius de hac clude certior fa-
 ctus, vehemēter tumultuari cœpit, non solum perturba-
 tus prodigijs, quod peracto quodam sacrificio, cūm eius
 causa apud milites cōcionaretur, magnus numerus vul-
 turum irruit, discerpfitq̄, exta, ac ipsum ferē de tribu-
 nali deturbavit, sed multo etiam magis propter nūcium
 accepta calamitatis. Itaque fratrem suum Tarracinas
 celeriter mittit, munitūmque oppidum per eum retinet.
 Sed cūm exercitus Vespasiani Romam aduentaret, ita
 perterritus obstupuit, ut nihil certi ageret, aut sentiret,
 sed temere sursum deorsum ferretur, veluti in maxima
 tempestate: modo enim Imperiū arctē tenere, acurratēq̄
 defendere conabatur, seque ad bellum gerendū parabat:
 modo vtrō deponebat, quod statueret priuatā vitam age-
 re: interdum ferebat chlamydem purpuream, accinge-
 bātque gladium: interdum pulla veste induebatur: con-
 cionem habebat in Palatio foroque, ac milites nonnun-
 quam ad praelium, nōnunquam ad pacē faciendā cōhor-
 tabatur: partim deuouere se pro salute Reipublicæ: par-
 tim captare misericordiam, eiusque rei causa filium quē
 tenebat in manibus, amplexari, & ante oculos eorum
 ponere: dimittere pratorianos, rursus accersere: domū
 fratris se recipere relicto Palatio, mox eodē reueri, ita
 ut ex ijs rebus permulti studium quod habebant in
 ipsum, remitterēt. Nam cūm is maximo furore huc &
 illuc cōcurreret, idq̄ illi viderēt, non amplius imperata
 facere, neque res eius magis quā suas curare, viderēq̄
 eum multis de causis, sed in primis quod in concionibus
 gladiū tradebat Cōsulibus & Senatui, ut ex eo summū
 Imperium deponeret: quē dū nemo ex Senatorib. aude-

Prodigia Vi-
 tellio exitiū
 minitancia.

Imperato-
 ris malē sibi
 conficij stu-
 dia.

ret capere, ij qui aderant, multo magis ridebant. Quas ob res præsertim cum iam Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex Consul, & Sabinus propinquus Vespasiani, alique primarij viri simul conueniunt, dictisque sententijs in Palatium cotendunt cum militibus suarum partium, ut aut persuaderent Vitellio, aut eum cogere Imperiū deponere. Sed cū incidissent in Germanos custodes Vitellij, misere afflictī discedunt, atque in Capitolium perfrugiunt. Eodem Domitianum Vespasiani filium, propinquosque eius accersunt, præsidijque muniunt. Postridie eius diei Vitelliani contra eos irruere: hi impetum illorum propulsauere aliquandiu. Sed cū incensis ijs que circum Capitolium erant igni impedirentur, Vitelliani ascendunt in Capitolium, magnūque numerum eorum concidunt, direptisque ijs omnibus que in Capitolio reposita erant, ac præter alia loca, magno templo Iouis Opt. Max. incenso Sabinum & Atticum captos ad Vitellium mittunt: nam Domitianus & Sabinus filius in primo tumultu fugerant ex Capitolio, & abditi in quibusdam adibus, latuerant. Postquam non longè abfuerunt Vespasiani milites, quos Petilius Cerealis vnus ex primis Senatoribus, & Vespasiani affinis, & itē Antonius Priscus ducebant (nam Musianus nondum venerat) Vitellius summè pertimuit. Illi enim primum per nuncios, deinde per literas in urnas inter mortuos comiectas, & in corbes, in quibus fructuserant, & item in arundines aucupum, fiebant certiores omnium que in vrbe gererentur, ita ut de ijs, quid opus esset factō, consultarent: tunc autem quia ignem viderant in Capitolio, tanquam è specula, iter quàm celerrimè faciebāt. priusque omnium Cerealis cum equitatu in urbem contendit.

Factiones
contra Vitellium.

Capitolium à Vitellianis direptum. Sabinus atque Atticus capti ducuntur ad Vitellium. Petilius Cerealis.

tendit. Vitellius conuocato Senatu, legatos ex eo & ex Vestalibus ad Cerealem mittit: hi cum nemo vellet ipsos audire, seréque in mortis discrimen venissent, ad Primum, qui inde non longè aberat, proficiscuntur, utq; cum eo colloqui possint, impetrant: nihil tamen efficiunt, sed à militibus profectis contra Vitellium maximo furore praesidia pontis Tiberis franguntur. nam cum transire prohiberentur ab ijs qui pontem tuebantur, equites flumen transierunt natando, eosque cum inuassent à tergo, alijs irruentibus ex alijs partibus, affecerunt acerbissimise & grauissimis incommodis. Tū ab ijs factū est id quod in Vitellio, ac Vitellianis criminabatur, cuiusque causa se cū eis bellum gerere simulabant. Casi sunt videlicet quamplurimi mortales, multique contra de tectis scitilibus deiecti, & in angustiis locis propter multitudinem hominum oppressi interierunt, ita ut per illos dies obierint hominum quinquaginta millia. Dum vrbs hoc modo diriperetur, pugnantque alij, alijque fugerent, & iidem postea rapinas & caedes pariter facerēt, ut in numero eorum qui urbem inuaserant, incolumes seruarentur, Vitellius sordido attritoque sagulo amictus, se abdit in obscurum locum, ubi canes aiebantur, sperans se noctu Tarracinam ad fratrem fugiurum, sed inuestigatus inuentusque à militibus (non enim diu latere poterat is qui fuerat Imperator) pannis obsitus, & sanguine perfusus, quod eum canes laeserant, deprahenditur: deinde veste eius discissa, vincitque à tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Casarem è Palatio, ubi magnas voluptates ceperat, deducunt, trahuntq; via Sacra eum Imperatorem, qui superbè plerunque sella vectus fuerat, ipsūque Augustū in forum in quo crebrò concionatus erat, perducunt: ibi ei colaphos impingunt, alij barbā vellunt, illudunt

omnes

Vitellij ad
Cereale le-
gatio.

Pons Tibe-
ris.

Strages cru-
entissima.

vitellius ca-
pius contra
dignitatem
Imperij tur-
piter à mili-
tib. tracta-
tur.

omnes, ac contumeliose maledicunt, & comessationes exprobrant: nam ventre obeso erat. Cùmque Vitellius ob has causas magno pudore affectus, demisso capite terram intueretur, milites sub mento eum pungebat, ut caput extolleret inuitus, aliumq; cerneret. Quod ubi quidam Germanus animaduertit, non pertulit diutius, sed misericordia permotus: Ego tibi, inquit, qua in re poterò, opem feram. itaque illum percussit, deinde sibi manus attulit. Neque tamen Vitellius moritur ex eo vulnere, sed trahitur in carcerem unà cum suis statuis, quibus ridicula multa atque turpia exprobrabantur. Hic Vitellius summo dolore affectus propter ea quae pateretur, & audirer: Ego quidem, inquit, aliquando Imperator vester fui. Quamobrem irati milites eum ad scalas Gemnias perductum obtruncant, abscissumq; caput eius per totam urbem gestant. Vitellius postea ab uxore sepeliitur. Is vixit annos quinquaginta quatuor: regnavit annum unum, decem diebus exceptis. Frater eius cùm Tarracina profectus esset, ut ei opem ferret, accepissetque in itinere eum mortuum esse, incidit in eos qui contra eum missi erant, cum iisque de salute sua paciscitur, licet & ipse non multò post, & post eum filius Vitellij occisus fuerit: quanquam Vitellius nullum ex propinquis Othonis aut Vespasiani occiderat. His confectis rebus Mucianus venit, isque omnia unà cum Domitiano administrare coepit: quem etiam ad milites adduxit, fecitq; quamvis puer esset, ut apud eos concionaretur. tum viceni quini denarij dati sunt singulis militibus.

Obtruncatus
Vitellius à
militib. ab
uxore sepeli-
tur.

Xxv. drach.

V E S P A

VESPASIANVS.



HIS rebus gestis Vespasianus etiã à Senatu creatur Imperator, Titusque & Domitianus Cæsares designantur: præterea Vespasianus & Titus absentes cõsularem dignitatem accipiunt. Horum alter in Ægypto, alter in Palæstina erat. Vespasiano longo tempore antè regnum multis prodigijs somnijsque significatum est. Nam bos in agro in quo ipse magnam vitæ partem degebat, cœnanti astitit flexis gembus, ac cervicæ pedibus subiecta: rursúmque cum cibum caperet, canis sub mēsam eius manum hominis posuit. Itémque eximia cupressus magna vi ventorum euersa radicibus, postero die per se stetit, ac floruit. Præterea accepit in somnis, se principem Romanum fore, cum Cæsar Nero dentem perdidisset: idque postride quàm somniauit, accidit. Quinetiam ipse Nero vidit per quietem currum Iouis in ades Vespasiani intromitti. Sed hæc quidem omnia egebant interpretatione. At Iosephus natione Iudæus antè ab eo captus constrictusque vinculis ridens ait. Nunc quidem, me vincies, post annum autem solues, cum fueris Imperator factus. Igitur Vespasianus, ut alij pauci, ad principatum natus erat. Sed cum is adhuc abesset in Ægypto, Mucianus omnia summa potestate administrabat. Unã cum Domitiano, iactabatque magnum aliquid esse, quòd Vespasianum Imperatorem fecisset, quòdque ab eo frater appellaretur, haberetque magnam potentiam. Nam omnia suo arbitratu absque mādato Vespasiani gerebat. scribebatq; de rebus omnibus, tantūmodo adscripto Vespasiani nomine: ob eamq; causam

Vespasianus
& Titus absentes designantur imperatores. futuri Imperij præsentia.

Vespasiani
somniauit,

Iosephi Iudæi historici de Vespasiani Imperio vaticinium.

Domitiani Imperium.

Vespasiani
ad Domitia
nū literar.

Pecunięner
ui sunt prin
ciparus.

Iulij Sabini
in Lingoni
bus princi
patus, atque
vita solita
ria.

Cerealis cō
tra Germani
ę rebel
liones pꝛ
lia cruentif
sima.
Domitiani
erga filiam
Corbulonis
amor.

causam ferebat annulum, quem ad ipsum Vespasianus miserat, ut ea quę ediceret, sigillum principis haberet. Igitur eo tempore omnia nutu horum quasi ipsi Imperatores essent, ita gerebantur, ut Vespasianus ad Domitianum ita scripserit: Ago tibi gratias filij, quod me sine principatum tenere, quodque me ex eo nondum expuleris. Nucianus undique quā maximam pecuniam poterat, referebat in ararium. eiusque rei culpam, ne eam Vespasianus subiret, in se deriuabat, dicebatque semper, pecunias nervos esse principatus. Itaque hortabatur Vespasianum, ut unde quaque pecuniam faceret: quod cum principio fecerit, grandem pecuniam Imperio sibi que confecit. Tum alię rebelliones contra Romanos in Germania factę sunt, quarum memoria, ut ego quidem arbitror, nulli vsui est. Id mirum fuit, quod Iulius Sabinus, qui principatum tenebat in Lingonibus, separatim magnum exercitum comparuit, fuitque Caesar cognominatus, quod se Iulio Cesare prognatum diceret. deinde aliquot praelijs victus, rus abiit, ibique in sepulchrum subterraneum, quod ipse prius incenderat, ingressus est: cumque constans esset opinio illum interisse, in eo nouem annos cum uxore delituit, ex eaque duos filios sustulit. Has rebelliones Germania Cerealis compefcuit, multis praelijs factis: tantęque in vno ex his praelijs multitudo Romanorum, Barbarorumque caesa est, ut mortuorum cadauera profluentis cursum retinuerint. Domitianus propter ea quę agebat (nihil enim nisi magnum moliebatur) patrem metuens, in Albano monte morabatur. Is animam ad amorem Domitię filię Corbulonis applicauerat: eamque à Lucio Lamio Emiliano viro eius abductam secū habebat in numero amicarum, eademque postea uxorem duxit. Interim

Titus

Titus prefectus bello Iudaico cepit Hierosolyma incenditque templum, existimantibus Iudæis non suum interitum, sed victoriam, salutem & felicitatem esse, quòd unà cum templo caderent. Capti sunt ab eo multi, præsertim Barporas, qui apud eos principatum tenebat, isque solus in triumpho supplicio affectus est. Itaq; Hierosolyma die Saturni, quem diem in primis Iudæi colunt ad hæc nostra tempora, conciderunt. Ab eodem Tito iussi sunt quotannis didrachmum pendere fœni Capitolino, qui patrias leges eorum tuerentur. His de causis uterque Imperatoris nomen obtinuit, quãvis neuter Iudaicus cognominatus sit, sed alia multa, ut par erat, tam magna parte victoria, atque in primis arcus triumphales eis decreti sunt. Vespasiano ingresso in Alexandriam, Nilus inundavit uno die ultra quàm consueverat amplius quatuor digitis, quod nunquam antea nisi semel factum esse dicebatur. Idem Vespasianus eum hominem, itémque alterum, cui imbecilla manus erat, qui per quietem ipsam adire iussi fuerant, sanavit, oculis alterius spuito conspersis, & manu alterius concalcata: quæ opinio diuinitatis eum celeberrimum fecit. Neque tamen Alexandrinis gratus erat, cui ad eò grauitè infensi erant, ut ei priuatim publicèque illuderent, atque maledicerent. In causa erat, quòd cum sperauissent se ab eo, quem primi omnium Imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non solum nihil eis largitus est, sed etiam ab ijs pecuniam exegit, atque tam multam collegit, nullo genere tributi prætermisso, ut ne mendicis quidem pepercerit, ac de diuinis humanisque rebus pecuniam fecerit. Multa enim vetustalia quæ iam solui desierant, renouauit, auxitque multa ex ijs quæ obtinebant: idque in cæteris prouincijs

Hierosolyma à Vespasiano obtesa, capta atque direpta

Vespasiani arcus triumphalis, Nili inûdatio.

Miracula Vespasiani.

Alexandrinorù in Vespasianum odium. Vespasianus ne medicis quidè parceret in tributo exigèdo.

Coniugia Alexandrinorum in Vespasiano.

Domitiani stulticia atque ignavia.

Ne musca quidem.

In Capitolio templo a Vespasiano edificatum.

subditis Imperio Romano. ac postea in Vrbe fecit. Hæc ob causam Alexandrini multa coniugia in eum iactabant, dicebantque præter cætera, eum sex obolos exigere. Quamobrem Vespasianus vir alioqui mitissimus tanta ira commotus est. ut virum sex obolos persolui iussit. statueritque supplicium de his capere. Quorum poenam cum Titus deprecaretur, eis nihilo magis pepercit. Neque verò Alexandrini ob eam causam desiste-
bant. Nam ita apud Titum frequentes exclamauere in publico conuentu. Ignoscimus ei, inquit: non enim nouit imperare. Ita hi maledicendi libidinem suam, qua semper laborarunt, abundè explebant, abusi Imperatoris cemitate. Vespasianus post hæc Romam venit. Huic Nucianus cum viris primarijs Brundisium processit obuiam. Domitianum Beneuenti conuenit, qui conscientia mentis, & rerum antè gestarum ita diffidebat, ut interdum simularet stulticiam. Nam cum magnam vita partem degeret in Albano, faceretque multa ridicule, tum muscas stylo transfigebat. Quod est indignum est grauitate historie, tamen quòd abundè cum mores ostendit, necessario scribendum putauimus, potissimum cum factus Imperator idem fecerit. Ex quo factè responsum est à quodam interroganti quid ageret Domitianus, Solus, inquit, est, ne musca quidem cum eo. Vespasianus. ut deprimebat huius superbiam, ita ceteros omnes non ut Imperator, sed ut priuatus, memorque pristine fortune excipiebat. Templum in Capitolio statim edificare cepit, primusque inde terram extulit, iussitque, ceteris illustrissimis & clarissimis viris ut idem facerent, quo minus cætera multitudo operam suam denegare posset. Cùmque sumptus publicos, qui necessarij erant, magnificentissimos semper faceret, publicosque

c onuen

conuentus sumptuosos præstaret, in cæteris rebus ob eas causas parcissimus erat, nihilque impendebat, nisi necessarium, ita ut nihil cocti in popinis præter legumina vendi pateretur. Qua ex re perspicuum esse cœpit, eum tam magnam pecuniam non ad suas voluptates, sed ad usus publicos collegisse. Porro Vespasianus ita vitam instituerat, raro habitabat in Palatio, in hortis autem Sallustianis plurimum erat, cœque recipiebat quemcumque, non solum Senatorij, sed etiam cuiusvis ordinis. Ante lucem, cum etiam adhuc esset in lecto, colloquebatur cum ijs qui sibi valde erant familiares, eumque cæteri in vijs salutabant. Porta regiarum interdum semper aperta, ac omni custodia destituta erant. Veniebat in Senatum semper, & cum patribus communicabat omnia: sepe etiam ius reddebat in foro. Quod si forte de quibusdam rebus non posset cognoscere propter senectutem, aut si quid absens scripserat ad Senatum, ea filijs, ut in Senatu legerent, plurimum iubebat. Neque verò in hac re solum Senatum affectit honore, sed etiam quod ex eo ordine frequentes & quotidianos conuiuias acciperet: ipse quoque crebro apud amicos & familiares suos cœnabat. In summa quod ad curam reipublicæ pertinet, Imperator habebatur: in cæteris rebus æquabili iure cum reliquis vivebat. Nec enim tantum iocabatur populariter, verum etiam iocose ludi se libenter patiebatur. Cùmque scripta quadam in principes sine nomine, ut assolet, atque in contumeliam eius proponerentur, ipse contra nihil commotus ea, quæ conducerent, proponebat. Cùm autem Phœbus ad eum venisset purgandi sui causa in eo, quod Neronis temporibus in Græcia atque in Theatro, cum Vespasianus videns Imperatorem contra decorum facere,

Vespasianus non ad suum, sed Reipublicæ vsum pecuniâ collegit.

Horti Sallustiani.

Vespasianus noctibus vtebatur.

Vespasiani humanitas erga Senatum atque priuatos etiam homines.

Phœbus.

Phœbus.

Vologasus.

Heluidius

Priscus.

Thraseas.

Demetrius

Cynicus.

Philosophi
ex vrbe Ro
mana per
Vespasianū
eicci.

ostilius.

Canis Ves
pasianī pel
lex.

frontem contraxisset, iratus iusserat eum abire: dein ro-
ganti quò iuberet, respondit in malam crucem. Itaque
Phoebo defendenti se in hac causa non modo nullum dā-
num attulit, sed ne quid aliud, quàm hoc ipsum respon-
dit. *Abi in malam crucem.* Vologasum, qui ad se scrip-
serat his verbis, Rex Regum *Arfaces* Flauio Vespas-
iano salutem: ne reprebendit quidem, sed ei isdem ver-
bis, nō adscriptis Imperatoris nominibus, respōdit. Cum
autem *Heluidius Priscus* *Thrasea* gener, ac in praece-
ptis Stoicorum ab incunte aetate versatus, *Thrasea* lo-
quendi libertatem imitaretur, quamuis minus opportu-
nis temporibus, ac tūc cū esset Praetor, nihil faceret in
honorem Imperatoris, sed ei semper malediceret, atque
ob eam causam captus, à tribunis plebis licitoribus tra-
ditus esset: confusus *Vespasianus* flevit, eque Senatu ex-
iit, hoc vnum inquiens, *Aut mihi filius meus succedet,*
aut nemo. Sed cū alij multi excitati ex Stoica discipli-
na, in quorum numero fuit *Demetrius Cynicus*, multa
ignominiosa publicè differerent occasione philosophia,
atque ita multos occultè in varias sententias traherent,
Mucianus Vespasiano persuasit, vt omnes qui essent
eius secta, ex vrbe expelleret, dixitque in eos multa, ira
magis incitatus, quàm studio doctrina. Itaque *Vespasianus*
statim philosophos, praeter *Musonium*, Roma expulsi:
Demetrium verò & *Hostilium* in insulas relegauit.
Hic *Hostilius*, cū de suo exilio intelligeret, ac tum for-
tè cum alio differeret, magisque contra regnum loquere-
tur, tamen subito sententiam mutauit. *Demetrio* verò
nondum quiescenti *Vespasianus* mandari iussit his ver-
bis: *Tu quidem*, inquit, nihil praetermittis, vt ego te in-
terfisci iubeam, ego tamen canem latrantem non occido.
Per id tempus mortem obiit *Canis Vespasianī*,
cuius

cuius propterea mentionem feci, quòd maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hæc enim heræ suæ Antonia matri Claudij, quæ ad Tiberium per eam nonnihil de Seiano scripserat, iusseratque, ut id, ne quis fortè deprehenderet, statim deleteretur, Frustrà, inquit, domina iussisti: hæc enim atque cætera omnia, quæ mihi imperas, ita semper in memoria habeo, ut ex ea deleri nõ possint. Id igitur in ea admiratus sum, tum etiam quòd Vespasianus valde delectabatur eius consuetudine, cuius etiã causa magnam potentiam assecutus est, ac per eam opes innumerabiles, ut creditum est, comparauit. Hæc enim multa accipiebat à multis, cum magistratus, procurationesque prouinciarum, & officia militum, ac sacerdotia, ipsa quoque responsa principis nonnullis venderet. Vespasianus quidem neminem occidi iussit pecunie causa, sed plerosque, quòd pecuniam darent, incolumes seruauit. Quas omnes cum Canis caperet, id fieri de uoluntate Vespasiani suspicio erat ex cæteris quæ gerebat, quorum pauca exempli causa ponam. Cum aliquot homines statuissent ei ponere statuã precio decies sestertium, porrecta manu: Vos uero, inquit, mihi argentum date, hæc enim eius fundamentum est. Præterea Tito grauius ferenti propter uectigal quod ex lotio atque alijs rebus capiebat, aureos ex eo uectigali quasitos ostendit, dixitque, Vide, inquit, fili, num oleant. Vespasiano sextum, & Tito quartum Consulibus templum Pacis dedicatum est, & colossus Sacra uia collocatus, quem ferunt fuisse altum pedes centum: huic imago Neronis erat, uel Titi, ut ab alijs traditum est. Cedes belluarum Vespasianus fecit in amphitheatris: ludis autè gladiatorijs nõ magnopere delectabatur, quanquam Titus ludis Iuuenalibus, qui in patria eius facti erant, armis certauit cū

Memoria
inignis.

Canis pecu
niz colligē
dæ studiofif
fima.

XXV. my
riades dra
ch.

Tēplū pacis
Colossus.

Iuuenales
ludi.

Alieno, videlicet ficto certamine. Parthis bellum cum quibusdam populis gerentibus, opemque ab eo postulatis, auxilia non misit, negavitque convenire sibi curam rerum alienarum. Per id tempus Beronice maximè florebat, ob eamque causam cum Agrippa fratre Romam venit. Is Pratorijs honoribus auctus est. ipsa habitavit in Palatio, coepitque cum Tito coire: spes erat eam Titum nuptum iri, iam enim omnia, ita ut si esset uxor, gerebat. Sed Titus cum intelligeret populum Romanum id molestè ferre, eam repudiavit, praesertim quod de ijs rebus magni rumores perferrentur. Eodem tempore molesti quidam sophista clam in urbem ingressi sunt, ex quibus Diogenes cum prior in theatrum venisset refertum magna hominum multitudine, ac populum vexasset multis contumelijs, virgis casus est. Post hunc Eras venit, qui ratus nihil sibi gravius eveniturum, multo exclamavit insolentius atque impudentius, quam obrè ei caput detruncatum est. In idè temporibus in quadam taberna vas plenum vini usque adeo redundavit, ut in viam proflueret. Itèque Sabinus Gallus, qui se Caesarem esse dixerat, atque cum ad arma venisset, victusque esset, in monumentum se abdiderat, agnitus & Romam adductus est, cum eoque occisa est Peponila, uxor, quae cum incolumè servauerat: quàmvis ea Vespasiano filios suos proposuerit, dixeritque ad captandam misericordiam: Ego, inquit, Caesar, hos in monumento pepererit, aluique, ut plures tibi supplices essemus. Quae oratione etsi ei ceterisque qui aderant exciuit lachrymas, tamè ipse eis non pepercit. Dum haec gererentur, Alienus & Marcellus contra Vespasianum coniuravit, quos ipse sibi amicissimos esse arbitrabatur, summisque auxerat honoribus: neque tamen ab ijs interficitur, propterea quod patefacta coniuratione, Alienus in Palatio,

Beronice.

Sophistè clàm
urbè ingre-
diuntur.

Diogenes.

Eras Cynic⁹

Peponila.

Alieni atq;
Marcelli in
Vespasianii
coniuratio.

Alienus.

tio, statim ut surrexit è conuiuio, iussu Titi occisus est, ne
 quid noctu moliretur: iam enim magnum numerum mili-
 tum comparauerat. Marcellus autem damnatus in Se-
 natu guttur sibi nouacula praececidit. Adò homines ma-
 lo ingenio praeediti, nullis beneficijs vincuntur, quando isti
 parauere insidias ei à quo tot beneficia acceperat. Qua
 cum ita sint, constat Vespasianum morbo, non quidem poda-
 gra, qua laborare consueuerat, sed febris extinctum esse
 in aquis Sabinis, quae Cutiliae appellantur. Alij Titum
 falso criminantur, praesertim Adrianus, dicuntque eum
 veneno in conuiuio sublatum esse. Planè prodigia, quae
 eò pertinebant, praecessere, nam cometes diu visus fuit, &
 monumentum Augusti sua sponte apertum est. Cum au-
 tem increparetur à medicis, quòd morbo correptus, ni-
 hil de quotidiana victus ratione immutaret, faceretque
 omnia quae ad principatum spectarent, respondit * Im-
 peratorem stantem mori oportere. His vero qui de come-
 te nescio quid inter se colloquebantur, ait: Non mihi sed
 regi Parthorum mortem portendit: ille enim comatus
 est, ego caluus sum. Posteaquam autem credidit se mo-
 riturum, Ego, inquit, deus efficior. Vixit annos LXX,
 menses VIII, regnavit annos X, sex diebus exceptis. Ex
 quo fit, ut à morte Neronis, vsque ad principatum Ve-
 spasiani annus unus intercedat, dièsque viginti duo.
 Quod idcirco scribendum putavi, ne errore ducerentur
 ij qui numerum temporis ad eos qui principatum obti-
 nuerunt, referrent. Non enim sibi successere inuicem,
 sed vno adhuc & regnante altero quisque eorum Im-
 peratorem se tum esse credidit, cum primum Imperium
 quodammodo coepit. Itaque dies eorum non ex succes-
 sione mutua numerandi sunt, sed accurata exactaque
 ratione temporis: ut à me dictum est.

Marcellus.
 Ingratitudi-
 nis memo-
 rabile ex-
 plum.
 Moritur Ve-
 spasianus.
 Aquae Cuti-
 liae.

Prodigia
 multa ante
 Vespasiani
 mortem visa.

* Idè etiam
 Turbo prae-
 fectus prae-
 torio Adria-
 ni Impera-
 toris dixit
 se fertur.

TITVS.

Beronice in
urbem redi-
tus.



TITVS ex quo tempore principatum
solus obtinuit, nec cades fecit, nec amo-
ribus inseruiuit, sed comis, quāuis insi-
dijs peteretur, & continens, Beronice
licet in urbem reuersa, fuit ad eō mores
statim mutauit. Neque enim eodem modo se gerunt q̄
qui socij tantummodo regni sunt, & q̄ qui soli regnū te-
nent: propterea quōd illi neglecta gloria principatus im-
moderate eius potestate abutuntur, multāque ad inui-
diam & calumnam eius faciunt. Qui autem intelli-
gunt omnia ex sese pendere, magnopere existimationi
student. Id quod Titus aliquando dixit ei, cuius antea
studiosus fuerat. Dissimile est, inquit, egere opera alte-
rius, & iudicem esse, perinde ac postulare ab alio, & da-
re. Is per paucos annos ita principatum tenuit, vt in eo
nullum scelus ediderit. Vixit enim in eo dūtaxat annos
II. menses II. dies XX. antē verō quāuē esset Impera-
tor, annos XXXIX. menses V. dies XXV. Quamobrem
eum plerique in hac re ita cum Augusto comparant,
vt negent & illum, si celerius obisset, & hunc, si vixisset
diutius, charos vnquam fuisse: propterea quōd Augu-
stus cū coactus inimicorū multitudine & seditionibus
principiō asper fūisset, postea cū diu vixerit, multitu-
dine beneficiorum clarus esse potuit: Titus verō, quōd
eo tempore, quo comiter regnare cōperat, & ob eam
causam magnam gloriam habebat, mortuus est, quam
fortasse amisisset, si vixisset diutius, manifestato eum
feliciorē quāuē virtuosiorē fuisse. Igitur Titus
non modo Senatorem, quādiu principatum tenuit,
nullum interfici iussit, sed nec alius quisquam sub eius
Impe

Augusti Cæ-
saris atque
Titi Vespasi-
ani colla-
tio.

Titi Vespasi-
ani clemē-
tia.

Imperio morte affectus est. De crimine impietatis nunquam cognouit, neque permisit alijs ut cognosceret. Nemo enim, inquit, iniuria me afficere, aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur: ea vero quae falso de me dicuntur, prorsus negligo. Porro principes qui mortem cum vita commutauerunt, ipsi se, si verè heroes sunt, aut si quicquam possunt, vlciscuntur, si quis eis iniuriam faciat. Multa quoque constituit ad securitatem & tranquillitatem omnium, propositis edictis, quibus omnia beneficia, quae superiores principes dederant, confirmabantur, ne, dum quaeque pro se postulare oportet, molestiam caperent. Delatores quoque ex urbe expulit. Eodem tempore alterum bellum exitit in Britannia, quo bello Cneus Iulius Agricola regionem hostium vastauit, primusque omnium Romanorum, quod sciamus, Britanniam circumfusam esse mari undique cognouit. Cum enim pauci milites facta seditione, interfectisque centurionibus tribunisque suis, ad naues cofugissent, atque inde soluissent, nauigare eam partem Britanniae, quae spectat ad occidentem solè, ut fluctibus ventoque ferebantur: cumque id fecissent, atque ad altera castra Romanorum, quae tunc ibi erat, appulissent imprudentes, Agricola alios misit, qui nauibus eundem cursum teneret, ex quibus etiam insulam esse comperit. His rebus gestis in Britannia, Titus Imperator xiv. appellatus est. Agricola reliquum vitae tempus in ignominia & paupertate trāsegit, scilicet quod maiora, quam Praetori par esset, effecerat, ob easque causas à Domitiano tandem interfectus est: quanuis permissu Titii triumphauisset. Per id tempus accidere in Campania horribilia quaedam, quae magnam admirationem habent. Nam sub autumni tempus ingens incendium repente excita-

Titi dicti
t tanto Im-
peratore di-
gnum.

Titi confi-
tutiones.

Delatores.
Cneus Iulius
Agricola.
Britannia
insula Ro-
manis ante
Vespasianum
parum cogita-

Iulij Agri-
colae ingens
paupertas.

Vesui mō-
tis conflagratio mi-
raculosa.

um est, eoque mons Vesuius conflagrauit. Is mons mare spectat ad Neapolim, habetque fontes ignis maximos: ac olim quidem ex omni parte excelsus erat, sed tunc ex medio eius ignis exiit. Nam ea parte tantum exustus est, extrinsecum enim intactus integèrque permanet ad hæc tempora, ex quo fit, ut cum ignis externas partes non exurat, eaque quæ sunt in medio, consumantur igni, rediganturq; in cineres vertices qui circum sunt, usque adhuc veterem altitudinem habeant, & quæ pars igni consumpta est, dum in se coit, concava facta sit, ita ut totus mons (si licet parua cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina eius montis multas arbores habent, vitæque: ipse interius circuitu propter ignem declinatus est, ut q; summum interdum, ita noctu flammam reddit, ita ut in eo suffimenta cuiusvis generis fieri semper videantur. Quod cum ita se habeat, nec semper eodem modo, id magis aliquando, interdum minus facit: ad hæc puluerem proicit, quoties simul aliquid subsidit, emittitque saxa facto impetu ventorum: tum resonat mugitque, quod minimè densas atque consistipatas, sed raras & occultas respiraciones habet. Cum igitur Vesuius eiusmodi sit, hæc in eo quotannis ferè fieri solent. Quæ cum illis temporibus præter morem euenerint, magnæque adhuc esse videantur ijs qui ea semper inspiciunt, tamen licet omnia simul cum cæteris, quæ tum quoque euenerunt, comparentur, parua habeantur necesse est. Etenim eo tempore magnus numerus hominum inuisitata magnitudine, quales gigantes finguntur, in eodem monte regionèque finissima, ac proximis ciuitatibus interdum nocturnèque vagari, versarique in aere visus est. Post hæc consecuta est maxima siccitas, ac repente ita graues terræ motus facti, ut & omnis

Siccitas at
que terræ
motus hor-
rendi.

ea planicies fernida effct, & culmina montium sub-
 siderent. Ad hæc sonitus subterranci tanquam toni-
 trua, & super terram mugitibus similes extiterunt.
 Dein mare simul fremere, omne cœlum resonare,
 ingensque & repentinus fragor, quasi montes simul
 considerent, exaudiri. Tum exilire primum immen-
 si lapides, & ad summos vertices peruenire: deinde
 magna copia ignis fumique, ita vt omnem aerem ob-
 scuraret, occultaretque solem non aliter quàm si defe-
 cisset. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ
 erant putantibus nonnullis gigantes scditionem inter
 se facere, quòd multæ imagines eorum in fumo con-
 spicerentur, quòdque clangor tubarum audiretur.
 Alij existimabant aut mundum in chaos redigi,
 aut igni consumi, ob eamque causam properabant alij
 ex adibus in vias, alij de vijs in ades confugere, at-
 que è mari in continentem, & ex continenti in ma-
 re sercipere. Alij conturbati ea qua nondum ve-
 nerant, existimare tutiora rebus presentibus. Tan-
 ta verò erat copia cineris, vt terram marèque, atque
 adeò ipsum aerem completeret: quæ res multa damna, vt
 cuique sors tulit, importauit, non solum hominibus,
 prædiisque ac pecoribus, sed etiam pisces, volucresque
 omnes peremit, duasque vrbes, Herculannum & Pom-
 peios, populo sedente in Theatro, penitus obruit. Po-
 stremo tantus fuit cinis, vt inde peruenerit in Afri-
 cam, Syriam, & Egyptum, introieritque Romam,
 eiusque aerem compleuerit, & solem obscurauerit. Id
 Roma accidit paucis post diebus, cum omnes ignora-
 rent id quod factum erat in Campania, nec quid esset,
 coniectura assequi possent. Itaque etiam hunc putare cœpe-
 rit, omnia sursum deorsum ferri, solémq; in terram ca-
 dere

Gigantum
 imagines
 in fumo
 acris visæ.

Cineris mul-
 titudo.

Titij Vespasiani in Campania profectio. Urbis Romae perniciosum incendium.

Titij amphitheatrum atque balnea & ludi.

dere, aut terram in caelum conscendere. Quanquam autem hic cinis non attulit statim grauiam incommoda populo Romano, tamen postea morbum pestilentem & grauem immisit. Insequenti anno Tito ad visendam calamitatem Campania profecto, multa Roma conflagrauerunt, quod incendium tamen extiterat ex terra. Nam Serapis ac Isidis fana, Septa, templum Neptuni, balnea Agrippae, Pantheon, Diribitorium, theatrum Balbi, Scena Pompei, Octauiana aedificia una cum libris, templum Iouis Capitolini, cum proximis templis igni consumpta sunt. Ita id malum diuinum potius, quam humanum fuit. Licet enim ex ijs quae commemorauimus, caetera quae eo incendio perierunt, conytere. Titus ad Campanos misit duos viros consulares, qui colonias eo deducerent, ijsque grandem pecuniam dedit, atque eam potissimum, quam reliquissent ijs qui sine heredibus mortui essent. Ipse nihil a priuatis, ciuitatibus aut regibus, cum ei multa darent ac pollicerentur, accepit: quin etiam ea quae adhuc apud se habebat, restituit. Quod pertinet ad caetera, nihil praecipuum gessit: tantum amphitheatrum venationum causa, et balnea suo nomine dedicauit: tum ibi multa etiamque admirabilia fecit. Grues enim certauerunt inter se: praeterea quatuor elephanti, ac pecorum ferarum uel milia nouem interfecta sunt, quae mulieres quoque ignobiles confecerunt. multi obierunt munus gladiatorium: multi quoque conferti pedestria ac naualia praelia commiserunt. Nam amphitheatro de repente aqua impleto, in ipsum equos taurosque, aliaque mansucta animalia introduxit, quae facere didicerant ea quae in terra consueuerant. In hanc aquam introducti sunt homines in nauibus, qui in Corcyrenses & Corinthios dimisi, praelio nauali certauerunt. Extra hunc locum pugnatum est ab alijs

in horto Caij & Lucij, quem Augustus perfodi ob eandem causam iusserat. Ibi enim primo die bellum nauale cadēque belluarum facta est, lacu, qua parte statuas spectu, tabulis in adificato, ac fixis vndique trabibus. Postridie eius diei ludi Circenses facti sunt. Tertio die nauale prelium factum est hominum trium millium: post hac pedestris pugna consecuta est. Nam Athenienses superatis Syracusanis (his enim nominibus vsi pugnaerunt) cum in paruam insulam descendissent, magno impetu celeriter facto, monumentum quod ibi factum erat, inuadunt, capiuntque. Fuere per centum dies spectacula eius generis. Sed & plebi utile fuit, quod Titus paruos globos ligneos de superiore loco iaceret in amphitheatrum, in quibus scripta erat nota alicuius esculenti, vestisve, aut vasis argentei, aut aurei, equorumque & iumentorum ac mancipiorum. Quos globos qui rapuisset, attulissetque, ad dispensatores Titi, quod scriptum erat, cosequebatur. His confectis rebus postremo die, fleuit, inspectante vniuerso populo, nec amplius quicquam magnum gessit: sed insequenti anno Flauio & Pollione consulibus, dedicatis ijs que supradicta sunt, in iisdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus est. Fama est fratrem mortem ei attulisse, praesertim quod ei insidias ante parauerat: alij morbo extinctum tradunt. Cum enim adhuc respiraret, possetque forsitan conualescere, Domitianus ipsum in arcam plenam niuis coniecit, quo celerius moreretur. Eo quidem certe viuo Romam venit, introijtque in castra, ac nomen & potentiam Imperatoris accepit, deditque militibus, quantum eis frater dederat. Titus moriens, se vnius tantum modo rei pœnitere dixit: id autem quid esset, non aperuit, nec quisquam certo nouit, aliud alijs conijcentibus. Constans fama fuit, ut nonnulli

Caij atq; Lucij horti.

Nauale prelium.

Globi lignei à Titò in amphitheatrum proiecti.

Titì mors, Titus a Domitiano in arcâ niuis plenam coniectus.

nulli tradunt, quòd Domitiam uxorem fratris habuisset: alij putant, quibus ego assentior, quòd Domitianum à quo certò sciebat sibi insidias parari, non interfecisset, sed id ab eo pati maluisset, & quòd traderet Imperium Romanum tali viro, qualem eum fuisse referemus. regnavit, ut suprà dictum est, annos 11. menses 11. dies xx.

DOMITIANVS.

Domitiani
natura atq;
ingenium.



Quinquatria
festa.
Albanum.

Domitiani
erga patrem,
fratrem,
aliòsq; suos
amicos o-
dium.

DOMITIANVS homo audax erat & iracundus, prater ea insidiator & uasfer: itaque ex altero temerarius, ex altero fraudulentus erat. Multa enim. vastabat irruens celeriter instar fulminis: contrà multa damna paratus & prameditatus inferebat. Mineruam precipuè ex omnibus dycoluit, atque ob eam causam. Quinquatria magnificè celebrant: in quibus certamina poetarum, pratorum, gladiatorumq; quotànìs ferè exhibebat in Albano. nã cùlo cù sub Albano mōte, ex quo ita cognominatus est, itaq; arcē aliquā elegerat. Neminē unquā verè & ex animo dilexit, prater paucas mulieres: quanquam eum se diligere simulabat semper, quem maxime interfectum cupiebat. Adcò verò diffidebat ijs qui ei aliquid gratificabantur, aut obsequebantur in molestissimis atque grauissimis rebus, ut eos qui ei maximam pecuniam darent, aut qui multos homines calumniarentur, penitus perderet, praesertim seruos, si quid contra dominos detulissent. Cùmque se talem erga omnes praestiterit semper in suo principatu, tum vero seipsum in eo longè superauit, quòd patrem fratremque, & amicos ignominiose & perditè

dite tractauit. Eos enim oderat, propterea quod ei non concessissent omnia quae postulauerat, praestuisſentque multa, quae non satis idonea aut recta esse videbantur, & quod antea in aliquo honore fuissent. Quas ob res etſi Euarinum eunuchum amabat, tamen quod Titus ex-
 Etos quoque dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne quis in posterum intra fines Romani imperij caſtraretur. Omnino dicebat Imperatores, à quibus permulti homines non purirentur, fortunatos magis quam bonos esse: & quasi in scena eſſet, ſimulabat ſe fratrem amare ac lugere, laudabatque non ſine lachrymis, cum tamen omnia contra quam vellet, praeferebat. nam Circenſes ludos, qui natali die illius fiebant, diremit: ceteri, quem admodum condolerent, aut ei congratularentur tunc, neſciebant, ne aut ei moleſtiam afferrent, aut eius diſſimulationem percipere viderentur. Cum autem de caeſare Domitiae uxoris ſuae conſultaret, propter admiſſum adulterium, capto conſilio de ſententia Verſi, eam repudiari, propter quam Paridem ſaltatorem in media via occidit: ac poſtquam accepit eum locum à multis hominibus floribus frondibusque & virgultis ornari, eos interfici iuſſit. Quibus conſectis rebus, palam cum ſtratris ſui filia Iulia tanquam cum uxore coibat. Multos primarios viros compluribus de cauſis morte & exilio de medio ſuſtulit. Sed neque Veſtaliſus pepercit, in quas animaduertit, quaſi cum viſis conſuetudinem habuiſſent, de quibus cum eſſet aſperè & acerbè quaſitum, ac multi qui accuſati fuerant, ſupplicio afficerentur, id vniuſum pontificibus Eluius Agrippa non ferēs, atque eo perterritus, in Senatu, ubi tum erat, extinctus eſt. Domitianus proſectus in Germaniam cum exercitu, hoſte neſquam viſo, reuertit. Hoc loco mihi commemo-

Edictum, ne quis intra Romani Imperij fines caſtraretur.

Circenſes ludos.

Domitiae repudiata.

Paris.

Domitianum inſeſtus. Grauis in Veſtaliſus virgines animaduertio. Eluius Agrippa pro morte.

morare non necesse est ea quæ tum ob eam causam ei, ca-
 terisque Imperatoribus eius similibus semper tributa
 sunt, ne paruos honores adepti, ac proinde rati se contem-
 ni, molestè & grauius ferrent. Illud fuit in eo grauissi-
 mum, quod cum se, adulari cuperet, utrisque & colètib. eũ,
 & nõ colètib. pariter succèsebat: illis, quod assentari, his, quod
 negligere viderentur. Ad eò verò stultè elatus est & in-
 solènter, ut Consul decem annos perpetuos, & Censor,
 quandiu viueret, primus solusque ex priuatis ciuibus
 atque Imperatoribus designatus sit. Victores cepit qua-
 tuor & viginti: ut quæ, veste triumphali vteretur, quoties
 veniret in Senatum, obtinuit. Mensem Octobrem,
 quòd in eo natus erat, Domitianum cognominauit.
 Aurigarum duo genera adiunxit, quorum vnum au-
 reum, alterum argenteum appellauit. Spectatoribus mul-
 ta crebrò largiebatur in spheris paruulis: nonnũquam
 conuiuium faciebat eis in eodem loco sedentibus, præb-
 atque sæpenumero vinum fluens nocturno tempore.
 Quæ res ut multitudini erat voluptati, ut par est, ita po-
 tentibus viris causâ erat interitus. Multos enim occi-
 debat, cum non haberet vnde tantos sumptus faceret,
 partim reos factos in Senatu, partim absentes accusatos,
 nonnullos quoque ex insidijs clandestinis venenis sustu-
 lit. Per id tempus maximum bellum fuit populo Ro-
 mano cum Dacis, apud quos Decebalus regnũ obtine-
 bat. Is erat in cognoscendis rebus bellicis perspicax, in agẽ
 do solers, promptusque ad inuadendũ, & ad regrediendũ,
 si res ita postulabat. Nouerat enim optimè insi-
 dias facere, prælium committere, optimè uti victoria,
 & acceptam cladem ferre moderatè. Quamobrem diu-
 tissimè aduersarius grauis fuit populo Romano. Porro,
 eam gentem Dacos appello: nam ita se ipsi nominant
 eodem

Domitia-
 nus consul
 fuit decẽ an-
 nos perpe-
 tuos.

October Do-
 mitianus ap-
 pellatus est.

Factiones
 aurigarum
 duz.

Domitiani
 ob pecuniã
 colligendã
 magna cru-
 delitas.

Daci.
 Deceballi
 militaris
 fortitudo.

eodemque nomine à Romanis appellantur, et si nō ignoro eos à quibusdam Græcis Getas esse dictos. Quod an rectè factum sit, nescio: illud quidem scio, Getas trans *Hemum* apud *Danubium* incolere. At *Domitianus* ducto in eos exercitu, quanquam ipse bellum nulla ex parte attigit (erat enim non solum impatiens laboris corporis, sed etiam animo timido & imbelli, petulansq; & libidinosus non modo in mulieribus, sed etiam in pueris) tamen missis ducibus ad bellum gerendum, ac magna parte militum turpiter amissa, ut victor Romam literas misit. Quamobrem ei tot & tanta decreta facta sunt, ut in omni ferè orbe terrarum, qui sub ditione eius erat, statuæ aureæ atque argenteæ posite sint. Edidit sumptuosum spectaculum, ex quo nihil dignum historia accepimus, præterquam quod virgines cursu certauerunt. Post hæc dies festos egit, videlicet triumphales: exhibuit crebra certamina, prælijs peditum, ac deinde equitum commissis in circo, tum etiam in nouo quodam loco bello nauali facto, in quo non solum omnes ferè qui pugnaverunt, mortui sunt, sed etiam multi ex spectatoribus, propterea quod maximo imbri, & vehementi tempestate repente commota, nemini permisit abire ex spectaculo: & quanquam ipse penulam mutauit, tamen ceteros nihil mutare passus est. Qua ex re non pauci in graues morbos inciderunt, & mortui sunt. Itaque populo nocturnum epulum dedit, eius consolandi causa. Nocturnum enim sepe exhibebat certamina, in eaque nonas & mulieres introducebat. Utq; plebi eo tempore, ita post principibus Senatorij & equestris ordinis conuiuium in hunc modum fecit. Apparauit ædes nigerrimas ex omnibus partibus: erant enim atra laquearia, parietes ac pauimentum, in eoque sedes nudæ eodem modo col-

Getæ,
Domitiani
in rebus ge
rendis mol
licies.

Statuæ Do
mitiani.

Speacula
à Domitia
no edita.

Cæna sepul
cralis, & cō
uiuij larua
le.

locata erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet absque comitibus: ac primum omnium iuxta unumquenque columnam collocat, factam instar sepulchri, in qua nomen eius scriptum erat, pendebatque de ea lychnuchus paruus, ut assolet in monumentis: tum nudi pueri, atramentoque obliti, tanquam spectra quadam ingrediuntur, ipsosque horribili saltatione circum-eunt, eoque facto ante pedes ipsorum consistunt, ad extremum omnia que in exequiis mortuorum adhiberi solent, in vasis eodem modo eis apposita fuerunt. Quas obres quisque maximè reformidare cœpit, & perhorrescere, quòd se iam expectarent interfectum iri, præsertim quòd cateris magnum silentium erat, quasi iam mortui essent, quòdque Domitianus sermonem habebat de ijs rebus qua ad mortem, quæ ve ad cades pertinerent. Tandem verò illos dimittit, præmissis famulis ipsorum qui in vestibulis adium remanserant. Cùmque preparasset alios incognitos homines, à quibus domum reducerentur, vehiculis & lecticis datis, ijs metum multo maiorem incussit. Iam quisque domum venerat, iamque respirare quodam modo incipiebat, cùm nunciatum est, nonnullos ab Augusto venire. Qua ex re eis mori omnino expectantibus, ab vno horum oblata est columna argentea, ab altero aliud quippiam, ab alio vas ex ijs qua in cœna apposita fuerant, quæ que erant preciosissima: postremo puer ille qui antè dæmonem representauerat, unicuique lotus & ornatus oblatus est: eoque pacto illi totam noctem magno timore perculsi, munera acceperunt. Et Domitianus hos triumphos egit, vel ut vulgo lequebantur, exequias eorum qui in Dacia, Romaniaq; mortem obierant. Iisdem temporibus interfecit quos

Exequiis eorum qui in Dacia Romaniaq; obierant.

quosdam primarios viros, priuauitque facultatibus. eum qui unum ex ijs in prædijs suis defunctum sepultura affecerat. Caterum Dacico bello hæc accidere memoria digna. Iulianus, cui cura belli gerendi ab Imperatore mandata erat, cæteris rebus bene constitutis, iussit militibus ut sua & centurionum nomina in scutis inscriberent, quò facilius ij qui præclare aliquid aut turpiter fecissent, agnoscerentur: congressusque cum hostibus in Tapis, magnum numerum eorum concidit. ex quibus Vezinas, qui secundum locum post Decebalum obtinebat apud suos, cum viuus non posset se in fugam conijcere, de industria pro mortuo cecidit: deinde noctu clam profugit. Decebalus veritus, ne Romani quasi victores in regias eius irruerent, arbores, quæ prope eas erant, excidi mandauit, & arma truncis imponi, ut hostes veriti, ne milites adessent, regrederentur, id quod factum est. Per id tempus Antonius, qui Germaniæ præerat, insurgere contra Domitianum est ausus. Hunc Lucius Maximus deuicit, & bello cepit: qui etsi propter victoriam non est magna laude dignus, tamen quòd literas omnes inuentas in arcis Antonij combussit, neglecto proprio periculo, ut cæteri calumniæ effugerent, laudari dignè nunquam potest. Sed Domitianus inde nactus occasionem, etiam absque literis animum induxit ad cædes faciendas, nec quot homines interfici inusserit, dici potest. ex quorū numero Iulius Cæuaster adolescens, qui fuerat tribunus militum spe Senatoriæ dignitatis obtinenda, cõtra opinionem euasit. Nã cùm sapenumero solus cum eo sermones conferre deprehensus fuisset, nec posset alio pacto causam conuersionis eluere, cum eo se consuetudinem habuisse,

In Dacico bello à Iuliano quid gestum.

Vezinas.

Stratagemæ Deceballi.

Antonij rebellionẽ facit in Germania. Lucius Maximus.

Iulius Cæuaster.

& amore coniunctum esse dixit: erat enim talis ut ama-
 ri posset, itaque liberatus est. Cetera quæ facta sunt illis
 temporibus, prætermittam, si hoc unum dixero, Lucia-
 num Proclum Senatorem atate prouectum, ac plerun-
 que ruri vitam agentem, coactum fuisse proficisci ex
 Urbe cum Domitiano, ne si videretur eum in periculis
 deserere, morte afficeretur. Sed postquam nuncium de
 parta victoria allatum esse intellexit, Viciisti, inquit,
 Imperator, ut optabam: quamobrem, ut ruri me resti-
 tuas, peto. Itaque dimissus rus abiit: cumque longo tem-
 pore diutissime vixerit, postea tamen amplius ad eum
 reuersus non est. Per id tempus cœpere nonnulli acubus
 oblitis veneno, quos collibitum esset, pungere, qua ex re
 multi eorum ne sentientes quidem moriebantur. Mul-
 ti ex illis, cum delati essent, supplicio affecti sunt: idque
 non solum Romæ, sed etiam in omni ferè orbe terra-
 rum factum est. Vlpio verò Traiano, & Aquilio Gla-
 brioni, qui unâ tum Consulatum gerebant, eadem pro-
 digia dicuntur euenisse, ex quibus Glabrioni interitus,
 Traiano summum imperium prædictum est. Mulier
 quòd exuta fuerat ante statuam Domitiani, damnata
 & interfecta est. In numero eorum qui tum interfecti
 sunt, quorum est magna multitudo, fuit Metius Pom-
 pusianus, quem Vespasianus propterea nullo vnquam
 damno affecerat, quòd acceperat ex aliquo responso
 eum regnaturum, sed ob eam causam habuerat in ho-
 nore, de eoque dicere solebat: Pompusianus memor erit
 officij mei, & remunerabitur. Hunc Domitianus ante
 in Cynnum relegauit, ac tum interfecit, accusatū præ-
 ter cetera, quòd haberet orbem terræ pictum in parie-
 tibus cubiculi, quòdque conciones regum & ceterorum
 principum, quæ sunt apud Liuium scriptæ, euolueret,
 & stu

Lucianus
Proclus,

Acus oblite
veneno.

Vespasiano
Imperij Me-
tij Pompu-
siani respon-
so prædictū.

& studiose legeret. Maternum sophisten occidit, quòd
 exercendi sui causa in tyrannos dixerat. Cum accusa-
 toribus & testibus vnà aderat presens, confingebatque
 & comminiscabatur omnia quæ dici ab ijs oporteret:
 saepe etiam cum ijs qui vincti essent, colloquebatur, re-
 motis arbitris, eorumque vincula tenebat in manibus,
 quòd nec alijs crederet ea quæ dicenda esse existima-
 ret, quòdque illos vinculis constrictos timeret. Caterum
 Domitianus, vt Censor, rem memoria dignam fecit.
 Nam Cæcilium Rufinum propterea Senatu mouit,
 quòd saltaret: & Claudium Pacatum, etsi Centurio fue-
 rat, domino reddidit, quòd eum seruum esse constaret.
 Porro quæ sequuntur, dissimilia sunt, quæq; ab eo facta
 sunt summa Imperatoris potestate. Nam Rusticum
 Arulenum interfici iussit, propterea quòd philosopha-
 batur, quòdque Thraseam diuinum fuisse hominem di-
 cebat. Itemque Herennium Senecionem, quòd cum vi-
 xisset diutissime post Quæsturam, nullum magistratû
 petiisset, quòdque Eluidij Prisci vitam conscripseret:
 compluresque alij ex eadem causa, quòd studio philoso-
 phiæ operam darent, occisi fuerunt, cæteris omnibus ex
 vrbe iterum expulsis. Iuuenius verò Celsus, qui cum
 quibusdam primarijs viris contra eum coniurauerat,
 fueratque ob eam causam delatus, saluus nec opinatò cõ-
 seruatus est. Iam enim damnandus petijt, vt sibi liceret
 cum Domitiano secreto colloqui: ac deinde eum adorans,
 dominum & Deum, quibus nominibus iam quoque ab
 alijs appellabatur, crebrò nominans, Ego quidem, in-
 quit, nihil tale commisi: quòd si differre tibi placuerit,
 omnia inuestigabo curiose: deinde multos ad te defe-
 ram, multosque coniuratos indicabo. ita ob hanc causam
 dimissus, neminem in posterum indicauit: sed allatis

Maternus
sophista.

Cæcilius Ru-
finus Senatu
ob saltatio-
nē motus.
Claudius Pa-
catus.
Rusticus A-
rulenus.

Herennius
Senecio.

Eluidius
Priscus.

Iuuenij Cel-
si astus.

alijs atque alijs causis, rem in tempus distulit, quo Domitianus mortuus est. In eisdem temporibus ea via, quae inter Sinuessam est & Puteolos, fuit lapidibus strata. Eodem anno Domitianus cum multos alios, tum verò Fabium Clementem Consulem, et si nepos eius erat, duxeratque uxorem Flauiam Domitillam propinquam ipsius, morte affecit, illato ambobus crimine impietatis. Cuius rei causa multi, qui in mores Iudeorum transierant, damnati sunt: quorum pars occisa est, pars spoliata facultatibus: Domitilla tantummodo in Pandateriam relegata est. Glabrimonem quoque qui cum Traiano magistratum gesserat, accusatum praeter cetera superioris criminis, & quòd cum bestijs pugnauisset, interfici iussit, cui praesertim propter inuidiam insensus erat. Nam cum eum Consulem in Albanum vocasset ad Iuvenalia, coegissetque immanem leonem expugnare, Glabrio non solum à leone laesus non est, sed etiam eum egregie confecit. His de causis Domitiano omnes homines suspecti esse coeperunt: non enim amplius in libertis, non in praefectis pratorio, quos etiam in praefectura curabat damnari, spem firmam habebat. Nam Epaphroditum libertum Neronis, quem antea relegauerat, tunc interfecit, criminatus eum opem Neroni non tulisse, et sumpto de illo supplicio, liberos suos ne quid tale committere auderent, multò antè deterreret. Quae res tamen nihil ei profuit: siquidem in sequenti anno ex insidijs occisus est, Caio Valente (qui cum nonaginta annos habens consulatum gessisset, mortuus est) & Caio Antistio consulibus. Inuasere eum homines insidias moliti, Parthenius cubicularius eius, licet ab eo magno honore ferendi gladij affectus esset: & Sigerus, qui & ipse cubicularius erat: itèrque Entellus, cui incumbere cura libel

Domitilla
in Pandare
riâ relegata
Glabrionis
mors.

Cædes Epaphroditum
Neronis liberti.

Partheni.

Sigerus.

Entellus.

libellorum Imperij, cum Stephano liberto: sed neque Domitia vxor, neque Norbanus praefectus praetorio, neque collega eius Petronius Secundus id dicuntur ignorasse. Nam & Domitia in odium eius venerat, timebatque ne se interfici iuberet, & ceteri amplius eum charum non habebant, quod iam quibusdam eorum nonnulla crimina inferebantur, quodque ceteri, ne idē sibi eueniret, metuebant. Equidem illud etiam accipi, Domitianum statuisse eos omnes interficere, quod iam ei suspecti forent, atque eorum nomina scripta in tabulis iuliaceis, iisdemque duplicibus sub puluinari eius lecti in quo requiescebat, abdidisse: quas cum inde nudus & garrulus puer fortē dormiente eo accepisset, easque interdū haberet in manibus, ignorans quid ferret, Domitiam fortē occurrisse, eaque qua scripta erant, legisse, ac postremō rem omnem illis significauisse. Quare animaduersa, maturauere insidias: et si antē ad rem gerendam non sunt aggressi, quā successorem imperij confirmauerint. Quae de re cum sermonem habuissent cum multis, nec vellet quisquam Imperium adipisci, quod omnes tentari se ab ijs metuebant, tandem ad Neruam venerunt: is erat vir nobilissimus atque humanissimus, veneratque in periculum, calumniantibus eum astrologis, ita ut ex hac re multo facilius ei persuaserint, ut Imperium reciperet. Nam Domitianus indagatis diebus horisq; in quibus principes viri nati essent, plerosque etiam ex ijs qui potentiam nunquam sperauerant, sustulerat: adeoq; Neruam occidi iussisset, nisi vnus ex astrologis pro sua in ipsum beneuolentia dixisset, eum paucis post diebus moriturum. Sed nihil est eius modi, quod non antē prospectum & praeuisum sit. E-

Stephanus
libertus.
Norbanus.
Petronius
Secundus.

Tabula inter-
ficiendo
rū in lecto
Domitiani
fortē inuen-
ta.

Dominādi
infana libi-
do.

Prodigia
ante Domi-
tiani mortē
visa.

Largini Pro-
culi de Do-
mitiani
morte vati-
cinium.

Decem my-
riades drac.
Miraculum
ingens.

Domitiani
mors.

venere Domitiano prodigia, quod Rusticum ad se cum gladio accedere, & Mineruam, quae in cubiculo eius collocata erat, arma abijcere, eandemque ex curru, qui nigris equis traheretur, in magnum hiatum descendere in somnis vidit. Illud verò maxime est admirandum, quod Larginus Proculus publice praedixit in Germania, Domitianum, quo die excessit e vita, mortem obituum: cumque esset ob hanc causam ab eo qui provincia praerat, Romam missus, introductusque ad Domitianum, id ita etiam tunc confirmavit fore. itaque rei capitalis damnatus est: sed dilato supplicio, quo tum demum afficeretur, cum ille periculum effugisset, tandem necato Domitiano saluus euasit, & a Nerua quadringenta sestertia accepit. Fuit alius, qui cum Domitiano tempus & genus mortis praedixisset, ab eoque vicissim interrogatus, quem exitum vitae ipse esset habiturus, respondisset, fore ut a canibus dilaniaretur, viuis exuri iussus est: sed admoto igni, tantus imber aqua effluxit subito, ut rogi extingueretur, in quo canes eum cum vinctis a tergo manibus reperissent, dilacerauerunt. Possum referre praeterea aliud quod dictum est inopinatum atque mirabile, idque ego, posteaquam de Domitiani morte dixerō, exponam. Igitur postquam Domitianus de tribunali surrexit, voluitque interdium, uti consueuerat, requiescere, primum Parthenius gladium ferreum, qui sub eius puluinari erat semper, accepit, ne eo Domitianus vteretur: mox Stephanum virum robustiorem ceteris omnibus intromisit, isque vulnus ei inflixit, non lethale illud quidem, & a Domitiano ad terram prostratus est: tum Parthenius veritus ne Domitianus eua-deret, irrupit, aut Maximum libertum, ut quidam putant, immisit. Ita Domitianus occisus est: tum etiā Ste-
phanus,

phanus, accurrentibus subito, irruentibusque ijs qui consocij coniurationis non fuerant. Quod verò paulo antè dicebam mihi omnino admirabile videri, est, quòd Apollonius Tyaneus eo ipso die & hora, qua Domitianus occidebatur (nam id postea rescitum est ex ijs qui utroque fuerunt) eum in præcelsum atque editum saxum sine Ephesi, siue alibi conscendisset, multitudine hominum conuocata, in hunc modum dixit: Rectè Stephane, euge Stephane, percutere homicidam, percussisti, vulnerasti, occidisti. Quæ etsi plerisque videntur esse incredibilia, tamen ita facta sunt. Vixit Domitianus annos quatuor & x l. menses x. dies sex & xx. regnavit annos xv. dies v. Corpus eius Phyllis nutrix furata sepeliuit.

Apollonij Tyanei de morte Domitiani verba ad populum.

NERVA.



OST eadē Domitiani Nerva Cocceius Romæ Imperator designatus est: de inde pleræque statua Domitiani, argentea atque aurea (quippe odio apud omnes erat) sublata ac dissipata sunt, ex quibus grandis pecunia redacta est. Fuere quoque arcus triumphales, quos ei plurimos fecerant, disturbati. Nerva autem eos qui rei facti erant impietatis, absoluit, exulesque restituit. Servos verò ac libertos, qui insidias dominis patronisve suis fecerant, omnes interfici iussit, cautique, ne eis liceret crimen ullius facinoris dominis inferre: neminem quoque impietatis, aut ritus Iudaici accusari permisit. Tam multi enim per calumniã damnati fuerant, in quorum numero Seras philosophus fuit, ob eamque rem ingens tumultus concitatus erat (omnes enim accusabantur ab omnibus) ut ferant Frontonẽ (consulem dixisse, malum quidem esse, Imperatorem habe-

Domitiani statua dissipata.

Arcustrium phales. Nerva lex contra servos.

Seras philosophus. Fronto Consul.

re, sub quo nemini licet quicquam facere: sed multo peius esse, cum omnia licent omnibus. Quibus cognitis rebus Nerua talia fieri in reliquum tempus vetuit. Erat Nerua senectute & languenti stomacho imbecillior: nam ex eo cibum, quem ceperat, euomebat. Statuas aureas aut argenteas sibi fieri vetuit, bonaque, quacunque adhuc inuenta sunt in Palatio, restituit ijs quibus ea Domitianus per iniuriam ademerat. Ciuibus Romanis, qui in summa foret egestate, agrum dedit ad sexcentios sesterium, eius agri emptione diuisioneque quibusdam viris Senatorij ordinis imperata. Cumque egeret pecunia, magnum numerum vestium, multaque vasa argentea atque aurea, & reliquam suppellectilem non modo de priuatis suis, sed etiam de principalibus rebus, multa etiam praedia, multaque domos, atque in summa omnia, praeter ea qua necessaria erant, vendidit. Neque vero in precijs harum rerum sordidus, sed in hoc ipso benignus erga multos & liberalis fuit. Multa sacrificia, multosque ludos Circenses, aliaque nonnulla spectacula sustulit, ut sumptus, quoad eius fieri posset, minueret. Iurauit in Senatu, nullum e Senatoribus suo iussu interfectum iri: idque insurandum facta etiam coniuratione contra seratum fecit. Cumque nihil absque primarijs viris gereret, multas leges tulit, praesertim ne quis eunuchum faceret, neve quis neptem in uxorem duceret. Virginium Rufum, qui saepe Imperator appellatus fuerat, non est grauatius collegam in Consulatu assumere: in cuius mortui sepulchro inscriptum fuit, eum superato Vindice, nequaquam sibi Imperium peperisse, sed patriae. Nerua quidem vsque adeo bonus princeps fuit, ut aliquando dicere ausus sit, se nihil fecisse, quo minus posset deposito imperio priuatus tunc viuere. Cum autem Calpurnius

Crassus

Mille quin-
geta myria
des drach.
Nerue libe-
ralitas atq;
benignitas.

Sacrificia
atq; specta-
cula a Ner-
ua sublata.

Leges a Ner-
ua latae.
Epitaphium
virginij Ru-
fi.
Nerua opti-
mi Impera-
toris exem-
plar.

Crassus, è celebri illa Crassorum familia oriundus, atq; alij nonnulli contra eum coniurassent, eos, cum nondum rescirent patefactam esse coniurationem, in spectaculo iuxta se collocavit, isque gladios tradidit in manus, ut, sicuti dicebat, an satis acuti essent, inspicerent, quemadmodum fieri solet: reuera autem id fecit, ut eis ostenderet sibi nequaquam curæ esse, si vel in eodem loco statim necaretur. Casperius quoque *Ælianus*, quem, ut antea factum erat a *Domitiano*, prætorianis præfecerat, milites in eum concitavit, ut nonnullos ex ijs ad supplicium depesceret. Cui adeo restitit *Nerua*, ut etiam nudum ingulum præbuerit, quamvis nihil egerit. Ij quidem, quos voluit *Ælianus*, interfecti sunt. Hac de causa *Nerua*, qui propter senectutem minimè honorabatur, sed contempus erat, in *Capitolium* cõscendit, ibique magna voce, quod felix faustumque sit, inquit, *Senatui populoq; Romano*, mihiq; ipsi *M. Ulpium Neruam Traianum* adopto: eundemque postea in *Senatu* *Cæsarem* designavit, atque ad eum sua manu scripsit (is tum præerat *Germania*.)

Casperius
Ælianus.

Traianus à
Nerua Imperator dictus.
Versus Homeri Iliad. e

Τὴν αὖ Δανάοι ἐκεί δάκρυα σοῖσι βέλειαι:

Telis *Nerua* tuis lachrymas ulciscere nostras. Itaque *Traianus*, quanquam *Nerua* propinqui non deerant, tunc *Cæsar*, ac postea *Imperator* factus est. Nec enim ille coniunctionem sanguinis anteposuit publicæ utilitati: neque rursus eum deterruit, quod *Traianus* homo *Hispanus*, nec *Italus* erat, nec *Italicus*, quodque ante eum nemo alterius nationis *Imperium Romanum* obtinuerat. Censebat enim virtutem cuiusq; non patriam existimari & ponderari oportere. His cõfectis rebus mortuus est, regnavit annum unum, menses IIII, dies IX. Vixit annos L. x. menses x. dies x.

Hispanus
Traianus.
In Cæsaris electione publica vtilitas sanguinis coniunctioni anteponenda.

TR A

XIPHIL. E DIONE
T R A I A N V S.Troiani sō-
nium.

TR A I A N O, priusquam Imperium adipisceretur, visum est in somnis, virum iam grandem natu, veste purpurea & corona ornatum, qualis pingitur Senatus, primum in sinistram partem iuguli ipsius, post in dextram annulo sigillum impressisse. Ut autem Imperator factus est, multa sua manu scripsit ad Senatum, atque illud in primis, se nullum unquam virum bonum interfecturum, aut notaturum ignominia: idque non tunc solum, sed etiam postea iureiurando confirmavit, & Alianum pratorianosque milites, qui contra Neruam seditionem fecerant, quasi uti vellet eorum opera, accersi iussit, eosque de medio sustulit. Postquam Romam venit, multa fecit ad emendandum corrigendumque statum reipublice, atque in gratiam bonorum, quorum in primis cura gessit. Nam ciuitatibus Italiae multa largitus est ad educationem liberorum, in quos magna beneficia contulit. Huius uxor Plotina cum primum ingrederetur in Palatium, essetque adhuc in gradibus: conuersa ad multitudinem, Talis, inquit, huc ingredior, qualem me exire cupio. Ea quidem sic se gessit in principatu, ut iusta reprehensione caruerit. Traianus autem cum Roma aliquandiu commoratus esset, in Dacos cum exercitu proficiscitur, quod secum ea quae ab alijs gesta essent, reputaret, quodque pecunia quam ipsi quotannis capiebant, grauaretur: & quod eorum copias indies auferri, efferrique animos animaduerneret. Cognita eius profectio, Decebalus pertimuit, quippe sciebat antea non populum Romanum, sed Domitianum ab se superatum esse: tunc autem bellum sibi fore cum populo Romano

Plotina | v-
xor Traia-
ni.Traiani in
Dacos expe-
ditio.

mano

mano, Traianoque Imperatore, qui iustitia, fortitudine, bonitate longè antecelleret, ac viribus corporis præditus esset. (quisppè regnare cœpit agens annum secundum & quadragesimū) & ita vigeret animo, ut non eū iuuentus temerarium, non tardum efficeret senectus. Traianus quidem nulli inuidebat, perdebātque neminem: bonos omnes ornabat honoribus, & dignitatibus augebat. Ex quo fiebat, ut neque timeret quenguam, nec haberet odio. Nullam fidem habebat calumniatoribus, nulla ira tenebatur: abstinebat ab aliena pecunia non minus, quàm ab iniquis cædibus. Magnos sumptus fecit belli pacisque temporibus. Multa, eaque apprime necessaria adificauit, cuius generis sunt viæ, portus, & adificia publica, quorum tamen causa nullius vnquam sanguinem effudit. Magnificus enim natura & magnanimus erat. Itaque postquam Circum collapsum restituit, maioremq; reddidit atque pulchriorem, inscripsit in eo, perfecisse se ut populo Romano sufficeret. Amari à ciuibus cupiebat magis quàm honore affici. Cum populo humaniter, cum Senatu honorificè versabatur. Charus ciuibus, hosti formidolosus erat. Venationibus, conuiujs, seriisque ac iocosis rebus ciuiū intererat. Sape quartus discumbebat, veniebātque in ades eorū, interdum nulla munitus custodia, ibique nonnunquam requiescebat. Bonarum artium expers & ignarus fuit, licet verè ea que ad virum doctum pertinent, intelligere, ac facere videretur. Cuncta in eo viro optima atque præstantissima erant: nam etsi erat amoribus puerorum & vino deditus, tamen nihil ob eam causam turpiter aut nequiter fecit, passusve est, quamobrem iure reprehenderetur. Licet enim vinum largiter biberet, tamen sobrius erat, & quod ad pueros attinet, nemini molestus fuit. Cūq; esset

Traiani encomium.

Adificia à Traiano erecta.

Traiani popularitas.

Optima beligerèditiatio.

esset

esset audius belli, ita sibi in eo temperabat, ut hostes frangeret, amicos autem augetet. Non enim ei unquam accidit, quod euenire in huiusmodi solet, ut milites feroces se & insolentes praeberint: usque adeo bene & ratione imperabat. His de causis Decebalus merito eum verebatur. Postquam Traianus in Dacos exercitum duxit, nec longe absit ab ijs locis in quibus Barbari castra posuerant, fungus ingens ad eum allatus est, in quo scriptum erat Latinis literis, Burros sociosque omnes a Traiano petere, ut pace facta domum reuenteretur. sed Traianus nihilo minus conflixit. Quo in praelio quanquam magna caedes hostium facta est, tamen multos ex suis saucios vidit. Cumque deficerent ea quibus vulnera militum obligarentur, fertur ne vesti quidem suae pepercisse, sed eam discidisse ad obliganda vulnera militum, ce sisq; in praelio statuisse aram, in qua quotannis parentari iussit. Post contendit ad editiora loca montium, indeque alijs atque alijs occupatis collibus, non sine magno periculo ad regiam Dacorum peruenit: quos Lucius ex altero latere adortus, magnum numerum eorum concidit, cepitque. Decebalus continuo primores eorum qui pileos gestabant, ad Traianum mittit, pacemque per eos ab ipso postulat, seq; imperata facturum pollicetur. Is iubet arma, machinasq; & earum artifices tradere, transfugas dedere, diruere propugnacula, de regione, quae ex finitimis cepisset, decedere, & amicos hostesque eosdem, quos populus Romanus haberet, existimare. Has condiciones Decebalus deductus ad Traianum inuitus accipit, eumque prostratus ad pedes veneratur. His confectis rebus Traianus in Italiam reuertitur. Tum legati Decebali inmittuntur in Senatum, depositisque armis, iunctisque manibus more seruorum, pauca supplices loquuntur: dein

Fungus inscriptus Latinis literis. Traiani cum Decebalo Dacorum duce conflictus.

Decebalicum Traiano pax quibus conditionibus facta.

con
de
P
tor
tin
ha
po
li
m
ga
ga
pa
te
re
ba
li
D
ru
en
de
su
m
su
ci
d
m
su
ce
u
tr
c
p

confirmata pace arma recipiunt. eoque facto Traianus de Dacis triumphavit, & Dacicus cognominatus est. Post in theatrum gladiatores, quibus delectabatur, saltatoresque reduxit, ex quorum numero Pylades ei praesertim charus erat. Porro in tanto armorum studio curam habuit ceterarum rerum: nam in foro Augusti, & in porticu Liviae, ac in plerisque alijs locis ius pro tribunali dicebat. Dum haec geruntur, nunciatur Decebalum multa contra foedus facere, arma comparare, transfugas recipere, arces instaurare, finitimas nationes per legatos ad defectionem sollicitare, eosque qui ipsi ante non paruerant, diripere. Iamque Lazygum nonnullam partem regionis occupavisse: quam cum illi postea repeterent, Traianus eam non restituit. ob has causas Decebalus hostis iterum à Senatu indicatur. Traianus id bellum per se, non per alios duces confecit. Et quanquam Decebalus Traiano multo erat imbecillior, tamen parum abfuit quin eum ex insidijs tolleret. Misit enim transfugas in Mysiam, qui Traianum occiderent: ad quem cum antea erat semper facilis accessus, tum verò belli temporibus cum quibusvis facillimè colloquebatur: sed id facinus transfuga facere non sunt ausi, propterea quòd unus ipsorum cum in suspicionem venisset, captus magna vi tormentorum, insidias patefecerat. Sed Decebalus Longino, quem Romani ducem habebant, peritissimum rei militaris, persuasit, ut se adiret, quasi statuisset imperata eius facere. Hunc cum venisset, comprehendi iussit, rogavitque publicè Traiani consilia. Post ubi nihil potuit ex eo cognoscere, mandavit ipsum solutum vinculis in custodia retineri: deinde petijt à Traiano per literas, ut recepto Longino secum reconciliari

Traiani de Dacis triūphus.

Pylades.

Decebalus à Romanis defectio.

Nouus bellum inter Dacos & Romanos exortus.

Longinus Traiani dux atque legatus, contra iurgium turpiter à Decebalus tractatus.

Longini
mors.

Pōs magni-
ficus in Da-
nubio.

vellet. Cui Traianus ita respondere visus est, ut Longinum neque multi facere, neque prorsus contemnere videretur: cuius mortem licet non expeteret, tamen eiusdem salutem non magnopere postularet. Quae dum animaduerteret Decebalus, statueretque quid sibi faciendum esset, Longinus sumpto veneno, quod seric nactus erat, moritur. Interim Traianus pontem lapideum in Danubio faciendum curauit, quem ego quidem dignè admirari non queo. nam etsi Traiani sunt alia opera magnifica, tamen is pons longè omnibus antecellit. Eius pontis pile sunt XX. ex lapide quadrato, singulae absque fundamentis, altitudine pedum CL. latitudine pedum LX. distant inter se intervallo CLXX. pedum, suntque cum fornicibus coniunctae. Cuius operis sumptus licet sit incredibilis, tamen plus admirationis habet, quod haec in fluuio gurgitibus pleno, limosoque alueo facta sunt, quodque fluxus eius fluminis aliò auerti non potuit. Neque verò latitudo ipsius idcirco à me dicta est, quia permagna sit: nonnunquam enim duplo triploque maius inundat, sed quod tanta sit in eo loco angustissimo, quo tamè nullus erat ad faciendos pontes accommodatior. Quo in loco quanto magis flumen ex lato in angustum fluit, rursumque ex angusto multo fit latius, tanto rapidius fertur, altiusque est, ut id pontis faciendi difficultatem maximè augeat. Ex quo Traiani magnitudo animi intelligi facile potest. Is pons nobis quidem nulli est vsui: nec enim transitur: extant pile eius ostentationis causa, quasi tantummodo factae sint, ut constet ex ijs nihil esse, quod humano ingenio effici non possit. Hunc pontem Traianus fecit, metuens ne Danubio conglaciato frigoribus, Romanis qui trans flumen essent, bellum inferretur, quod si eueniret, ut posset per eum copias facile traducere. Sed

Adria

Adrianus contra metuens, ne barbari oppressis custodia-
 bus pontis, in *Asiam* facile transirent, superiores
 partes eius disturbare iussit. Igitur Traianus eo ponte
 facto, Danubium transiit: dein securè bellum gessit ma-
 gis, quàm celeriter, ac Dacos vix tandem subegit. Mul-
 ta in eo bello ipse strenui Imperatoris, ac viri fortis faci-
 nora edidit, multaque pericula milites eius adierunt,
 seque fortes viros præstiterunt. Ex quibus vnus eques
 saucius exportatus ex prelio ad sananda vulnera, ubi
 desperatam esse salutem cognouit, ex tabernaculo (non-
 dum enim vis mali eum oppresserat) iterum in aciem
 processit, magnisque rebus gestis, mortuus concidit. De-
 cebalus postquam regiam, regionemque suam omnè cap-
 tam esse cognouit, imminerèque periculum, ne ipse quo-
 que caperetur, manus sibi attulit. Eius caput Romam
 perlatum est, & Dacia in potestatem venit populi Ro-
 mani, in eamque Traianus coloniam deduxit. Thesau-
 ri Decebali quanquam in Sargetia flumine, non pro-
 cul à regia eius repositi erant, inuenti sunt. Decebalus
 enim flumine opera captiuorum auerso, perfossoque al-
 ueo, magnam vim argenti aurique, tum preciosissimas
 quasque res atque delicatissimas, quæ conseruari pote-
 rant, eò congesserat, hisque rebus magnis lapidibus aggeri-
 busque tectis, flumen pristino alueo restituerat. Præter-
 ea vestes, & alia quæ sunt eiusdem generis, abdiderat
 in speluncas per eosdem seruos, eosque peracto negotio
 iusserat occidi, ne quod actum erat, patefacerent. Sed Bi-
 cilis socius & familiaris Decebali, cui res erat cognita,
 captus hos thesauros indicauit. Per id tempus Palma
 præfectus Syria cepit eam Arabia partem, quæ Pe-
 tram attingit, redegitque in ditionem populi Romani.
 Ad Traianum reuersum in urbem quàm plurimæ

Traiani pōs
 ab Adriano
 ruptus.

Traiani in
 Dacos no-
 ua expedi-
 tio.

Decebali
 mors.
 Decebalus
 sibi mortē
 consciiuit.

Thesau-
 ri Decebali in
 Sargetia flu-
 mine.

Decebali
 thesauri à
 Bicile indi-
 cari.

Palmæ Sy-
 riæ præfecti
 res gestæ.
 Spectacula
 à Traiano
 edita.

legationes à barbaris gentibus, & in primis ab Indis venerunt. is spectacula edidit dierum centum vigintitrium, in quibus interdum cæsa sunt fera mansuetæ & bestia mille, interdum etiam ad decem millia: itemque gladiatorum decem millia inter se certauerunt. Inisdem temporibus stravit paludes Pontinas lapidibus, extruxitque iuxta vias ædificia, pontesque magnificētissimos fecit, ac nummum omnem adulterinum conflavit. Suræ Licinium qui tum decesserat, affecti publicæ sepultura, etique statuam collocari iussit. Hic adeo dives fuerat & potens, ut gymnasium ædificauerit populo Romano suis sumptibus, tantaque fide atque amicitia fuerat cū Traiano coniunctus, ut cum sæpe esset apud eum ab inuidis & inimicis accusatus, Traianus nihilo minus domum eius inuocatus ad cœnam venerit, dimissaque custodia medicum Suræ primum omnium ad se vocauerit, etique permisit, ut suos oculos. Quo factò, tonsorem eiusdè venire iussit, isque mentum Imperatoris rasit. nam hæc vetus consuetudo ciuium Romanorum ac principum fuit. Adrianus enim primus barbam nutriuit. Post hæc Traianus cœnauit lotus, posteroque die amicis suis, qui Suræ maledicere semper, eumque calumniari consueuerant, respondit: Si me, inquit, Suræ interficere voluisset, heri quidem certè interfecisset. Itaque permagnum fuit, quod Traianus in homine accusato insidiarum periclitari voluerit: sed multo profectò maius, quòd nunquam timuerit, ut quicquam tale ab illo sibi accideret. Cuidam etiam principio, cum præficeret eum prætorianis cohortibus, atque ipsum ob eam causam gladium ac cingere oporteret, Traianus nudum porrexit, dixitque: Accipe gladium, quem pro me, si bene atque ratione imperaues, distringes: sin minus, eo ad interitum meū utere.

Liciniij Suræ sepultura ac statua.

Adrianus primus Cæsar barbam nutriuit.

ut
qu
ve
C
bis
ma
ut
de
col
Po
pie
se,
ra
qu
ne
cess
do
gen
mi
dei
pro
Pa
pt
bui
qu
nat
bus
mi
du
mi
mè
bat

utere. Soffio quoque, & Palma, & Celso statuas posuit, quos viros habuit in honore præ cæteris omnibus. In eos verò qui contra se coniurauerant, in quorum numero Crassus fuit, causa cognita à Senatu, animaduertit. Bibliothecas extruxit, ac in foro suo columnam maximam collocauit, partim sepeliendi sui causa, partim ut opus, quod ipse circa forum fecerat, posteris ostenderet. nam eum locum montosum, quanta est altitudo columna, perfodit, forumque eo pacto complanauit. Post hæc bellum intulit Armenijs, Parthisque, propterea quòd, ut ipse dicebat, rex Armeniorum non ab se, sed à rege Persarum diadema accepisset: sed reueraid bellum suscepit adductus gloria cupiditate. Postquam in fines hostium peruenit, satrapa qui regionem tenebant, regesque cum magnis muneribus ei processerunt obuiam, in primisque adduxerunt equum doctum hominem venerari, ita ut flecteret anteriora genua, & ceruicem pedibus eius qui propè adesset, submitteret. Traianus cepit cuncta nullo facto praelio: dein Satala & Elegiam, quæ sunt vrbes Armenia, profectus, Heniochorum regem honore affecit, & Parthamastrem regem Armeniorum puniuit: captaque Armenia, reges qui deditionem fecerant, habuit in numero amicorum: cæteros etiam mortuos absque pugna cepit. Tum ei multa decreta sunt à Senatu, sed in primis Optimus cognominatus est. Pedibus iter faciebat semper cum exercitu, instruebátque milites, quoties proficisceretur, eosque varijs modis ductabat. Pedibus, non aliter quàm illi, transibat fluminam nonnunquam falsos rumores pro veris, & maxime de ijs rebus quas exploratores retulissent, spargebat, ut milites celeriter imperata facere assuescerent,

Colonna maxima Traiani: sepulchrum hodie visitur Romæ.

Expedicto in Armenios ac Parthos.

Satala, Elegia.

Traianus Optimus cognominatus.

Militaris disciplina.

Traianus
Parthici no-
mé adeptus.

Tertium
horredi de-
scriptio.

promptique ad omnia & intrepidi essent. Ad hac Ni-
sibi Batnisque captis, Parthicus cognominatus est: sed
cognomine Optimi multo magis gloriari videbatur, ex
quo natura morésque eius suauissimi magis, quam ar-
ma cognoscerentur. Dum moraretur Antiochia, ingés
terra motus factus est, quo multis ciuitatibus, sed An-
tiochie præsertim, magna clades allata est. In qua vrbe
cum Traianus hzemaret, cumque eo magnus numerus
militum, magnaque priuatorum hominum multitudo,
litium, legationum, negociationis, & spectaculorū cau-
sa undique conuenisset, id damnum ad omnes nationes
populosque ita pertinuit, vt in vrbe Antiochia omnis
orbis terrarum subiectus imperio Romano detrimentū
acceperit. Hunc terræ motum multa præcessere fulmi-
na, flaueréque vehementes venti atque insolentes: sed ex
iis tanta calamitas nunquam sperabatur futura. Pri-
mum enim de improviso mugitus terræ maximus, post
fremitus horribilis auditus est. Terra sublimè tolli cœ-
pit, ædificia sursum erigi, erecta partim rueré & con-
quassari, partim velut in summa tempestate nutare huc
atque illuc commota: loca destituta ædificijs mirum in
modum agitari, materies ædificiorum frangi, lateres col-
lidi, lapides conquassari, ac postremò corū omnium hor-
ribilis fragor esse. Tantus verò puluis excitatus fuit, vt
non videre, non alloqui, non audire quæquam per eum
liceret. Multi mortales extra ades afflicti esse, quòd
agitati iactatique, tandem velut ex locis superioribus
præcipitati colliderentur. Quæ ex re alij mutilari, alij
interire, quòd arbores etiam conuellerentur radicibus.
Eorum verò qui in vrbe remanserant, infinita multitu-
do perijt. Multi enim impetu hominum cadentium
aggerumve occiderunt: multi quoque casu lapidum op-
pressi,

pressi, extincti sunt. Qui parte aliqua corporis pressa lapidibus lignis' ve iacebant, miserimi erant, quod neque viuere, neque mori possent subito. Et quanquam multi ex infinita scilicet eorum multitudine euaserunt, tamē eorundem magna pars laesa & mutila fuit: cum alij fractis cruribus, alij privati humeris, nonnulli fracta ceruice esse, complures sanguinem euomere viderentur. In eorum numero fuit Peto Consul, qui statim mortuus est. In summa nulla fuit grauis calamitas, quae non sit illis hominibus illata, propterea quod in hoc terra motu facto diuinitus, homines inopes consilij nesciebāt huic malo mederi, quod alij cadentibus adificijs opprimerētur, alij fame interirent, id quod accidit ijs qui in vacuis locis, lignis sorte superstans, aut in fornicibus & peristylis incolumes seruabantur. Cum iam cessasset terramotus, fuit qui ruinas audacter conscenderet, qui postquam in ijs vocem viuę mulieris intellexit, quae secum habebat infantem, eumque ipsa, seque lacte suo sustentabat, loco, in quo erat, perfosso, utrunque incolumen seruauit. Quo facto indagare cœperunt cetera, neminem tamen amplius viuum inuenire potuerunt, praeter puerū alterum, qui matris mortuae vbera sugēbat. Cumque inde mortuos eruerent, nequaquam pra dolore saluos esse letabantur, tanta calamitas Antiochiam inuasērat. Traianus autē fenestra ex adibus, in quibus erat, effugit: nam cum quidam inusitatae & plus quam humanae magnitudinis, cum ad ipsum venisset, eduxit foras. Quibus rebus omnibus magno est timore perterritus: cumque per multos dies terramotus cessauisset, tamen sub dio vitam agebat in Circo. Corasius quoque mons ita concussus est, ut eius culmina subsidere & conuassari, atque in ipsam ciuitatem cadere viderentur.

Traianus
Antiochię
in terramotu
diuinitus
cōseruatus.

Corasius
mōs terramotu
grauissimo
cōcussus.

Subsedere præterea alij montes, & aqua, ubi antea visæ fuerant nunquam, extiterunt: contra nonnulla, ubi fluxerant, defecerunt. Ineunte vere Traianus in hostilem terram ingreditur. Cùmque ea regio qua ad Tigrim fluiuium spectabat, materiam ad edificandas naues non ferret, ea nauigia qua in syluis apud Nisibin fecerat, plaustris in flumen conuehi iussit. Sic enim comparata fuerant, ut dissolui & coniungi possent, agræque ad radices Cardyni montis pontem fecit in flumine continuatis nauibus, quamuis hostes ex aduerso collocati prohiberent. Nam Traiano tanta erat nauium copia, tantæque multitudo militum, ut alie celerrimè coniungerentur, alie plene grauis armatura militibus atque sagittarijs vim hostium antè prohiberent, alie huc & illuc ferrentur, quasi transitura essent. His rebus perterriti barbari, simul quòd tanta multitudo nauigiorum in regione vacua arboribus cõspiceretur, ipsi terga dant. Romani flumen transeunt, Adiabonemque omnem, qua pars Assyriae ad Ninum pertinuit, in suam potestatem redigunt. Ad hac Arbela atque Gaugamela, ubi Alexander olim Darium superauerat, capiunt: ea Attyria nominatur, litera S in T à barbaris commutata. Post Babylonem vsque veniunt, propter hostium à quibus prohiberentur, solitudinem. Nam Parthorũ viros comminuta erant bellis ciuilibus, erantque inter eos adhuc seditio. Ibi Traianus vidit lacum bituminis, ex quo mœnia Babylonis edificata fuerant. Cuius tanta vis est, ut permixtum cum lateribus, aut minutis lapidibus, quouis saxo sit aut ferro potentius. Ostium quoque eiusdem spectauit, vnde tam grauis halitus manat, ut eum nulla animalia terrestria, nullaq; volucres perferant, cuius solo olfactu intereunt. Quod si is halitus

sefe

Traiani p̄s
ad Cardyni
montis ra-
dices.

Exercitus
Traiani nu-
merosissi-
mus.

Traiani in
Armenia
res gestæ.

Asphaltum
vidit Traia-
nus.

sefe alius efferret, habitari certè circa eum locum non potuisset: nunc quasi in se reuolutus ille, in suo loco continetur. Ego quidem alterum huic consimilem vidi Hierapoli, quod est oppidum Asiae, seclique periculum in auiibus, & procubui ut inspicerem eum halitum, qui in cisterna quadam concluditur, ubi theatrum adificatum fuerat. Is spiritus omnibus animantibus pestilens est, praeterquam castratis hominibus: cuius rei causam equidem asserre nequeo, ea tantum, ut vidi audiuiq; refero. Constituerat Traianus Euphratem facta fossa in Tigrim deriuare, ut per eam naues ad pontem faciendum duceret. Sed ubi eum altiore Tigri esse intellexit, mutauit consilium, veritus, ne, si id faceret, Euphrates nauigari non posset, quod fluxus eius in decliuem partem ferretur. Itaque conuectis nauibus, quod paruum spaciū inter utrunque flumen intercedebat (nam Euphrates totus in paludem fuit, indèque cum Tigri coniungitur) Tigrim traiecit, post Ctesiphontem ingreditur. Qua urbe capta, Imperator appellatus est, confirmato Parthici cognomine. Multa ei decreuit Senatus, sed in primis, ut triumphos festosque dies ageret, quàm plurimos vellent. Postquam Ctesiphontem cepit, statuit mare rubrum traicere. Sinus est maris Oceani, quem sinum Erythreum, ab Erythreo qui regnum illic tenuit, appellant. Messanam quoque insulam Tigris, in qua Athambilus regnabat, nullo labore cepit, atq; is in locis propter vim hyemis, & rapidum Tigrim, aestumque maris in magnum periculū venit. Qui vallum Tospasini habitabant (nam ita ab incolis appellatur) erantque in ditione Athambili, Traianum amicè receperunt. Inde venit ad Oceanum: cuius cognita natura, in eoq; visio nauigio, quod cursum in Indiam tenebat, ita dixit: Ego

Hierapolis.
Lacus adhi
randæ natu
ræ.

Euphratem
fluuiū in Ti
grim p fof
sam deriua
re conatur
Traianus.
Euphrate
s.

Mare rubrū

Erythreum
mare.

Athambil^o.

Tospasini
vallum.

Triumphus
Traiano à
Senatu de-
creti.

Parthorum
Armeniorū
q; defectio-
nes.

Lucij res ge-
stæ.

Seleucia ca-
pta & incen-
sa.

quidem si iuuenis essem, in Indiam traicerem. De In-
dis enim cogitare coepit, ac de rebus eius gentis curiose
querere: tum Alexandrum beatum dicere, nonnun-
quam tamen asserere, se longius progressum esse: idque
scripsit ad Senatum, cum tamen ea quæ ceperat, tueri
non posset. Cuius rei causa Senatus præter alia multa
decreuit, ut triumphos quotquot vellet, ageret. Nã cum
Traianus tot gentes ab se superatas esse scriberet, Sena-
tus eas neque cognoscere, neque nominare satis poterat.
Itaque cum alia multa, tum verò arcum triumphalem
in foro ipsius edificari iussit. Parabant cives redeunti
longius obviam procedere: sed is nunquam in Urbem
reversus est, neque, ut extrema principijs responderent,
efficere potuit: ea enim quæ subegerat, amisit. Dũ enim
navigat Oceanum, atque inde reuehitur, ea quæ cepe-
rat omnia maximo tumultu defecerunt, præsidijs, quæ
apud eas gentes reliquerat, deiectis cassisq;. Atque hæc
ad Traianum, dum esset in naui, perferuntur: naviga-
bat autem adductus fama eorum quæ illic esse fereban-
tur, quæ tamen opinioni non responderunt. nihil enim vi-
dit præter aggeres, fabulas, ruinas: uerumque propter Ale-
xandrum, cui etiam parentauit in his adibus, in quibus
mortem obierat. Igitur cognita defectione, Lucium &
Maximum contra rebelles mittit. Maximus prælio
superatus obijt. Lucius præclare se gessit, recuperauit-
que Nisibin, Edessam expugnauit, direptamque in-
cendit. Seleucia ab Erycio Claro, & Iulio Alexandro
legatis capta & incensa est. Traianus metuens ne Par-
thi quoque aliquid molirentur, regem eis dare cõstituit.
Itaque ut Cresiphontem venit, conuocatis in magnam
planiciem Romanis omnibus, Parthisque qui tũ ader-
rant, excelsum tribunal conscēdit. Ibi apud eos de rebus
ab se

ab se gestis gloriatur: deinde Parthis regem Parthamaspatem designat, ei que diadema imponit. Inde profectus in Arabiam, adoritur Agarenos, qui & ipsi defece- rant, quorum ciuitas neque magna est, nec diues, finiti- maq; regio magna ex parte deserta est, quod in ea aquae raro inueniantur, atque ille parum salubres, quodque in caligni pabulique magna sit penuria. Ex quo fit, ut ibi magna hominum multitudo diu esse non possit, tum ve- ro ardentissimis caloribus, quibus exposita est, defendi- tur. Itaque eam neque Traianus tunc, neque postea Se- uerus cepit, cum tamē partem aliquam muri diruerint. Traianus quidem premissis ad muros equitibus, qui gra- ui damno affecti in castra reuerterunt, eosque ipse con- secutus, quanquam vestem regiam deposuerat, ne ex ea agnosceretur, tamē vix vulnera effugit. Barbari enim canici dignitate, vultusque grauitate animaduersa, rati Traianum esse, ut erat, non desinebant contra eum iaculari, eique tamque, qui erat ei proximus, occiderunt. Ibi caelum tonitru contremuit, irides visae sunt, fulgura, procella, turbines, fulmina in Romanos cadere, quoties in illos impetum facerent: cumque cœnarent, musca in cibo & poculis omnem molestiam exhibere. Itaque Tra- ianus inde proficiscitur, nec multo tempore post in mor- bum incidit. Interim Iudei qui circum Cyrenem ha- bitabant, Andrea quodā duce Romanos pariter atque Græcos concidunt, vescunturque eorū carnibus, eduntq; viscera, tum oblinuntur eorum sanguine, & pellibus in- duuntur. Multos à vertice discidere medios, multos obiecere bestijs, multos etiam certare inter se coegerunt, ita ut interierint hominum ad ducenta viginti millia. Præterea in Egypto Cyproque, Artemione duce Cy- priorum cades consimilis facta est, ubi desiderata sunt

Parthama-
spates Par-
thorū rex à
Traiano de
signatur.
Agarenorū
defectio.

Prodigia.

Iudeorum
motus.

Strages cru-
entissimæ.

Iudæo nõ li-
cet in Cy-
prum veni-
re.
Iudæi à Lu-
cio Iubaçti.

Traiani
mors.

Traianopo-
lis.

hominum ducenta quadraginta millia. Ex quo fit, ut
Iudæo in Cyprum venire non liceat: quod si forte vi-
tempestatis in insulam appulerit, interficitur. Sed Iudæi
& ab alijs, & maxime a Lucio, quem Traianus mis-
erat, subacti sunt. Traianus cogitabat iterum exercitum
in Mesopotamiam traducere, sed ingrauescente mor-
bo, iter in Italiam cepit, Aelio Adriano in Syria
cum exercitu relicto. Itaque Remani capta Armenia,
ac magna parte Mesopotamie superatisque Parthis,
frustra tot labores suscepisse, totque adusse pericula vi-
si sunt, propterea quod Parthi Parthamaspatem dete-
stati, regi suis moribus cœperunt. Traianus morbi sui cau-
sam venenum fuisse existimavit: alij sanguinem putant,
qui dum ex inferioribus eius partibus quotannis profu-
ere consuevissent, tum sisti cœpit. Traianus quoque apo-
plexia laboravit, ut parte aliqua corporis sensum amis-
erit: sed omnino aqua intercute laboravit. Tandem per-
latus Selinuntem urbem Cilicia, quã nos Traianopolim
appellamus, mortem ilico obiit. Regnavit annos decem
& novem, menses v. dies x.v.

A D R I A N V S.

Adrianus
Traiani mu-
niceps.



Attianus.

ADRIANVS à Traiano adopta-
tus non est, erat autem municeps eius,
fueratque in eius curatione, ac cum eo
vinculis propinquitatis & affinitatis
coniunctus erat: neptem enim eius in
uxorem duxerat, debebatque cum eo omne tempus eta-
tis, ab eoque Parthico bello Syria præfectus fuerat, à quo
tamen nihil aliud præcipuum unquam obtinuit, ne-
que enim principio consul factus est, sed eum defuncto
Traiano sine liberis, Attianus, qui municeps eius
erat

erat, curatorque fuerat, & Plotina, qua amore ipsius
 capta erat, Imperatorem designauerunt, quod non
 procul abesse, quodque magnas copias haberet. Apro-
 nianus enim pater meus, qui Cilicia praesit, quique
 res eius omnes cerio cognouit, mihi singula recensuit,
 atque illud in primis, mortem Traiani per aliquot dies
 in occulto fuisse, ut adoptio procederet, idque ex lite-
 ris eius ad Senatum cognitum fuisse: quibus literis non
 ipse, sed Plotina subscripsit, quod in alio factum fue-
 rat nunquam. Erat Adrianus, quo die Imperator de-
 signatus est, Antiochia, qua urbs est metropolis Sy-
 ria, cui praerat: pridie vero eius diei, cum caelum
 maxime serenum esset, visum est ei in somnis ignem
 de caelo in sinistram partem inguli ipsius cadere, mox
 serpere in dextram, quo igne neque perterritus, neque
 laesus esse sibi videretur. Adrianus à Senatu petijt per
 literas, ut sibi Imperium confirmaret, negauitque
 velle sibi ullos unquam honores decerni, ut erat antea
 consuetudo, nisi eos ipse à Senatu peteret. Traiani
 ossa in columna ipsius sepulta fuerant, & spectacula
 quae Parthica nominabantur, per multos annos cele-
 brata sunt: postea vero, ut alia multa, in vsu esse de-
 serunt. Adrianus quanquam fuit princeps huma-
 nissimus, tamen propter cades quorundam bonorum
 ciuium, quas & initio principatus, & paulo antè quàm
 moreretur, fecit, culpa non caruit, parùmque abfuit
 quin ob eam causam ne in heroum quidem numerum
 referretur. Ij, quos statim ut adeptus est principatum,
 interfici iussit, fuere Palma, Celsus, Nigrinus, &
 Lusius, quod insidias ei in venatione fecisse diceren-
 tur: uerùmque alij potentissimi & praclarissimi viri ob
 alias causas occisi sunt: propter quos Adrianus,
 cum

Apronianus
 Cilicię pro-
 cõsul, pater
 Dionis.

Adriani sò-
 nium.

Parthica spe-
 ctacula.
 † Partheni-
 caest in Gre-
 co.
 Adrianicus
 delicias.

Palma, Cel-
 sus, Nigrus,
 Lusius.

Seuerianus.
Adriani pa-
tria.

Adrian^o glo-
ria cupidif-
simus.

Fauorinus
Gallus,
Dionysius
Milesius.
Heliodorus
epistolarū
Adriani Im-
peraoris
magister.
Fauorini so-
nium.

Apollodor^o
architect^o.
Forū, Odæū,
& gymnasiū
Traiani.

cū vulgò murmurari intelligeret, non modo se purgare voluit, verū etiam interposito iureiurando negauit eos iussu suo fuisse interfectos. Paulo verò antè quàm discederet è vita, Seuerianum, Euscūque nepotem eius necari iussit. *Adrianus*, quod ad gentem pertinet, fuit *Adriani Afri filius*, sed ingenio ad studia bonarum artium, & vtriusque lingua prompto. Itaque nonnullos liberos soluta oratione, & complures versibus scriptos reliquit: erat enim gloriæ & honoris cupidissimus, ob eamque causam ceteris vel minimis rebus operam dedit. Nam & statuas fecit, & tabulas pinxit: tum ea quæ in pace belloque gerantur, quæq; ad regem, priuatūmve pertineant, se profitebatur scire, multosque, propterea quòd in aliqua arte aut facultate excellere, oppressit, multosque sustulit, cupiens scilicet ipsi omnibus antecellere. Ea causâ fuit, cur *Fauorinum Gallum*, ac *Dionysium Milesium* sopsistas tollere conatus sit, dum sectatores eorum perderet. *Dionysius* quidem *Heliodoro* magistro epistolarum *Adriani* ita ferebatur dixisse: *Cæsar* tribuere tibi honores, & largiri pecuniam potest, oratorem verò facere non potest. *Fauorinus* autem cū causam immunitatis, quam habere in patria volebat, apud *Adrianum* agere statuisset, veritūque esset ne in eo iudicio superaretur, iniuriamque acciperet, postquam in ius venit, nihil dixit, quàm præceptorem suum ea nocte sibi in somnis astitisse, monuisseq; ne in patria, in qua natus esset, obire publica mœna grauarietur. *Adrianus* utrique quamuis grauius iratus erat, tamen ignoscendum putauit, propterea quòd idoneam causam ad mortem eis asserendam non habebat. *Apollodorum* verò architectum, qui forum & *Odæum* & *gymnasium* opera *Traiani* Roma fecerat,

primum

primum exilio, deinde etiam morte multavit, propter
 admissa scelera, sicuti dicebat: sed tamen vera causa
 fuit, quod cum Traianus cum illo quadam de his operi-
 bus communicaret, atque interim Adrianus ineptè,
 nescio quid, diceret, ei Apollodorus ita respondit: *Abi,*
inquit, & cucurbitas pingere: nam tu hæc quidem ceriè
ignoras. Adrianus enim tum fortè tali pìctura sese ia-
ctabat. Itaque postquam imperium adeptus est, memor
veteris iniuriæ, licentiam qua tum ille usus fuerat, non
perulit, sed formam templi Veneris, quod Romæ fecit,
ad eum misit, ut magnum opus absque opera eius fieri
posse ostenderet: tum quæ sicut ex eo, num id templum
bene & ratione adificatum esse videretur. Is rescripsit
altius ampliusque multo fieri oportuisse, quo magis &
propter altitudinem ipsius in viam sacram emineret, &
propter amplitudinem machinas reciperet, quæ clam
in eo compactæ, de improviso in theatrum perduceren-
tur. Porro simulachra maiora facta esse dicebat, quàm
ratio altitudinis amplitudinisque templi pateretur. Et
enim, inquit, si de æ surgere, atque inde exire voluerint,
non poterunt. Quæ cum Apollodorus aperte rescripsis-
set, Adrianus ira incitatus, magnum animo dolorem
cepit, propterea quòd inciderat in eum errorem, quem
iam corrigere non poterat. Itaque hæc res tantum ei cru-
ciatum doloremque attulit, ut illum ob eam causam in-
terfici iusserit. Cùmque esset Adrianus tali ingenio pra-
ditus, Homerum è medio tollere, atque Antimachum,
cuius ne nomen quidem antè à plerisque cognitum erat,
pro eo introducere cogitabat. Quæ cùm in eo reprehèn-
derentur, tum verò vitio ei dabatur, quòd nimis magnum
studium in inuestigatione rerum poneret, quòdque homo
versutus & callidus esset. Hac autem vitia leuiora fa-
ciebat

Cucurbitas
pinge.

Veneris tē-
plum.

Apollodor⁹
architectus
ab Adriano
interfectus.
Homerū a-
bolere, &
Antimachū
introduce-
re cogitau-
erat.

ciebat, & compensabat quodam modo sedulitate, providentia, magnificentia solertia: tum quod non modo bellum nullum movit, sed etiam mota composuit, neque ullius bona per iniuriam proscripsit, quodque multa populis, privatisque hominibus, multa etiam Senatoribus & equitibus largitus est. Nec enim expectabat, quousque rogaretur, sed agebat omnia, ut cuiusque necessitas postulabat. Rem militarem diligenter exercuit: cumque potens esset, nec pertinax, nec contumeliosus erat. Socias urbes, atque subditas imperio Romano, ex quibus multo plures, quam ullus unquam Imperator vidit, magnifice iuvit, easque aquis, portubus, frumento, operibus publicis, pecunia, honoribus, ceterisque rebus auxit, atque ornauit. Populum verò Romanum asperè magis, quam blandè tractabat, cui roganti aliquid vehementius in ludis in quibus armis dimicabatur, non modo non concessit, sed etiam iussit imperari illud Domitiani, Silente: quod verbum tamen non est à præcone dictum. nam is cum manum porrexisset, essetq; ob eam causam silentium consecutum, ut est consuetudo (vox enim præconis audiri solet magno silentio) Hoc verò, inquit, Princeps vult. Qua ex re Adrianus non modo præconi iratus non est, sed etiam eum collaudavit, propterea quod iussus seuerè imperata pronunciare noluisset. Etenim ea qua sunt eius generis, ferebat equissimo animo, neque succensebat unquam, si qua in re præter opinionem vel à plebeis hominibus iuaretur. Nam cum ei mulier fortè occurrisset in via, ab eoque ut se audiret, contendere: quanquam primò sibi esse ocium negavit, tamen ubi mulier ita exclamare cœpit, Noli igitur regnare: conuersus, libenter eam audiuit. Res verò maximas atque necessarias non gerebat nisi interposita Senatus auctoritate

Adrianima
gnificètia.

Silentij im-
ponendi cō-
suetudo.

Mulieris A-
drianū Im-
peratorē re-
prehendētis
libertas.

toritate

toritate, dicebaturque ius cum primis ciuitatis in Palatio, foro, & Pantheo: sepe etiam in alijs locis, pro tribunali, ut qua fierent, omnia diuulgarentur. Nonnunquam assidebat Consulibus, cum ius redderent, eosque tanto afficiebat honore in ludis Circensibus, ut ipsos domum reduceret. Vehabatur lectica, ne ei molesti essent qui ipsum comitarentur. Cum autem populus dies festos ageret, neque domi manebat, neque quenquam, ne familiarem quidem, nisi res accidisset necessaria, admittebat salutatum, ut ne perpetuis laboribus defatigaretur. Romæ semper & foris habere solebat apud se optimates viros, cum quibus versabatur, quos cum conuiuas adhiberet, sepe quartus discumbebatur. Venabatur, quoties accideret, prandebat sine vino, cœnabat cum omnibus primis & optimatibus: neque aberat inter cœnandum varij sermonis delectatio. Familiares suos egrotantes inuisere: cumque dies festos celebrarent, ipse interesse, eorumque prædijs ac domibus libenter vii consueuerat. Plerisque eorum mortuis, nonnullis etiam vniuersis statuas in foro posuit. Neque tamen hi ob eam causam iniuriam cuiquam facere visi sunt, aut ea qua ab ipso dicerentur, fierent ve, habere vanalia, quod à Cesarianis libertis, cæterisque qui aliquid apud principes possunt, fieri solet. Quæ cum in summa de moribus Adriani dicta sunt, nunc plenius singula, qua mihi memoria digna esse videbuntur, attingam. Igitur ut primum Romam venit, quicquid fisco arariove debebatur, remisit, definito tempore annorum sedecim, ex quo id beneficium collatum esse voluit. Præterea spectacula suo natali die populo gratis dedit, ubi ita magnus numerus bestiarum, cæsus est, ut simul leones centum, ac totidem leana confecta fuerint.

Adriani humanitas & popularitas.

Spectacula ab Adriano edita.

Dona

Euphrates
philosophus.

Disciplina
militaris.

Dona in theatro & circo viris atque mulieribus separatim in sphaeris missilibus dedit. & ne mulieres cum viris lauarentur, vetuit. Quo anno haec facta sunt, Euphrates philosophus obiit mortem voluntariam, cum ei Adrianus propter senectutem & morbum cicutam, libere concessisset. Post haec Adrianus in alias ex alijs prouincias regionesq; & vrbes proficiscitur visendi causa. Hic in primis cuiusque arces & mœnia considerat, eorūque partem transfert in loca magis idonea, partem diruit, edificat, atque in summa omnia non modo qua ad vniuersum exercitum pertinent, arma dico, machinas, fessas, muros aggeres, sed etiam qualis sit cuiusque & militum & ducum ipsorum vita, statio, & mores, diligenter animaduertit. ibi mores indulgentia deprauatos corrigit, & a deficiis, quae bene structa non erant, subuertit. Tum cœpit eos ad omne genus pugnae exercere, atque interim alios afficere honore, alios castigare verbis, postremò omnes ea qua se facere oporteret, docere: atque ut milites haberent, unde exemplum peterent, ipse duriter viuere, pedibus iter facere, aut in quauis loca admissio equo proficisci, nunquam enim uehicula aut quadrigas conscendere: nulloque calore, nullo frigore, ut capite operio esset, adduci: nec enim vngquam aut propter niues Celticas, aut calores Aegyptios opertum caput habuit. Ita que ut vno verbo dicam, ita milites, quandiu principatum tenuit, rebus ipsis exercuit, instituitque preceptis, ut quae tum ab illo constituta sunt, ad haec tempora vim legis atque disciplinae militaris obtineant. Quamobrem praesertim cum pax esset, apud populos externos morabatur. Illi enim quòd eius apparatus viderent, quòdque non modo nulla afficerentur iniuria, sed etiam ab eo pecuniam
accipe

acciperent, nihil moliebantur. Cúmque ita milites exercuisset, equitatus qui Batauus nominatus est, Danubiũ transijt armatus. Qua re animaduersa, Barbari ita Romanos obstupescere cœperunt, vt in se inuicem conuersi, ad cõponendas controuersias, quæ inter ipsos erant, Adriano arbitro ulerentur. In hac peregrinatione edificauit theatra in plerisque ciuitatibus, instituitque certamina sine regio apparatu aut magnificentia, quam nisi Roma nunquam adhibuit. Patriam verò, quamquam ei magnos honores tribuit, ornauitque maximis muneribus, nunquam tamen inuisit. Adrianum studio sum venationis fuisse tradunt, in eaque clauiculam fregisse, & ob eadem crus penè mutilatum habuisse. Quã obrem urbem quam edificauit in Mysia, Adriani venationes appellauit. Nunquam tamen huius rei causa ea quæ ad principatum spectabant, prætermisit. Magno autem argumento est, eum studio venandi delectatum fuisse, quod Borystheni equo, quo libenter in venationibus utebatur, mortuo monumentum edificauit, crexitque columnam inscripto epigrammate. Ex quo mirandũ non est, si Plotinae vita funtæ, cuius opera, quod ab ea maxime amaretur, Imperium adeptus erat, amplissimos honores tribuit. Atratus enim per nouem dies fuit, eique templum extruxit, & carmina de laudibus eius fecit. Fuit ad eò agilis in venationibus, vt aprũ maximum vno ictu confecerit. Postquam venit in Græciam, spectauit mysteria. cúmque per Iudaam in Ægyptum venisset, parentauit Pompeio, de quo hunc versum fertur dixisse,

Τῷ ναοῖς βροῦντι τὸσσι πῶλιν ἐπλεῖο τὴμβς;

Ponè caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.

Sepulchrũmq; eius penè collapsum restituit. In Ægy

Barau⁹ equitatus.

Adrian⁹ patriã suã nõquã inuisit.

Adrian⁹ venationibus studiosus.

Borysthenes equus, quo Adrianus in venationibus utebatur.

Pompeij sepulchrũ ab Adriano restitutum.

Antinous.
Claudianopolis.

Adrian⁹ hi
storicus.
Magicis artibus utebatur
Adrianus.

Antinoi fidus.

Aelia Capitolina.

Iudaeorum motus.

Adriani in Aegyptum atque Syria profectio.

pto quoque ciuitatē instaurauit Antinoi nomine. Erat Antinous Cithynide ortus ciuitate Bithynia, quam ciuitatem etiam Claudianopolim appellamus. Hic Antinous cum in delicijs eius fuisset, in Aegypto mortuus est, siue quod in Nilum ceciderit, ut Adrianus scribit, siue quod immolatus, id quod verum est, fuerit. Nam cum Adrianus maximè curiosus esset, ut supra dixi, tum verò diuinationibus utebatur, & magicis artibus cuiusuis generis. Itaque Antinoum, qui vel ob amorem ipsius, vel ob aliam causam voluntariam mortem obiebat (nam Adriano ad ea quae parabat, opus erat animo eius qui voluntariam mortem oppeteret) tanto honore affectus, ut urbem in eo loco in quo ille obisset, restitutā, ex eo nominari voluerit, statuāsque ei, vel potius simulachra in omni ferè orbe terrarū collocauerit. Sidus enim Antinoi ipse se dicebat videre: libentèrque auscultabat eis qui dicerent, verè ex Antinoi animo stellam quae tū primum apparuisset, extitisse. Sed Adrianus ob hanc causam irridebatur. Cum autem in urbem Hierosolyman, quae euersa fuerat, quāmque Aeliam Capitolinā appellauit, coloniam deduxisset, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum fœui edificari curauisset, magnum bellum & diuturnum moueri cœpit, Iudaeis grauitèr ferentibus, quod ex terra nationes in suam urbem habitatū venissent, quodque in ea fieri externa sacra viderentur. Tamen cum Adrianus in Aegyptum, ac rursum in Syriam aduentasset, quiescendum sibi esse putabant. Interim verò arma quae ipsis erant à Romanis imperatā, minus apta de industria fecerunt, ut cum ea Romani reprobaissent, ipsi eis uterentur. Post ubi Adrianus longè abesse visus est, palam defecerunt: utq; aperto praelio non audebant cum Romanis periclitari, ita loca

suas

sua regionis opportuna cuniculis muniebant et mœnibus, ut ad ea, si urgeret necessitas, persugerent: utque ad se mutuo sub terram transeuntes latèrent, vias subterraneas desuper perforauerunt, quò ventum luménque reciperent. Hos Romani primo nihili faciebant: sed postquam totam Iudæam commotam esse, Iudæosque omnes ubique gentium tumultuari, & conuentus facere intellexerunt, ac multa damna occultè apertèque Romanis inferre, cum iisque complures alias gentes lucri cupiditate coniungi, ac serè ob eam causam omnem orbem terrarum commoueri, Adrianus optimos quosque duces aduersum eos mittit, quorum primus fuit Iulius Seuerus, qui ex Britannia cui præerat, contra Iudæos missus est. Hic nulla ex parte est ausus aperte cum hostibus congregi, multitudine ipsorum atque desperatione cognita, sed eos separatim magno militum ac tribunorum numero adortus, commeatu prohibuit, atque interclusos, serius quidem, sed minore cum periculo ita oppressit fregitque, ut pauci admodum euaserint, & quinquaginta eorum arces munitissima, vicique celeberrimi atque nobilissimi nongenti octoginta quinque funditus euersi sint. Casa sunt in excursionibus prælyis ve hominum quingenta octoginta millia: eorum autem qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis penè Iudæa deserta relicta fuerit. Id eis antè quàm bellum gereretur, fuerat denunciatum ex eo, quòd monumentum Solomonis, quòd illi summa reuerentia colunt, sua sponte diuisum corruerat, quòdque lupi & hyæna multe in vrbes eorum rugientes atque ululantes introierant. Periere quoque ex Romanis complures in eo bello. Quamobrem Adrianus cum scriberet ad Senatum, non est visus illo ex-

Iulij Seueri
contra Iudæos res gestæ.

Strages etruētissima.

Monumentū
Solomonis.

Seuerus Bi-
thyniæ præ-
fectus.

Iouis Olym-
pij téplij ab
Adriano re-
dificatum.

Leges ab
Adriano la-
tæ.

ordio quo vti Imperatores consueuerunt. SI VOS, LI-
BERI QVE VESTRI VALETIS, BENE EST,
EGO QVIDEM ET EXERCITVS VALE-
MVS. Post hæc Seuerum misit in Bithyniam, vt ne pro-
uincia Pratore præfectõve iusto ac prudente, dignitatẽ-
que prædito careret: nam hæc in illo erant omnia. Is qui-
dem ita se gessit, resque eorum priuatas atque publicas
ita administrauit, vt nos ad hæc tempora memoriã eius
crebris sermonibus vsurpemus. Confecto ad hunc modũ
bello Iudaico, bellum Alanorum (hi sunt Massageta)
Pharasmanes mouit, Mediãque vexata Armenia
atque Cappadocia vastauit: post Alani partim addu-
cti Vologesi muneribus, partim timore Flauij Arria-
ni, qui Cappadocia præerat, conqueuerunt. Eodẽ tem-
pore Adrianus templum Iouis Olympij, in quo ipsius
quoque statua posita fuit, Athenis edificauit, iussitq; in
co draconem allatum ex India collocari, ac Dionysia de-
functus maximo apud eos magistratu patriãque veste
indutus, magnifice celebrauit. Templum suum quod
Παρθενον vocant, Grecis vt edificarent, permisit,
propter quod instituit certamina, magnãque pecuniã,
& frumentum annuum, omnẽque Cephaleniã A-
theniensibus deãit. Multas leges sanxit, sed præsertim
vt ne Senator per se, neve per alium vectigalia condu-
ceret. Postquam Romam venit, ac foris in spectaculo
populus ab eo magnis clamoribus contendit, vt cuidam
auriga libertatem daret, negauit se facturum, scripsitq;
in tabella, non decere populum Romanum ab se petere,
vt aut ipse alienum seruum donaret libertate, aut vt do-
minum ad id faciendum compelleret. Vt autem agro-
tare cœpit, quod sanguis qui per nares eius effundi an-
tea consueuerat, tum copiose effluxit, vitam desperauit:
ob eam

ob eamque causam Lucium Commodum, quamuis ipse quoque sanguinem euomeret, Casarem Romanis designauit. Seuerianum vero, eiusque nepotem Fuscum, qui id factum grauiter ferebant, interficere iussit: illum nonaginta, hunc decem et octo annos natum. Seuerianus an tequam iugularetur, ignem poposcit: deinde incenso thure, Vos, inquit, dii immortales, quos habeo innocetia mea testes, hoc unum rogo, ut Adrianus quamuis morte obire percupiat, tamen non possit. Et sane Adrianus cum saepe mori optaret, ac sibi manus asferre vellet, diuissime agrotauit: extatque eius epistola, in qua osteditur, quam miserum sit cupientem mori non posse. Hunc Seuerianum Traianus principatu dignum existimauerat. Nam cum in conuiuio petisset ab amicis, ut decem viros dignos principatu nominarent, paulum substituit: Ego enim unum, nempe Seuerianum habeo. Fuere illis temporibus optimi viri, quorum celeberrimi erant Turbo et Similis, qui fortitudinis ergo magnos honores consecuti sunt. Turbo vir rei militaris peritissimus, praefectus praetorio fuit, nihilque unquam molliter facere aut insolenter est visus. vinebat enim tanquam vnus e multis, quamuis totum diem moraretur cum principe, eumque saepe adiret ante mediam noctem, quando ceteri dormire inciperent. Fuit et Cornelius Fronto magna autoritatis, qui in agendis causis Roma primum locum obtinebat. Hic cum vesperi a caena sero domum redisset, intellexissetque ex eo cui patrocinium pollicitus erat, principem ius reddere, veste caenatoria indutus, ut erat, in ius venit, eumque salutauit, non verbo Salue, qua matutina est salutatio, sed Vale, qua vespertina est, usus. Turbo autem nunquam interdum ne agrotus quidem domi visus est. Nam et Adriano consis-

Lucius Commodus ab Adriano Casar designatus.

Seuerianus. Fuscus nepos Seueriani.

Turbo.

Cornelii Frontonis autoritas.

Salue, matutina salutatio: Vale, vespertina.

xxix, v.
vixit.
Similis vir
memorabi-
lis.

lenti sibi ut quiesceret, respondit, praefectum stantem mori oportere. Similis vero, cum eos aetate & honore antequam, nemini, ut ego quidem arbitror, moribus & virtute secundus erat: idque licet ex re perexigua cognoscere. Nam cum Centurio esset, cumque Traianus ante praefectos aduocauisset, Turpe est, inquit, tibi Caesar cum Centurione remotis praefectis differere. Is deinde praefecturam Praetorianorum inuitus obijt, qua postea se ipse abdicauit, ac vix tandem dimissus, ruri reliquos septem vita annos conuiuuit, suoque sepulchro moriens inscribi iussit haec verba: HIC IACET SIMILIS, CV-

Viuere qd:

IVS AETAS MVLTORVM ANNORVM FVIT, IPSE SEPTEM DVNTAXAT ANNOS VIXIT. Adrianus autem ingenti effusione sanguinis contabuit, atque ob eam causam aqua intercute laborauit. Itaque postquam accidit Lucium Commodum magna quoque effusione sanguinis subito extingui, do-

Oratio A-
driani egro-
ti.

cumbens in lecto ait: *Mihi quidem, charissimi viri, natura filium non dedit, vos vero lege dedistis. Multum autem interest, nascatur, an adoptetur filius, propterea quod is qui nascitur, talis est, qualem eum fortuna dederit: eum vero qui adoptatur, vnusquisque sibi suo arbitrio probatum deligit: ex quo fit ut ille se pe nascatur mutilus & demens: hic, quod certo iudicio sit, integer & sane mentis deligatur. Quamobrem ego antea Lucium Commodum vnum ex omnibus delegeram, qualem ne nasci quidem mihi optare potui. Sed cum eum mortis fata peremerint, alterum pro illo vobis inueni: cumque vobis do nobilem, mitem, mansuetum, prudentem, qui nihil temere propter iuuentutem, nihil propter senectutem negligenter potest facere: vixit enim*
semper

semper legibus, fuitque cum Imperio moribus & institutis patriæ, ut neque ea quæ ad Imperatorem spectat, ignoret, neque ijs omnibus male uti possit. Hunc dico Aurelium Antoninum, quem etsi intelligo difficilimè molestis negocijs implicari, abesseque longissimè ab hac imperandi cupiditate, tamen non diffido eundem curam habiturum mei, vestriq; & principatum inuitum recepturum. Ita Antoninus Imperator factus est, qui cum mares liberos non suscepisset, Commodum Comodi filium, ac deinde Marcum Antoninum Verum sibi adoptavit, quod vellet longo tempore ante futuros principes designare. Marcus quidem Antoninus Catilius antea appellabatur, filius Anni Veri, qui tertium Consul, ac tribunus militum fuerat. Sed Antoninus iussus erat ab Adriano virumque adoptare. Verum tamen maiore honore affecit, cum propter ius sanguinis, tum quod eum iam florentè atate & ingenio cognosceret: quem etiam ob eam causam faciliè Verissimum nominabat. Interim Adrianus aqua intercutem curavit magicis artibus, quæ tamen iterum nec ita multo post laboravit. quæ cum magis ac magis augeretur, atq; ipse quotidie mortem quodammodo obiret, vehementer cupiebat è vita discedere, postulabatque sæpè mero venenum, aut gladium, quæ tamen à nemine impetrabat. Itaque postquæ ei licet pecuniam & securitatem pollicenti nemo paret, accersi iubet Mastorem, hominem barbarum, Iazygem natione, quo seruo in venationibus propter eius vires & audaciã vsus fuerat, eumque partim minis, partim pollicitationibus cogit promittere, ut se interficiat: dein ei locum sub mæma ab Hermogee medico commonstratum designat, oblitusque, ut secundum eum locum accepto mortifero vulnere, mino-

Aureli^o Antoninus A-
driani fili^o
adoptiuus.

M. Antoni-
nus Verus.

Annius Ve-
rus,

Adrianus
morbum in
tercutis ma-
gicis artib^o
curat.

Mastor A-
driani ven-
tor.

Hermogee
nes medi-
cus.

re suo dolore moreretur. Quod cum ei minus successisset (nam Mastor timore rei perterritus aufugit) tum vero flere & lamētari cœpit, non tam morbi causa, quam quod non posset mortem sibi consciscere, quam adhuc alijs afferre posset, tandem contempta diæta, vsusque cibo & potu minus idoneo, mortuus est, moriensque exclamauit illud peruulgatum, Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλεα ἀπώδεσαν, **MULTI MEDICI REGEM SVSTULERVNT.** Vixit annos **LXII.** menses **v.** dies **XIX.** Regnauit annos viginti, menses undecim. Sepultus est iuxta flumen, ad pontem **Ælium**, ubi monumentum fecerat, propterea quod **Augusti Mausoleum** plenum erat, in quo nemo amplius sepultus est. **Adrianus** in odium venit propter nefarias & indignas cædes, quas initio & sub finem principatus fecit: alioqui ad cædes procliuus non erat. **Magno** argumento est, quod cum cū aliquando nonnulli offendissent, satis esse dixit, si de ijs in patriam ipsorum scriberetur, illos sibi nequaquā placere: tum quoties rei facti erant ij qui liberos habebant, pœnam eorum minuebat pro numero liberorum.

Adriani Imperatoris mors.

Pôs Aelius.

Adrianus ob cædes nefarias à multis odio habitus.

ANTONINVS PIVS.

Dionis historia non est integra.

Antoninus Pius ab Adriano Imperatore adoptatus.



SCIENDVM est autem acta **Antonini Pij** non inueniri in exemplaribus **Dionis**, ut verisimile sit aliquid ex eis perisse. Itaque omnis fere de **Antonino** historia ignoratur, tantum inuenitur eum **Lucio Commodo**, quem **Adrianus** adoptauerat, ante **Adrianum** extincto, ab eodem **Adriano** adoptatum, & Imperatorem factum esse: itemque nolere **Senatu** heroicis honores tribui

Adria

Adriano vita functo propter aliquot cades virorum illustrium, quas fecerat. multa flentem lamentantiemque in Senatu disseruisse, atque ita ad extremum dixisse: Igitur nec ipse princeps vester ero, si ille improbus inimicusque vobis atque hostis fuit: nimirum enim omnia acta eius, in quibus est adoptio mea, rescindetis. Itaque Senatum, cum hac audiuisset, reuerentem Antoninum, metuentemq; milites, Adriano honores reddidisse. Hac quidem de Antonino apud Dionem tantummodo supersunt: cum etiam eum Augustum, Piumque esse appellatum à Senatu, propterea quod initio principatus sui multis reis factis, postulatisque nonnullis nominatim ad supplicium, neminem puniuit. Non enim, inquit, me oportet ab his rebus principatus exordium facere. Principio quoque historiae Marci Veri (qui post Antoninum Imperator fuit) desunt ea quae hic erga Lucium Commodi filium quem Marcus generum habuit, quaeq; Lucius missus à socero in bellum, quod cum Vologaso gerebatur, fecit. Quocirca pauca antè dicam de his rebus quae ex aliorum libris collegi: post ad ea quae in Dione sequuntur, transibo. Igitur constat inter omnes Antoninum probum virum & bonum fuisse: nec enim ceteris subditis, nec Christianis insensus fuit, quos vehementer obseruauit, & coluit, ac honori, quo Adrianus Christianos prosequabatur, accessionem fecit. Ponuntur enim ab Eusebio Paphili F. in historia ecclesiastica epistolae quaedam Adriani, quibus ostenditur illum grauiter minari his qui Christianis molestiam exhiberent, quiue illos deferrent, iuratq; Hercule, se in eos esse animaduersurum. Fertur Antoninus curiosus fuisse, posuisseq; maximam diligentiam in minimis quibusque rebus indagandis: quem qui iriderent, idcirco Κουμυονπελαγω, id est, Cumini sectorem

Antonin^o Adriano defuncto hereticos apud Senatum impetravit honores.

Antoninus cur Pius cognominatur. Xiphilinus ex aliis historiis frequentia collegit.

Antonin^o fauebat Christianis. Adriani Imperatoris pro Christianis epistole.

Antoninus
Pius Cumi-
nifector co-
gnominat⁹.
Terrēmot⁹.
Cyzicus.
Colūnz ma-
ximā.

appellabant. Eundem senem obiisse Quadratus scribit, ei que fuisse mortem dulcissimam, simulēque somno iucundissimo. Ferūt sub Antonino in Bit hynia, atque in Hellesponto valde horribilem terrē motum esse factum, eāque de causa complures alias ciuitates laborasse vehementer, & Cyzicum funditus concidisse, eiusque urbis templum maximum omnium atque pulcherrimum corruisse. Erant columna eius templi crassitudine quatuor vlnarum, altitudine cubitorum L. singula ex singulis lapidibus: cetera que in eo templa erant singula, plus admirationis, quam laudis habuerunt. Præterea ferunt diducto montis vertice in continenti terra, maritimum fluctum erupisse, spumamque puri & limpidi maris procul inde in terram proiectam fuisse. Ac de rebus quidem Antonini hec habui qua dicerē. Regnavit annos quatuor & viginti.

MARCUS ANTONINUS philosophus.

Lucius Vero M. Antonini in imperij administratione collega.



ROSTE AQVAM Marcus Antoninus mortuo Antonino, a quo fuerat adoptatus, principatum adeptus est, statim socium & participē Imperij cepit Lucium Verum, Lucij Commodi filium, eò quod ipse erat imbecillis, deditusque studijs literarum. Ferunt enim non erubuisse eum, cum esset Imperator, nec puduisse unquam ad doctore proficisci, sed adisse crebrò Sextum Bæotum philosophum, & ad audiendos Hermogenis rhetoricorum libros libenter venisse, atque in primis Stoicorum præcepta secutum esse. Lucius vero robustus & adolescens erat, tum etiam

Sextus Bæotus philosophus.

etiam ad rem militarem aptior. Huic Marcus Lucil-
lam filiam suam in matrimonium dedit, generumque
factum ad bellum cum Parthis gerendum misit, quod
Vologesius prior bellum intulerat, quodque omnem ex-
ercitum Romanum collocatum à Seueriano ad Ele-
giam que est in Armenia, atque interclusum undique
vna cum ipsis ducibus, telis cofecerat atque perdiderat,
ob eamque causam ciuitatibus Syria valde formidolo-
sus erat. Lucius ut venit Antiochiam, comparato ma-
ximo militum numero, & optimis ducibus delectis, ipse
in oppido remansit, ut inde constitueret omnia, & com-
meatum militibus copararet, Cassio exercitu permisso.
Cassius ad orientem se Vologesum fortiter sustinuit,
desertumque tandem à socijs ac terga vertentem insicu-
tus, Seleuciam & Ctesiphontem venit: deinde vastata
Seleucia atque incensa, regias Vologesi, qua in vrbe
Ctesiphonte erant, solo aequauit. Cum autem reuertetur,
magnum numerum militum amisit, qui partim fame
enecti, partim morbo extincti sunt, rediitque tamen in
Syriam cum reliquis militibus. His de rebus quanquam
maximè gloriabatur Lucius, tamè ei fortuna ad extre-
mum non fauit, quod aliquanto tempore post Marco so-
cero suo insidias parasse dicitur, esseque veneno sublatus
antequam negotium conficeret. Marcus Cassium toti
Asia praeesse iussit: ipse barbaris qui circū Istrum sunt,
Iaxygibus & Marcomanis, nunc his, nunc illis continenter,
quandiu vixit, bella intulit: quibus in bellis Paonia fuit
ei receptaculum. Eodè tempore Germani, qui trās Rhenum
incolunt, venere usque in Italiā, attuleruntque Romanis maxi-
ma ac grauissima incommoda, quibus Marcus occurrit, Pō-
peiiano atque Pertinace legatis exercitus factis. quo in bel-
lo optimè se gessit Pertinax, qui postea Imperator
factus

Lucia Marci filia.

Vologesius rex Parthorum.

Lucij Veri contra Parthos res gestae.

Cassius.

Seleucia.

L. Veri in Antonij socerū impietas.

Antonini contra Marcomannos res gestae. Germanorum in Italiam eruptio.

Mulieres
præliaban-
tur.

Solus Deus
iudex est
Principis.

M. Vindicis
statuz.
M. Antoni-
nus Germa-
nicus cogno-
minatus.
Bucoli.

Bucolorum
astutū con-
filium.

factus est. Inter cadavera barbarorum, corpora mulierum armata reperta sunt. (fecto maximo prælio, partaq; insigni victoria, Imperator cum rogatus esset a militibus pecuniam, tamen non dedit: quod diceret, si quid plus quam esset constitutum, acciperent, id ex sanguine parentum ipsorum propinquorumque exactum iri. Principis enim solum deum iudicem esse posse. A deo enim temperans & continens erat in Imperio, ut cum tot tantaque bella gereret, nihil faceret contra quam fas esset, assentationis aut timoris causa. Cum autem Marcomani in aliquo prælio bene successisset, ab iisque Marcus Vindex præfectus interfectus esset, tres ei statuas posuit: illis vero superatis, Germanicus appellatus est. Germanos enim eos qui in superioribus locis habitant, appellamus. Ad hæc motus latronum in Ægypto qui Bucoli, quasi pastores boum, dicuntur, factus est, ceteris Ægyptiis à sacerdote quodam & Isidoro ad defectiōnem sollicitatis. Hi enim primò ornati muliebri vestitu, simulantésque se uxores Bucolorum esse, Romanòque Centurioni aurum pro viris suis daturas, eum accedentē ad se dolose interfecerunt, mactatòq; eius comite cōiurauerunt in visceribus eius, qua etiā ad extremum comederunt. Hic Isidorus fortitudine omnibus hominibus suæ ætatis antecelluit. Cùmque vicissent Romanos in Ægypto, penè cepissent Alexandriam, nisi Cassius dux è Syria aduersum eos missus, discordiam seditionemque ita inter ipsos concitauisset, ut à se ipsi distraherentur. Nam propter eorum desperationem atque multitudinem Romani non sunt ausi cum eis aperto prælio congregari, sed eos Cassius tumultuantes oppressit. In bello autem quod Marcus cum Germanis gerebat, ut hæc quoque memoria digna sint, quidam adolefcētulus captiuus

captiuus Marco nescio quid interrogāti ita ait: Prae frigore non possum tibi respondere: quamobrem si quid ex me vis cognoscere, iube mihi vestem, si quam habes, dari. Præterea miles quidam cū esset noctu in Danubij custodia, audirētque trans flumen clamorem captorium militum, statim, ut erat, enatauit: & cū liberasset captos, reuertit. Erat Marco Rufus Basæus præfectus prætorio, vir bonus, sed propter rusticitatem ignarus literarum. puer enim in paupertate educatus fuerat. Hunc fortè cadentem arbores in sylua quidam offendit, cūq; quòd primo iussu non descenderat, increpauit his verbis: Præfecte descende. Idq; etsi propterea visus est dicere, quòd humili loco natus is erat, tamen euenit postea, ut fortuna hunc ei honorem tribueret. Imperator autem quoties bellis non impediebatur, solebat ius reddere, iuberēque multos modios aqua oratoribus dari. In causis autem diligenter cognoscendis atque examinandis paulo longior esse, ut undecunque ius inuestigaret. nam de eadem causa dies undecim, & saepe duodecim, aliquando etiam noctu cognouit. Cum enim esset amans laboris, tum verò diligēter applicabat animū ad omnia quæ ad principatum pertinerent. Nihil dicere solebat, nihil scribere aut facere negligenter, sed vel in minimis rebus diem sæpenumero consumere, quòd existimaret non decere Imperatorem propter quicquam agere. Si quid enim prætermisisset vel in minimis rebus non putabat se posse in cæteris calumniam effugere. Et tamen erat valetudine vsque adco infirma, ut frigus principio perferre non posset * congregatisque militibus, ut ipse imperauisset, priusquam cum eis colloqueretur, secederet paululum, ac modico cibo idque noctu, semper ute retur. Nihil enim capiebat interdū præter medicamentum

Rufus Basæus.

Antoninus in cognoscendis atq; examinandis rebus diligens.

Theriacum
fumebat
Marcus.
Romanorū
de Iazygib.
victoria.
Pugnatur in
Danubio
cōglaciato.

mentum, quod Theriacū appellant: quod pharmacum non tā fumebat timoris causa, quā quod erat infirmo stomacho & pectore, ut eum ob hanc causam huic rei, & ceteris potuisse sufficere arbitrentur. Eo tēpore tandem Romani Iazygas vicere primum in terra, post etiā in flumine, non quod nauale praelium factum sit, sed quod conglaciato Danubio fugientes consecuti in eo perinde atque in continente pugnaverunt. Nam Iazyges cum Romanos se ponē sequi intelligerent, sperarētque facile se posse eos conficere, quod glaciei essent insueti, impetū sustinendum putauerunt. Ergo Romanos à fronte alij adoriuntur, alij à lateribus irruunt, quod eorum equi in huiusmodi glacie currere tuto didicerant. Quare animaduersa Romani nihilo magis timent, sed conuersi, aduersique facti hostibus, magna pars scuta deponunt: atque quò minus cadant, in ijs alterum pedem firmant. Hoc pacto eorum impetum primò sustinent: post frenis equorum, scutisque hostium arreptis & pilis, eos ad se trahunt, atque ita implicatos homines equosque pariter deiciunt. nec enim poterant in lubrico loco viribus nostrorum resistere: quanquam enim etiam Romani cadebant, tamen siue quis eorum caderet supinus, hostem pedibus trahebat, atque, ut in lucta fieri solet, ita retrò proyiebat, ut eo superius esset: siue pronus caderet, hostem, qui ante ceciderat, carpebat dentibus. Nam Barbari ignari & rudes pugna huius generis, quòdque leuioris erant armatura, resistere minus poterant. Ex quo factū est ut pauci de multis effugerint. Igitur Marcus multis magnisque praelijs factis, aditusque periculis, Marcomanos & Iazygas subegit. Post hac praelium acre, bellūque magnum cum ijs qui Quadi appellantur, fuit: quo ex bello victoria præter spem, vel po-

Marcoman
ni & Iazy-
ges à Roma-
nis subacti.
Quadi à M.
Antonino
victi.

tius Dei beneficio consecuta est, propterea quòd Romanis, cum essent in praelio, atque in maximum periculum venissent, mirabiliter sanè ac diuinitus conseruati sunt. Cum enim interclusi à Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atque interim Barbari differrent praelium, sperantes eos calore & siti perituros, quos circum occupatis locis omnibus sic concluderant: erant enim multo plures, ut aquam habere nullo pacto possent: cumque Romani in tantas difficultates incurrissent, ut morbo, vulneribus, ardore solis, ac siti vexarentur, nec ob eas res pugnare possent, aut aliò secedere, sed in acie stantes, atque in locis constitutis arderent, nubes de repente ita coacta sunt, ut maximus imber aqua ceciderit non sine Dei beneficio. Fama est Arnuphin Magum Egyptium, qui una cum Marco erat, Mercurium illum qui est in aere, aliòsque demonas quibusdam artibus magicis inuocauisse, ac per eos pluuiam extorsisse. Hac quidem à Dione dicuntur, sed is mihi mentiri videtur, volens an inuitus, nescio: volentem magis arbitror, cum non ignoret legionem militum, quae Fulminatrix appellatur proprio nomine (eius enim mentionem facit in recentione ceterarum) ex nulla alia causa (neque enim alia circumfertur) quam ex ea quae in eo bello accidit, id nomen accepisse: quae causa etiam tunc Romanis salutis, barbaris exitio fuit. Non enim Arnuphis Magus erat, cum nusquam memoria proditum sit Marcum Magorum societate, aut prestigis fuisse delectatū. Quod igitur in hac re dico, tale est. Cum Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitenis (hi omnes Christum colunt) ad eum praefectus pretorianorum venit, nescientem in illo praelio, quid

Romanorū
cū Quadis
conflictus.

Arnuphis
suis incanta-
tionib, plu-
uiam impe-
trat. qua dis-
siparentur
Quadorum
milites.
Dion à Xi-
philino ta-
xatur.

Piotū pre-
cibus victo-
ria paratur.

quid consilij caperet, timentemque toti exercitui, eique fertur dixisse, nihil esse, quod ij qui Christiani nominantur, precibus impetrare non possint, esseque legionem unam in exercitu hominum huius generis. Qua re cognita,

Quadi fulmine percussis atque fugati.

Legio Christianorum
Κεραυνόβολος
appellata.

Prælium plusquam miraculosum.

Marcum ab ijs petiisse, ut Deo suo supplicaret. Quod cum fecissent, Deum eos exaudisse subito, percussisseque hostes fulmine, ac Romanos pluvia recreasse: his rebus Marcum vehementer obstupefactum, edicto Christianos honore affecisse, ipsamque legionem fulminatricem appellasse: atque his de rebus epistola Marci extare dicitur. Græci quidem sciunt eam legionem Κεραυνόβολος appellari, eiusque rei testes sunt: causam vero cur ita appellata sit, non dicunt. Dion addit, Romanos cum primum pluvia caderet, omnes suspexisse in cælum, eamque in ora recepisse: deinde scutis galeisque subiectis inde sorbisse largiter, equisque ad bibendum dedisse: cumque Barbari in ipsos impetum facerent, bibentes simul pugnasse, compluresque saucios sanguinem infusum in galeas, simul cum aqua absorbuisse. Hi propterea gravia damna accepissent urgentibus hostibus, quod magna ex parte in bibendo erant occupati, nisi vehemens grando, compluraque fulmina in hostes cecidissent. Itaque licebat videre in eodem loco aquam ignemque simul de cælo cadere, atque ob eam causam valere alios et bibere, exurique alios, ac prorsus interire. Non enim ignis attingebat Romanos: quod si forte interdum cum eis misceretur, extinguebatur subito: neque imber iuuabat Barbaros, sed non secus inflammabat atque oleum, ita ut aquam requirerent pluvia perfusi, infligerentque sibi vulnera, quod ignem sanguine restinguerent. Pars confugiebat ad Romanos, quasi illis tantummodo aqua salutaris esset: ita ut eorum Marcus etiam miserus sit:

eoque

eoque facto à militibus septimum Imperator appellatur. Quod etsi admittere non consueuerat, prius quam esset decretum à Senatu, tamen non repudiavit, quasi id diuinius acciperet: de quo etiam ad Senatum scripsit. Faustina quoque mater exercituum appellata est. Pertinax autem ob res præclare gestas consul est factus: cuius causa multi indignati sunt, propterea quod erat obscuro loco natus, canebantque illud tragicum,

Τοιαύτ' ὁ τλήμων πόλεμ' ἔβραχεται,

Talia infelix bellum efficit: videlicet ignorates eundem principem Romanum fore. Cum autem Cassius res nouas moliretur in Syria, Marcus uehementer perterritus, Commodum filium (is iam ephebus erat) accersi ex Vrbe iubet. Erat Cassius Syrus ex Cyri regione vir optimus, qualem Imperatorem habere esset optabile, nisi quod erat filius cuiusdam Heliodori, qui propter multam rhetoricæ artis scientiam, ad præfecturam Ægypti peruenerat. Id facinus graue Cassius fecit, deceptus à Faustina, quæ cum virum suum imbecillum esse animaduerteteret (ea erat Antonini Pij filia) speraretque breui tempore moriturum, timuit ne si principatus ad alium deueniret, quod Commodus adolescens erat, et stolidus quodammodo, ipsa priuatam vitam agere cogere-
retur. Itaque Cassio secreto persuasit, ut se compararet, quò, si quid Antonino accidisset, ipsum simul cum Imperio caperet. Hæc dum secum Cassius reputat, nuncius de interitu Marci perfertur, ut solent ista semper in deteriore partem diuulgari. Quamobrem statim affectauit Imperium, nulla adhibita maiore diligentia in veri cognitione, quasi verò fuisset amè ab exercitu qui tum erat in Pannonia, Imperator designatus. Et quamquam non ita multò post verum rescieuit, tamen quòd

Faustina
mater exercituum,
Pertinacis
consulatus.

Cassius.

Heliodorus
rhetor.

Faustina.

Cassius Syrus imperiū
affectat.

semel motum fecerat, de sententia decedendum sibi esse non putauit: sed omnia quae intra Taurum erant, cepit breui temporis spatio, & sibi Imperium armis comparare statuit. Marcus cognita Cassij rebellionem per Verum qui Cappadociam obtinebat, primò rem dissimulat, celatque: post ubi milites perlato rumore commoueri vehementer coeperunt, ac multa colloqui, eos conuocari iubet, atque apud ipsos pauca in hanc sententiam exponit. Et si, inquit, huc veni comitiones non succedendi aut lamentandi causa (cur enim Deo succensere oportet, in cuius potestate sunt omnia?) tamen eos qui merito infelices sunt, aduersam fortunam lamentari necesse est: quod mihi euenit hoc tempore. Quam enim graue est, & molestum bella nobis ex bellis existere? quam porro calamitosum, ciuili bello nos implicari: quam uero utroque grauius est, atque calamitosius, fidem in hominibus nullam esse fierique mihi insidias ab homine amicissimo, meque inuitum nulla facta iniuria, nulloque commisso delicto incertamen venire? Quae uirtus unquam tuta, aut quae amicitia firma existimabitur, si mihi haec facta est iniuria? nonne fides, nonne spes omnis amissa est? Quod si tantum esset periculum, nihili certe facerem: (nec enim natus sum immortalis) nunc autem cum publica facta sit defectio, uel rebellio potius, bellumque ad nos omnes pariter pertineat, uellem, si fieri uillo modo posset, euocare Cassium, cum eoque apud uos, aut apud Senatum iure contendere: tum enim ego nullo praelio facto Imperium ei libenter cederem, si ita publicae utilitati conuocare uideretur. Etenim pro republica perpetuos labores sustineo, qui tandem hic longe ab Italia commoratus sum, homo iam senex & imbecillus, ut neque cibum suauem,

Oratio Marci ad milites.

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

suauem, neque seminum vacuum curis possim capere. cc
 Sed quoniam Cassius mecum nolle in hac causa conue- cc
 nire, (quo pacto enim mihi credat is, qui mihi tam insi- cc
 dus fuerit) vos oportet commilitones forti animo esse: cc
 nec enim Cilices, Syri, Iudei, Egyptij vobis fuerunt cc
 unquam, aut erunt potiores; non si milles, quanto nunc cc
 pauciores sunt, quam vos, tanto plures congregentur. cc
 Sed neque Cassij ipsius, quanquam videtur esse opti- cc
 mus Imperator, multaque prospere gessisse, ratio vlla ha- cc
 beri debet. Non enim aquila graculorum dux, aut leo cc
 hinnulorum aptus esse ad bellum gerendum potest. Iam cc
 verò illud Parthicum & Arabicum bellum non Cas- cc
 sius, sed vos confecistis. Quòd si ille praesertim ex rebus cc
 cõtra Parthos gestis habet gloriam, vos quoque Verum cc
 habetis non modo non inferiorem illo, sed multo etiam cc
 potiorum, à quo longè plura bello victa & parta sunt. cc
 Quinetiam iam illum pœnitere fortasse cœpit, quòd cc
 me viuere intelligit: nunquam enim id nisi mortuo me cc
 fecisset. Quòd si manet adhuc in proposito, susceptoque cc
 consilio, tamen cùm profectiõnem nostrã intellexerit, cc
 omnino resipiscet: vos enim metuet, me reuerbitur. I- cc
 taque tantum illud vercor cõmilitones (licet enim apud cc
 vos verum dicere) ne aut ipse manus sibi afferat, quòd cc
 pudore scilicet adductus non audebit in conspectum cc
 nostrum venire, aut alius cognito aduentu meo, quòd cc
 contra illum profisciscar, id faciat: mihi enim perma- cc
 gnum premium belli atque victoria, quantum un- cc
 quam accepit nemo, auferet. Quòd verò premium di- cc
 cet aliquis? homini qui iniuriam fecerit, ignoscere: cc
 ei que qui amicitiam fidemque violauerit, amicum & cc
 fidelem permanere. Quae etsi vobis fortasse videntur cc
 esse incredibilia, tamen ea vobis oportet persuaderi. cc

non enim bona omnia ex hominibus prorsus extermina-
 ta sunt, sed sunt adhuc apud nos antiquæ virtutis reli-
 quie. Quod si quis mihi fidem non habeat, tanto cupio
 vehementius ea quæ videntur fieri non posse, facta ante
 oculos omnium ponere. Hac enim sola mihi ex malis præ-
 sentibus foret utilitas, si possem re optimè confecta osten-
 dere cunctis hominibus, nos quoque bellis civilibus bene vi-
 posse. Hac Marcus & apud milites concionatus est, &
 ad Senatum scripsit, nihil Cassium criminatus, nisi quod
 illum crebrò ingratum vocabat. Cassius quoque de Mar-
 co nihil unquam dixit contumeliose, aut scripsit. Dum
 Marcus se ad bellum civile comparat, multæ ei vi-
 ctoriae ex plerisque barbaris nationibus, ac mors ipsius
 Cassii nunciatur. Nam Cassio iter facienti Antonium
 Centurio occurrit, eumque de improviso secundum cer-
 uicem vulneravit: quanquam id vulnus non fuit mor-
 tiferum, propterea quod Antonius impetu equi con-
 citatus, facinus imperfectum reliquit, ita ut ille ferè eua-
 deret, nisi eum Decurio interim confecisset. Hi abscesso
 eius capite ad Imperatorem proficiscuntur. Ita Cassium,
 qui hoc pacto tres menses, & dies sex imperium somnia-
 uerat, iugulatur: filiusque eius, qui tum erat absens, in-
 terfectus est. Marcus autem cum eò venisset, nationes
 omnes quæ rebellionem fecerant, tractavit perhumaniter
 neque quæquam ex obscuris hominibus aut ex illu-
 stribus interfecit. Sub id tempus Faustina moritur sine
 doloribus, podagra, quibus laborabat, siue alia ex causa, ne
 ob ea de quibus cum Cassio conuenerat, argueretur: quã
 quam Marcus literas, antè quàm eas legeret, consi-
 derat, ne cogereetur quenquam inuitus odisse. Ferunt nõn
 nulli Verum antea præmissum in Syriam, quam obti-
 nuerat, literas in suppellectili Cassii inuentas consi-
 disse,

Cassij in-
 gratitudo
 ab Antoni
 no taxata.

Cassius gra-
 uiter vulne-
 ratur & oc-
 ciditur.

M. Antoni-
 ni clemẽtia
 atque ani-
 mi modera-
 tio.

Faustina
 moritur.

disse
 Qu
 gef
 cus
 uer
 tas
 cess
 bus
 lux
 fio
 cep
 Al
 qui
 ext
 ad
 mi
 nesi
 Co
 ger
 in
 fue
 arg
 ext
 cur
 Fa
 cu
 fue
 foe
 in
 bu
 m
 li

disse, quòd eas nihil ad Marcum pertinere diceret. Quòd si forè ob eam causam Marcus succenseret: longe fore melius, se vnum pro multis interire. Sed Marcus non delectabatur cadibus, idque ex eo licet animaduvertere, quòd Roma spectabat gladiatores tanquã athletas certantes sine periculo. Nec enim gladiatoribus cõcessit acuto ferro dimicare, sed obtusis gladijs & teretibus omnes dimicabant. Mortem Faustina vehementer luxit: scripsitq; ad Senatũ, ne quis eorũ qui opem Cassio tulissent, morte afficeretur, tanquã in eo dolore, quem ceperat ex interitu Faustina, hoc vno solatio uti posset. Absit enim, inquit, ut me tenente principatũ, vestrũ quisquam meo vestrõue decreto capite damnetur. Ad extremum addidit: Quòd si id à vobis non impetrabo, ad mortem ibo celeriter. vsque ad eò à cadibus alienus, mitis & bonus & pius erat. Quinetiam in plerõsque beneficia cõtulit, qui ipsi filioque necem machinati essent. Constituit autem ut nemo cum imperio esset apud eam gentem ex qua ortus esset, propterea quòd Cassius, cum in Syria patria sua imperiũ haberet, res novas molitus fuerat. Senatus Marco & Faustina decreuit statuas argenteas Romæ in templo Veneris collocari, arãque extrui, in qua vis vine: omnes qua nuberet in vrbe, vnã cum sponsis sacrificarent: præterea ut in Theatro statua Faustina aurea in sella esset semper, qua, quoties Marcus spectaret, in principali loco, vnde ipsa spectare consueuerat vinens, poneretur, eique omnes præstantissima femina assideret. Marcus postquam Athenas venit, initiatusq; fuit, magnos honores tribuit Atheniensibus, quorum in vrbe doctores omnis doctrina annua mercede conductos constituit ad omnium gentium utilitatem. Cum autem Romam venisset, concionare-

Gladiatoribus interdicitũ ne acutis gladijs dimicaret.

M. Antoninus ab omni cede alienus.

M. Antonini constitutio.

Marci & Faustinae statuz.

Apud Atheniensis annua stipendia doctoribus disciplinarũ ab Antonino constituta.

Octo aurei
viritim da-
ti. CC. drac.

Liberalitas
Antonini.

Smyrna ter-
ramotu cō-
quassata in-
flauratur.

Crispina nu-
bit Cōmo-
do.

Marcus pe-
tebat à Se-
nato pecu-
niā ex tra-
sio.

tūque apud populum, ac subinde diceret inter cetera, se multos annos peregrinatum abfuisse, conclamarētque multitudo, Octo: idque significaret porrectis manibus, ut totidem aureos in cœnam acciperet, subrisit tū ipse etiam, octo, inquit: ac postea octo aureos viritim dedit, quantam summam nunquam ceperant antea. Quibus confectis rebus omnibus, remisit id quod fisco ararioque publico debebant, ab annis quadraginta, absque sedecim annis *Adriani*, iussitq; syngraphas omnes scriptas de ijs rebus in foro comburi. Pecuniam multis civitatibus largitus est, in quarum numero fuit *Smyrna*, qua ingēti terræ motu conquassata fuerat, eamque Senatori & praetorio viro ut resciceret mandavit. Ex quo fit ut mirer eos qui *Marcum* reprehendunt, negantque magno animo fuisse. Is enim etsi reuera frugalissimus erat, tamē nulla in re deerat sumptibus necessarijs, licet in exigenda pecunia, ut supra dixi, nemini molestus esset, atque in rebus necessarijs, præter quàm in re familiari, maximos sumptus sustinebat. Postquam res *Syrbica* presentiam eius iterum postulare visa sunt, *Crispinam* celerius quàm vellet ob hanc causam filio in matrimonium collocavit. Nam *Quintilijs*, etsi uterque eorum valebat prudentia & fortitudine, ac usu maximarum rerum, tamen ibi bellum conficere non potuerunt. Quamobrem ipsi Imperatores necessariò profecti sunt. Tum *Marcus* pecuniam ex arario petiuit à Senatu, non quòd ea non esset in principis potestate, se quòd diceret eam ceteraque omnia esse Senatúsque populi *Romani*. Nos enim, inquit (id dicebat in Senatu) usque ad id nihil habemus proprium, ut etiam vestras ades habitemus. Cūque hac dixisset, hastam sanguinolentam, qua in templo *Martis* reposita erat versus agrum bo-

stium,

stium, ut accepi ex ijs qui aderant presentes, contorsit: deinde contra hostes proficiscitur. Paterno magnas copias dat, cumque ad praelium committendum mittit. Restitit Barbari totam diem: tandem vero omnes à Romanis cæsi sunt. Marcus decimum Imperator appellatus est: qui si vixisset diutius, ea quæ in Scythia erant, omnia in suam potestatem redegit: sed is discessit è vita xvi. Cal. April. non morbo quo laborabat, sed ut ego cerio accepi, peremptus à medicis qui Commodum gratificabatur. Cumque esset morti proximus, Commodum militibus commendauit. Nolebat enim videri, ut mors sibi ab illo afferretur: tribunoque militum signum postulanti ita respondit, Abi, inquit, ad Orientem: ego enim iam ad Occasum comneo. Mortuus cum alijs magnis honoribus afficitur, tum vero statuitur aureus in curia. Itaque Marcus omnium hominum qui unquam principatum tenuerunt, optimus mortuus est: multis enim virtutibus præditus fuit, sed præsertim beneficentia, cui etiam templum adificauit in Capitolio, eamque proprio atque inaudito antea nomine nuncupauit. Neque verò solum se ab omnibus vitijs abstinuit, sed etiam aliorum vitia, & maxime vxoris tulit, dum ea nec inuestigaret curiosus, nec puniret. Si quis autem rem vilem faceret, eum collaudabat, eoque homine ad eam rem utebatur, cum interim aliena facta nunquam sibi vindicaret. Ac Marcum quidem nihil simulatè, sed omnia cum virtute egisse, perspicuum esse potest ex eo, quod cum octo & quinquaginta annos, mensibusque decem, ac dies viginti vixerit, in ijsque cum Antonino patre diu fuerit cum imperio, ipseque decem annos, & dies undecim regnauerit, tamè æquabilis in omni vita, nec vlla unquam in re immutatus fuit. Itaque verò fuit vir bonus, cum in eo nihil si-

Belli hostibus indicendi cætemonia.

Antoninus à suis medicis in gratia Commodi interfecit.

Antonini iam mortificis dictum. Beneficentia templum.

Antoninus Imperator omnium doctissimus.

Etum, nihil simulatum esset. Magnum ei adiuuētum attulerūt bona artes: nam rhetoricis & philosophia preceptis exercitatus fuit, habuitque illorum Cornelium Frōtonem, & Claudium Herodem preceptores: horum autem Iunium Rusticū, & Nicomedem Apolloniū, homines in preceptis Zenonis exercitates. Ex quo factum est ut magna hominum multitudo philosophari simulauerit, ut ab eo locupletarentur. Multum vero ei contulit natura: antequam enim cū ijs versaretur, magnopere cōtendebat ad studium virtutis: qua in re propinquis suis, qui multicrant, & potētes & locupletes, ita satisfaciebat puer, ut omnibus maximè charus esset: atq; ob eam causam præsertim ab Adriano adoptatus in familiā, nihilo magis infō.ēs fuit. Greco autem & Latino sermone, tum rhetoricis ac philosophia preceptis semper imbuebatur. Is antè quàm Cæsar designaretur, humeros eburneos manusque habere in somnis visus est, rursusque ad omnes humanos vsus uti. Sed ex illo vehemēti studio atque exercitatione factum est, ut esset valde infirmo & imbecilli corpore, etsi principio fuerat bona valetudine, ita ut armis certaret, aprōsque ex equo in venatione cōficeret: sed ea, ut meritū erat ipsius, non successit. Nam homo æger toto ferè tēpore principatus in plurimos morbos incidit. Quas ob res cum magis admirari soleo, & quòd super fuit alienissimis grauissimisque negocijs, & quòd Imperium conseruauit. Id unū fortuna eius defuit atque fœlicitati, quòd spe filij, quē optimè, quoad eius fieri potuit, educari atq; institui curauerat, frustratus est: de quo deinceps dicendū est. Historia autem ex aureo regno in ferreum (nam ea tum accidit rerum Romanorum mutatio) delabitur.

Antoninus
ab Adriano
Imperatore
adoptatus.

Somnium
M. Antoni-
ni.

Antoninus
in imperio
valetudina-
rius.

COM

COMMODVS.



COMMODVS nec vaser, nec ma-
 liciosus erat, sed præter omnes homines
 apertus & simplex. Cuius rei causâ,
 tum etiam quòd timidus erat, serue-
 bat ijs cum quibus versabatur, à qui-
 bus inuictus ignorantia meliorum, primò in malam
 consuetudinem, post in immanem naturã, & mores nefar-
 ios descendiit. Erat natus nouem & decem annos, cum
 pater eius mortuus est, multis ei Senatoribus optimis vi-
 ris curatoribus relictis, quorum consilijs & admonitio-
 nibus multam salutem dixit, factâque pace cum Bar-
 baris, Romam contendit, homo ocij & urbane tranquil-
 litatis cupidissimus. Parata sunt ei sæpenumero insidia
 à multis: ipse magnum numerum virorũ & mulierum
 partim palam interfecit, partim clam veneno sustulit, &
 maxime eos omnes ferè, qui & patris temporibus, & suis
 florentes erant, præter Pompeianum, & Pertinacem, &
 Victorinum. Hos enim nescio quibus de causis non in-
 terfecit. Hæc autem ego, ceteraque omnia quæ sequun-
 tur, non ab alijs tradita, sed à me obseruata notauì. Post-
 quam Romam venit, orationem habuit in Senatu, in
 eaque meræ nugas dixit. etenim præter cetera posuit
 in suis laudibus, quòd cum equitaret aliquando, pa-
 trem ex multo cæno, in quod ceciderat, liberauit,
 scilicet huius generis erat gloriosa ipsius oratio. Ingre-
 denti in Amphiteatrum Claudius Pompeianus in-
 sidias parauit, atq; in angusto quodã introitu porrecto
 ei gladio: Ecce, inquit, hũc tibi non mittit Senatus. Hic
 cum uxorem duxisset filiã Lucillæ, & cum utraq; simul
 rem haberet, Commodus ita familiaris erat, ut unã epu-

Commodi
natura &
ingenium.

Curatores
Comodi.

Crudelitas
Comodi
Comodi Im-
peratoris ad
Senatũ ora-
tio.
Ab hoc lo-
co vsq; ad fi-
nẽ historię
Diò narrat
ea, quorum
testis ocula
tus fuit, non
quæ ab alijs
tradita ac-
cepit:

Lucilla for-
ror Cōmo-
di, eius incō-
tinentia &
crudelitas.
Crispina v-
xor Cōmo-
di occidi-
tur.

Marcia
Quadrati
pellex.

Seruius Tu-
lianus.

Paternus.

Quintilij
duo.
Quintilio-
rum mutuus
amor.

Sexti Con-
diani Quin-
tilij astuti-
simū factū.

larentur, & inuentutem unā transgerent. Lucilla ve-
rò foemina nihilo melior aut continentior, quā Com-
modus frater, Pompeiano viro suo infensa persuasit, ut Com-
modo insidias faceret, eūque ipsa perdidit: qua etiam
patefacto postea scelere interfecta est. Crispinam quoque
Commodus iratus adulterij causa occidit. Harum vir-
que ante Capreas relegata fuerat. Occisa fuit etiā Mar-
cia Quadrati unius ex ijs qui tum interfecti sunt, pel-
lex, & Electus cubicularius Commodi, quo officio Qua-
dratus quoque fungebatur, cuius Commodi hac pellex
primò, post Electi vxor fuit, quorum utrumque postea
morte acerbā affecit. Hanc Christianorum studiosam
fuisse, & quòd esset apud Commodum magna auctori-
tatis, multa in eos beneficia contulisse memoria prodi-
tū est. Occidit praeterea Commodus Scruium Iulianum,
& Paternum, à quibus, si quidem voluissent ipsi, facile
poterat occidi, quòd ille cum esset vir clarissimus, pra-
erat magno exercitui: hic praetorio praefectus erat. Insuper
occidi iussit Cardianum & Maximum Quinti-
lios, qui & doctrina & sciētia rei militaris, concordiaque
& opibus per celebres erant. Hi enim etsi nihil moliebantur
nouī, tamen existimabantur propter multitudinem
bonorum quae habebant, statum rerum qui tum erat, do-
lere, ut quae unā vixerant semper, ita simul cum uno filio
mortui sunt. Fuere enim maximo amore coniuncti in-
ter se, neque dissensere unquam in gerendis magistrati-
bus, copiosi planè & locupletes. Cūque simul magistra-
tus gererent, sibi vicissim assidebant. Sextus verò Con-
dianus Maximi filius, qui ingenio & eruditione pra-
stabat ceteris, ut intellexit se quoque condemnatum iri
(is erat in Syria) poto leporis sanguine, equum conscen-
dit, ex eoque paulò post cecidit consultò, & sanguinem
quem

quem biberat, euomere pro suo cepit: mox erectus à suis, quasi esset statim moriturus, domū allatus deliruit: tum aries pro eius corpore in arcam coniectus combustusque est. Ipse ex eo tempore vario semper habitu, mutataque veste huc & illuc vagari cepit. Hac de re cum essent rumores sparsi (neque enim ea quæ sunt huius generis diu latere possunt) ubique gentium diligenter perquiritur, multiq; pro eo partim propter similitudinem, partim quod conscij esse, eumque recepisse putabantur, supplicio affecti sunt: multo verò plures, qui fortassis eum ne viderant quidem unquam, priuati sunt facultatibus: ipse quidem an verò occisus fuerit (multa enim capita pro capite eius Romam allata sunt) an effugerit, constat nemini. Fuit, qui post mortem Commodi Sextum se esse diceret, ac proinde recuperare facultates eius & dignitatem niteretur. Qui quanquam sepe, cum examinaretur à multis, scite respondebat, tamen postquam eum Pertinax Græcè, cuius lingua ille peritus fuerat, interrogauit, errauit maxime, dum non posset intelligere id quod à Pertinace quæreretur. Idque ego præsens audini. Est autem Malli, quod est oppidum Cilicia, oraculum Apollinis, & somniorum interpretatio, ubi Apollo Sexto responsum dedit, & pictura, quid futurum esset, significauit. Pictus erat in tabella puer, à quo duo serpentes suffocabantur: itémque leo hinnulū persequens. Quam rem ego, cum essem in Cilicia cum patre qui ei prouincia præerat, non potui conicere, ante quàm fratres à Commodò, qui Herculem postea imitatus est, quodammodo suffocatos esse intelligerem, ut Herculem infantem adhuc, memoria proditum est, serpentes à Iunone immixtos suffocasse: (Quintili; enim stragulati sunt) iamque Sextum fugere, eumque potentiorē Commodum

Similitudinis formæ memorabile exemplū.

Mallus oppidum Ciliciz, & ibi oraculum.

modum persequi cœpisse. Equidem cōfunderem & perturbarem historiam, si scriberem accurate de singulis, quos ille adductus non solum falsa calumnia, & suspitione non vera, verum etiam propter opes maximas, nobilitatēque generis, & excellentem præstantiam doctrina, atque ob alias virtutes interfecit. Fuere Commodo quadam bella cum Barbaris, qui ultra Daciam incolunt, ex quibus Albinus & Niger, qui postea bellum gesserunt cum Seuero Imperatore, magnam gloriam consecuti sunt. Sed Bellum Britannicum omnium longè maximum fuit. Quamobrem cum Britanni essent eum murum transgressi, qui inter ipsos & Romanorum castra intercedit, vastasēntque multa, Romano duce, & militibus quos secum habebat, cæsis, Commodus timore perterritus, contra eos Ulpium Marcellum, misit: is erat homo modestus & frugi, nam quòd ad cibum cateraque pertinet, vivebat more cæterorum militum, eratque fortis ac magnanimus, quoties bella gereret: pecunia quidem certè non corrumpēbatur, minime tamen lenis aut humanus erat. Dux fuit omnium vigilantissimus: cūmque vellet cæteros qui cum ipso erant vigilantes esse, duodecim tabulas, quales ex tilia fieri solent, quotidie perscribebat vespere, mandabatque vni ex suis, ut alias alijs atque alijs horis perferret ad diuersos milites, quò Imperatorem suum vigilare semper rati, ipsi minus dormirent. Et quanquam somno alioqui resisteret natura, tamen quò magis id facere posset, inedia perfecerat. nam ut ne pane repletetur, eum Roma ad se subebat exportari, ne paulo plus quàm esset necesse, posset propter vetustatem comedere. Igitur Marcellus tali ingenio pradius, maximis atque grauissimis damnis

Comodi Imperatoris cū Barbaris bella. Britannicum bellum.

Vlpij Marcelli tortissimi ducis natura & ingenium.

Contra Britannos res egregiè gestæ.

Barbaros affecit: quo factò quanquam parum abfuit, quin virtutis ipsius ergò Commodus eum necaret, tamen ipsum dimisit. Perennio verò, qui post Paternum præfuit prætorianis cohortibus, accidit ut propter seditionem militum necaretur. Cùm enim Commodus se studio agitantorum curruum, & libidinibus cuiusvis generis dedidisset, nec quisquam ferè ageret ea quæ ad principatum spectarent, Perennio non solum cura militum, sed etiam reliquorum omnium esse cœpit, & maxime publicæ utilitatis. Sed milites, quoties eis aliquid ex senectia parum eveniret, coniecta in Perennium culpa, eidem graviter irascebantur. Idem fecere si qui erant in Britannia obiurgati quòd seditionem fecissent: (is antè sedati non sunt, quàm eos Pertinax placaverit) miserunt enim in Italiam mille quingentos milites deletos ex ipsorum numero: quibus, cùm à nemine prohibiti iam Romam adventarent, occurrit Commodus, eosq; ita interrogavit, Quid hoc rei est commilitones? quàm obrem venistis? Illi respondere, Propterea, inquit, quòd Perennius tibi insidias parat, ut filium suum Imperatorem designet. Quod ubi Commodus credidisset facile, instante potissimum Cleandro qui Perennium graviter oderat, à quo omnia agere pro libidine vetabatur, præfectum prætorio militibus, quibus ipse præerat, dedit: nec est ausus mille quingentos milites contemnere, cùm ipse multo plures prætorianos haberet. Filii Perennium casum verberibus obruncant, eiusdemque uxorem, ac sororem cum filiis duobus interficiunt. Ita Perennius occisus est indignus eo genere mortis, tum suatum Romani Imperij causa, nisi quòd ut præesset solum prætorianis militibus, Paterno collega autor interitus fuerat, cùm alioqui nunquam incumberet ad opes & glo

Perennius præfectus prætorio p militi seditione interfectus.

Cleandrus Perennium odium.

Perennij mors.

Cleandri sce-
lera.

Comodi Im-
peratoris cū
feris imma-
nis inanis cer-
tamina.

Victorinus,
præfectus
urbis.

Munerum
corruptio.

gloriam, sed continentissimus ac modestissimus esset, tu-
tūmque Imperium Commodi præstaret. Hoc mortuo,
Cæsariani, quorum Cleander princeps fuit, nullum sce-
leris genus omittere, omnia incendere, iniuria om-
nes afficere, vexarēque contumelijs cœperunt, cūm
interim Commodus indulgeret voluptatibus, equo-
rum studiosus esset, pugnas hominum ferarūmque
committeret. Nam præter ea quæ faciebatur domi, ma-
gnum numerum hominum & belluarum publicè se-
pe interfecit. Quinque enim equos fluuiatiles simul,
ac duos elephantos varijs diebus solus ipse suis mani-
bus confecit: præterea Rhinoceros & Cameloparda-
lim occidit. Sed de his studijs Commodi hæcenus. Mor-
tuo autem Victorino, qui fuerat præfectus Urbis, statua
posita est: etsi cum Commodus sæpenumero interficere
voluerat. Quod cūm differret grauarētūque facere
(nam Victorinus sua tempestate virtute animi & ser-
monis elegantia nemini secundus erat) ipse ad Peren-
nium accessit, atque, Audio, iam esse à vobis constitu-
tum me interficere: quid igitur cunctamini? aut quid
præterea, cūm id vobis hodierno die facere liceat, expe-
ctandum putatis? Hic cūm aliquando præfesset Germa-
niæ, conatus est domi remotis arbitris persuadere lega-
to suo, ne se pecunia corrumpi sineret: cūmque ille non
pareret, in tribunal conscendit, iuravitque in eo, se nun-
quam accepisse munera, neque, quandiu viueret, acce-
pturum: mox præcepit illi, ut se eodem iureiurando ob-
stringeret: cūmque legatus peicrare nollet, insit ut se ab-
dicaret magistratu. Victorinus quidē tali ingenio prædi-
tus erat, Cleander autem, cuius post mortem Perennij
magna fuit autoritas, seruus inter seruos venundatus,
vnā cum ijs ut huiusmodi esset, Romam deductus est. Pro-
grediente

grea
laru
tiam
N
bue
per
cert
Hu
tu a
ret
imp
ptis
Sen
ign
rele
etia
neq
run
sula
den
qua
guel
cat
tim
ext
ni
Pe
ma
rin
ni
ret
di

grediente verò tempore vsque adeò est auctus, vt cubicu-
 larus Commodi factus sit, pellicemque eius Damostrati-
 am uxorem duxerit, & prater alios multos, Saoteriũ
 Nicomediensem, qui ante ipsum eundem honorem ha-
 buerat, interfecerit, quanquam & ille potētissimus erat,
 per quem Nicomedienses impetrauerant a Senatu, vt
 certamina celebrarent, templũque Commodofaccret.
 Hunc Cleandrum fortuna ita crexerat, vt suo arbitra-
 tu dignitatem Senatoriam daret, nec eam solum habe-
 ret venalem, sed etiam officia militaria, procuraciones,
 imperia, ac postremo res omnes. Iamque multi consue-
 ptis omnibus suis facultatibus cooptabantur in ordinem
 Senatorium, ita vt dictum sit de Iulio Solone homine
 ignobili, eum spoliatum facultatibus, in Senatum esse
 relegatum. Neque verò Cleander hæc solum fecit, sed
 etiam consules x x v. ad annum unum designauit: quod
 neque ante id tẽpus, neque post unquã factum est. in quo-
 rum numero Seuerus, qui postea factus est princeps, con-
 sulatum gessit. Quamobrem colligebat vndique gran-
 dem pecuniam, multoque plura quasiuit, quam vn-
 quam ab vllis cubicularijs factum sit. Ex his multa lar-
 giebatur Commodò, cuiusque pellicibus, multa in ædifi-
 cationem adium & balnearum, ceterasque res priua-
 tim publicæque vtilis impendebat. Sed vt eum fortuna
 extulerat, ita celeriter depressit, cui mortem cum igno-
 minia & dedecore attulit. Neque enim à militibus, vt
 Perennius, sed à plebe interfectus est. Nã cum esset sorte
 magna inopia rei frumentaria, eamq; Dionysius Papy-
 rius præfectus annonæ fecisset maiore, vt populus Roma-
 nus culpã in Cleandru propter furti quæ faciebat, coyce-
 ret, haberetq; odio, eumq; ad quod accidit, interficeret: lu-
 dis Circensibus equis septimo loco certare cunctantibus,

magna

Cleander ex
 setuo cubi-
 cularius Cõ
 modi.

Damostra-
 tia Commo-
 di pellex.

Scõma in
 Iuliu Solo-
 nem.
 Consules
 x x v.
 Seueri con-
 sulatus.

Cleandri ma-
 gnificẽtia.

Dionysius
 Papyrius
 annonæ præ-
 fectus.

magna multitudo puerorum in Circum accurrat: eos proceram virgo & terribilis aspectu ducebat, quae Dea fuisse ex iis quae postea acciderunt, existimata est. hi pueri cum primò maximos clamores edidissent, eosque statim populus excepisset, conclamassetque unam, tandem exiliens uniuersus recta ad Commodum (is erat in suburbano Quintilij) proficiscitur, ibi Commodum, ut bene atque feliciter eueniat, precatur, Cleandrum execratur maximè. hic paucos milites contra illos mittit, à quibus pars vulnerata, pars interfecta est. qua re cum plebs non modo non prohiberetur, sed multo etiam magis contenderet, confisa multitudine sua & praetorianorum viribus: cumque iam non longè abesset à Commodum, quem huius rei certiore faciebat nemo, Marcia pellex Quadrati ei rem omnem significauit: eaque re Commodus adèò perterritus est (quippe timidissimus erat) ut Cleandrum statim eiusque filium, qui in manibus Commodi educabatur, interfici iusserit. puer quidem solo aliusus interit, sed plebs corpore Cleandri tracto & lacerto, caput eius per totam Urbem gestauit in pilo, nonnullosque ex eorum numero, qui ipsius potentia nitebantur, interfecit. Commodus autem ubi expleuerat animum voluptatibus ludisque, tum demum caedes meditabatur, occidebatque nobiles viros: in quorum numero fuit Iulianus praefectus, quem publice amplecti atque osculari, patremque appellare consueuerat. Itemque Iulius Alexander (is confoderat leonem ex equo) qui postquam interfectores adesse cognouit, eos de nocte trucidauit, Emeisenosque nonnullos, ex quorum gente erat ipse, inimicos sibi factos interemit. Quo facto, admissa equo contendit ad Barbaros: effugissetque omnino, nisi puerum, quem habebat in delicijs, comitem cepisset.

Cum

Cleander à plebe interficitur.

Cleander post mortem multis ignominiosis affectus.

Commodi crudelitas. Iuliani praefecti mors. Iulius Alexander.

Cum enim incitato equo iter sine ulla mora faceret, adolescentulum defessum labore atque itinere non est passus a se relinqui, & deprehensus ab insecutoribus, ei, sibi-
 bique mortem attulit. Dionysius quoque praefectus anno-
 nae à Commodò occisus est. Per id tempus tanta pestilen-
 tia fuit, quantam nunquam fuisse cognoui: nam vno die
 moriebatur saepenumero ad duo millia hominum. Multi
 non solum in vrbe, sed etiam sub omni fere Imperio
 Romano necabantur à maleficis hominibus, quòd acus
 oblitus venenis quibusdam precio atque mercede addu-
 cti in alios conycerent (id malum etiam extiterat Do-
 mitiani temporibus) ob eamque causam innumerabi-
 les homines interibant: sed nulla vis morbi, aut maledi-
 ciorum grauior erat populo Romano, quam Commo-
 dus, cum alias ob causas, tum verò quòd ea quae patri
 eius pro sua in ipsum beneuolentia decreuerat, eadem
 huic tribuere iussus cogebatur timoris causa. Iussus est
 autem Romam ipsam Commodianam, & exercitus
 Commodianos, denique diem, quo decernebantur, Com-
 modianum appellare. Multa enim cognomina sibi
 sumpsit Commodus, sed praesertim Herculis: Romamque
 immortalē, fortunatam, coloniam, orbem terrarum ap-
 pellauit. volebat enim omnino Urbem suam esse coloniā
 videri. Ad haec ei statua aurea mille librarum cum tau-
 ro & vacca facta est, mensesque omnes ex eo nominati,
 atque ita numerati sunt, Amazonius, Inuictus, Felix,
 Pius, Lucius, Aelius, Aurelius, Commodus, Augustus,
 Hercules, Romanus, Superans. Quae nomina cum sibi
 sumeret, mutaretque saepenumero, tamē cognomē Ama-
 zoni & Superantis perpetuò retinebat, quasi omnes ho-
 mines longè in rebus omnibus superaret. Usque ad eò in-
 saniebat scelus. Scribebat ad Senatum his, verbis, 1 M-

Dionysius
 Papyrius
 praefectus an-
 nonz.
 Pestilentia,
 Acus obli-
 tae veneno,

Roma C6-
 modiana.
 Commodi
 ambitio.
 Statua C6-
 modi.

Nomina
 mensium ex
 nominibus
 Commodi.

Commodi
Romani
Imperato-
ris titulus
magnific⁹.

Statuæ Her-
culis habi-
tu, Cōmo-
do positæ.

Commodi
liberalitas.

Nataliciū
Commodi.

Senatores
tributū sol-
vunt.

Crudelitas.

PERATOR, *Cæsar, Lucius, Aelius, Aurelius, Cō-
modus, Augustus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germa-
nicus, Maximus, Britannicus, Pacator orbis terra-
rum, Inuictus, Romanus, Hercules, Pontifex Max.
Tribunicia potestatis XVIII, Imperator VIII, Con-
sul VII, Pater patriæ, Consulibus, Prætoribus, Tribu-
nis plebis, Senatuique Commodiano felici salutem. Ple-
ræq; statuæ habitu Herculis ei collocatæ sunt, decretūq;
fuit, ut id tempus quo principatum teneret, nominaretur
seculum aureum, idque in omnibus literis scriberetur.
Hic verò aureus, hic Hercules, & Deus (iam enim
audiebat hæc nomina) aliquando de improviso post me-
ridiem ex suburbio celeriter Romam venit, ac triginta
equorum certamen duabus horis perfecit. Quibus ex-
rebus fiebat, ut ei pecunia deficeret: erat enim liberalis.
nam & populo sæpe aureos quinque, denariosque quinde-
cim dedit. Maximam verò partem impendebat in
ea quæ supra dixi: ob eamque causam inferebat crimi-
na non solum viris, sed etiam mulieribus, quibus par-
tim mortem afferebat, partim seruabat incolumes, ac-
ceptis eorum facultatibus. Natali suo die nobis, uxori-
busque nostris, liberisque singulis binos aureos, tanquam
aliquas primitias imperavit, idque tributum pendere
coegit. Itēque ex Senatoribus, qui in reliquis ciuita-
tibus erant, quinque denarios exegerunt. * Cur-
rius nunquam agitavit publice nisi si quando nocte ob-
scura id facere cupiuisset: pudebat enim eum multitu-
dinis. Id verò domi faciebat assidue prasino ornatu: nā
& domi magnum numerum belluarum confecit, mul-
tas etiam interfecit publice. Munus verò gladiato-
rium ita obibat domi, ut crebro aliquem occideret, nam
& suis, quasi vellet eorū capillos radere, nasum, aut au-
rem,*

rem
abse
ante
ni
mu
aur
ron
cad
nis
the
filla
troi
pra
die
loco
con
cur
bus
in p
in n
ni
tim
sole
que
nue
ab i
der
tic
esse
reli
rat
tim

rem, aut aliud quippiam nouacula præcidebat. Publicè
 absque ferro aut humano sanguine induebatur. Solebat
 ante quàm veniret in theatrum amictus esse tunica ma-
 nicata serica, alla * cùmque nos ita ornatum salutaba-
 mus. Cùm autem ingressus esset, induebatur purpurea
 auro intexta, accepta pari chlamyde more Græco, & co-
 rona aurea illuminata gemmis Indicis. Ferebat etiam
 caduceum, quale Mercurius solet. Pellis quidem leo-
 nis claudæque gestabantur ante eum, cùm iter faceret: in
 theatri autem, siue adesset ipse præsens, siue abesset, in
 sella aurea collocabantur. Itaque habitu Mercurij in-
 troibat in Theatrum, abiectisque cæteris quæ ferebat,
 præter tunicã, nudis pedibus ad rem gerendam aggre-
 diebatur: ac primo quidem die centiũ vrsos de superiore
 loco iaculis confecit. Erat enim diuisum theatrum omne,
 connexis quibusdam diametris rectum habentibus, cir-
 cum quod inambulari poterat, ac sese bisariam secanti-
 bus, quò facilius vndique ex angusto loco belluæ diuise
 in partes quatuor iaculis traicerentur. Bibebat defessus
 in medio certamine, capiebãtque poculum vini dulcissi-
 mi refrigerati de manibus mulieris. Quo exhausto, sta-
 tim multitudo, nosque omnes, id quod in conuiujs dici
 solet, dicebamus magno clamore, Ζῷσιαι, Vinas. Ne-
 que verò quisquam existimare debet, me propterea mi-
 nuere gravitatem historię, quòd hac scribo, nam cùm ea
 ab Imperatore facta sint, assuerimque ipse præsens, vi-
 derimque singula, audiuerim & collocutus sim, nihil re-
 ticendum putavi: sed ea perinde volui, atque si maxima
 essent, apprimẽque necessaria, posteris memoriæ prodita
 relinquere. Itaque cætera quæ hac ætate facta sunt, accu-
 ratius diligentiusque perscribam, quàm superiora, par-
 tim quòd ego eis interfui, partim quòd illa nemini co-

ἄρχουσιν

Theatri di-
uifio.Præbibedi
mos.
Dio ea scri-
bit quæ vi-
dit & audi-
uit.

Cōmodi cū
feris in thea
tro certami
na.

Certamina
gladiatoria
Secutor.

Cōmodus
sczua.

XXV. My-
riades dra-
ch.

Aemili^o Læ-
tus.
Elcæus.

rum qui aliquid memoria dignum possunt scribere, melius quam mihi cognita esse putem. His igitur rebus primo die confectis, reliquis diebus descendit de superio- re loco in solum theatri, mansuetasque bestias, quacun- que propius accederent, aut ad eum adducta, vel re- tibus admotæ essent, occidit, Tigrimque & equum flu- uiatilem, & elephantum interfecit. His perfectis rebus abiit. Post prandij tempus sungebatur muncribus gla- diatoris, exercebatque se, dum vteretur armis secuto- ris, teneretque scutum dextera, gladium ligneum sini- stra, ob eamque causam maximè gloriabatur, quòd scæua esset. Certabat cū eo eius ludimagister, vel potius gladiator, cui ferula erat in manibus, cumq; ipse prouo- cabat interdum, interdū deligebat populus. Id enim ce- teraque omnia pariter cum reliquis gladiatoribus fa- ciebat, quanquam hoc vno differebat, quòd illi parua accepta pecunia descendebant in certamen: Commo- do autem numerabantur singulis diebus de pecunia gladiatorum, decies sestertium: Assistebant pugnan- ti Aemilius Lætus præfectus pratorio, & Electus cu- bicularius, quos pugnata ea falsa pugna, victor scilicet osculabatur per galeam quam gerebat. Post eum pu- gnabant ceteri, quos omnes primo die coegerat de in- feriore loco, ornatu Mercurij caduceoque aureo ac- cepto, ubi in consimile tribunal ascendisset, eorumque pugnam commiserat. quam rem nos habuimus prodigij loco. Post reuertit in sellam in qua sedere consueuerat, indeque unà nobiscum spectabat cetera, etsi nihil ge- rebatur, quod ludis conueniret, præsertim quòd nul- ti necarentur. Quinetiam nonnullos aliquando, quòd cunctarentur aduersarios interficere, unà cum eis col- ligari, atque ita simul omnes pugnare iussit. Quo factò
vincti

vincti certauere inter se, occideréque multos ex spectato-
 ribus, cum quibus certamen non erat, quòd à multitu-
 dine & angustijs loci compulsi propius accessissent, Qua-
 tuordecim dierum fuere spectacula huius generis, eòque
 nos Senatores cõueniebamus cum equitibus separatim.
 Claudius tamen Pompeianus homo senex nunquã in-
 terfuit, licet filios suos ad spectandũ mitteret, quòd mal-
 ler ob eam causam occidi, quàm eò venire, vbi Impera-
 torem Marci filium ista facientẽ spectaret. Tũ nos ma-
 gna voce dicebamus multa, vt iussi eramus: illud autem
 crebrò, Dominus es, Primus es, Vincis omnium felicis-
 simè ex aeterno tempore, Amazonie vincis. Multi ex
 reliqua plebe ne introibant quidem in theatrũ: pleriq;,
 vbi paulum spectassent, discedebãt, partim pudore ad-
 ducti, partim quòd rumores sparsi erant, cõstituisse Im-
 peratorem tela in aliquot plebeios cõycere, vt Hercules
 olim in Stymphalidas fecerat: idque ex eo credebatur fu-
 turum, quòd antè emnes qui in vrbe morbo, aut alia de
 causa pedibus carebant, vnum in locum conduxerat:
 cùmque eorum genua quibusdam rebus serpentibus si-
 milimis complicauisset, dedissetque eis spongias quas ia-
 cerent pro lapidibus, omnes claua ita, vt si gigantes es-
 sent, percussit atque interfecit. Is timor nobis erat cum
 ceteris communis, nam & nobis Senatoribus id fecit, cu-
 ius causa certissimum interitum expectauimus. Ab-
 scisso enim capite passeris quem occiderat, eò venit, vbi
 sedebamus: cùmque id caput sinistra, dextera gladium
 cruentum porrigeret, nihil dixit, tantum caput suum
 ferox mouit, vt ostenderet idem se nobis facturũ. Quam
 obrem cùm multi riderent, gladio fuissent occisi (nam ea
 res primò nobis non modò non fecerat timorem, sed etiã
 risum mouerat) nisi ego folia lauri quæ habebam ex co-

Claudius
 Pompeia-
 nus occidi
 quàm Com-
 modi spe-
 ctaculis in-
 teresse ma-
 luit.

Fœde & plè
 quàm ser-
 uiles acclã-
 mationes,
 Commodũ
 crudelitas.
 Commodus
 infirmos oc-
 cidit.

Commodus
 timorẽ in-
 curit Sena-
 toribus ri-
 dicule.

Laureatũ
 spectabant
 Senatores,

Senatores
equeſtri ve-
ſte & penu-
la induti in
theatru ad-
miſi.

Lati & Ele-
cti in Com-
modu con-
ſpiratio.

Commodus
abſciſſo Co-
loſi capi-
te, ſua ima-
ginem repo-
ſuit.

Marcia.

rona, comediffem, perſuaſiffemque cateris qui iuxta ſe-
debant, ut idem facerent, videlicet ut factio continuo mo-
tu ſtomachi, indicium riſus celaremus. His perfectis re-
bus magnum nobis ſolacium dedit, quod cum eſſet rur-
ſus obiturus munus gladiatorium, nos equeſtri veſte &
penula indutos venire in theatrum iuſſit: quo ornatu
nunquam ante theatrum ingredi conſueueramus, niſi
princeps e vita deceſiſſet. Ad illud acceſſit etiam, quod
poſtremo die ludorum galea eius allata fuit ad portas,
per quas efferri mortui ſolent. Quibus ex rebus opinio
cunctis iniecta fuit, mortem eius inſtare. Ipſe quidem non
multo poſt obiit, vel potius occiſus eſt: nam Latus & Ele-
ctus qui ei inſenſi erant, partim quod verſaretur in hu-
iuſmodi rebus, partim quod ipſum timerent (quippe eis
minabatur, quod hac ſe prohiberent facere) in eum con-
iurauerunt. Statuerat Commodus utruſque Conſulem,
Eryclium Clarum, & Syſſium Flaccum interficere, at-
que ipſe ut Conſul Calendis ex eo loco in quo gladiato-
res aluntur, vna & Secutor exire. non longe enim a gla-
diatoribus, ita ut ſi eſſet vnus ex eorum numero, preci-
pua domum habebat. Idque mihi omnes credent faci-
lius, ſi intelliget, eum abſciſſo Coloſſi capite, ſui capitis ima-
ginem repoſuiſſe, data ei claua leoneque aeneo ſubiecto,
ut Herculi ſimilis eſſet: atque præter ſupradicta nomi-
na ita inſcripſiſſe. Primus puginator inter ſecutores, qui
ſolus ſiniſtra manu vicit hominum (ut opinor) duodecim
millia. His permoti rebus Latus & Electus in eum con-
iurant, communicato cum Marcia conſilio. Ita que poſtre-
mo die anni, cum homines in eo die feſto celebrando eſ-
ſent occupati, venenum ei noctu per Marciam dant in
carnibus bouinis: cum que non poſſet interire ſubito, pro-
pter vinum quod largiter bibere, & balneas quibus uti

abun

abundè semper consueuerat, iamque vomere inciperet, ac suspicatus id quod erat, minaretur: Narcissum athletam ad eum interficiendū mittunt, lauantiemque eius opera suffocant. Hunc exitum Commodus habuit, cum regnasset annos XII, menses IX, dies XIII. Vixit annos XXXI, menses III, in quo domus verè Aureliorū principatum amisit: post cuius mortē bella & seditiones maxima extiterunt. Caterum ad componendam historiam de his rebus, hac me causa impulit. Cum librum de somnijs & prodigijs scripsissem, quorū causa Seuerus principatum sperabat, cumque editū in lucē misissem ad Seuerum, illēque legisset, & ad me multa rescripsisset cōmodè, literis sub vesperum acceptis, cubitum discessi. Tum dormienti mihi imperatum est diuinitus, ut historiam conficerem, quamobrem ea de quibus nunc ago, scripsi. Quae cum ipsi Seuero & ceteris placerent maxime, statui illic cetera omnia quae spectarent ad populum Romanum, perscribere: neque solum illa scripta relinquere, sed ita ad hanc historiam aggredi mihi visum est, ut cuncta à principio, quousque fortuna sineret, vno opere complecterer. Nam cum ego grauati hanc confectioem historiae reciperem, omninoque recusarem, Dea me confirmauit in somnis, ac in spem bonā adduxit, hanc historiam quā relinquerem, nullo vnquam tēporis spacio esse perituram: quam ego deam vitam meam curatricem esse censeo. Quod cum mihi videatur obtingisse, diligenter in hoc studiū incumbo. Itaque collegi omnia quae populus Romanus gessit ab vrbe condita vsque ad mortem Seueri, eaque collecta decem annorū spacio, postea duodecim annis composui: cetera enim, quemadmodum succedunt, perscribam. Porrò ante mortem Commodi huiuscemodi prodigia visa sunt. Aquila cir

Comodus
in balneo à
Narcisso sūf
focatus.

Causa quae
impulit Dio
nē ad confe
ctioē huius
historiae.

Dionis de
somnia &
prodigijs li
ber.

Prodigia
ante mortē
Commodi
visa.

Vrbis Ro-
manæ per-
niciosissi-
mum incen-
dium.

ca Capitolium multa & inauspicata errabant, pacē can-
tu suo nullam significantes fore. itēque bubo in eodem
Capitolio cecinit. Præterea incendium excitatum in
quibusdam adibus ad templum Pacis peruenit, cōsum-
ptisque tabernis, in quibus merces Ægyptiorū & Ara-
bum erant, conscendit Palatium, vbi ad eō exusta sunt
multa, vt libelli qui ad principatum pertinebant, om-
nes ferē interierint. Ex quo cœpit esse perspicuum, fore
vt id malum non contineretur inclusum in vrbe, sed in-
de ad vniuersum orbem terrarū emanaret. Nec enim
id incendium restingui potuit humanis viribus, licet eō
magna vis aquæ & à plerisque priuatis hominibus, &
ab ipsis militibus comportaretur, venissetque Commodus
ex suburbio, atque vt incendium restingueretur, insta-
ret: quod tamen nisi consumptis rebus omnibus, quibus
adhaferat, finem non habuit.

P E R T I N A X.

Pertinaci à
Commodi
interfecto-
ribus pro-
pter innas-
tas virtutes
oblatum.
Tria millia
drach.



P E R T I N A X vir bonus fuit, tenuitque
principatum paruo tempore, propterea
quod est à militibus occisus. Cum autem
nondum diuulgata esset cades Com-
modi, Electus Latusque ad Pertinacem ve-
niunt, eique non solum quod factum erat, significant, sed
etiam propter virtutem & dignitatem ipsius libenter
ei principatum deferunt. Hos ille vt vidit, statim co-
gnita ipsorum oratione, vnum ex familiaribus suis,
quem fidelissimum habebat, misit ad inspiciendum
corpus Commodi: à quo posteaquam res confirmata
est, clam ad exercitum venit, aduentūque suo milites
perterruit. Sed quod Latus aderat, quodque ipse mul-
ta pol

ta pollicebatur (singulis enim daturum se constituit duo dena sestertia) omnes sibi facile deuinxit: acquieuisent quibus penitus, nisi ille perorasset in hac verba. Multa sunt, inquit, commilitones in hoc statu qui nunc est, perversa & difficilia, sed ea aliquando vestra ope corrigetur. Qua oratione intellecta suspicati sunt milites, ea sibi ablatum iri, que ipsis Commodus contra morem dedisset. Itaque tulere grauiter, licet tunc dissimulata ira acquieuerint. Post egressus ex castris, nocte in Senatum venit, salutatisque nobis, ut quisque in tanta turba atque multitudine ad eum accedere potuit, pauca ex tempore in hanc sententiam dixit: Ego, inquit, a militibus Imperator appellatus sum, non tamen egeo imperio, quo me hodierno die propter etatem & imbecillitatem meam, ac summam rerum difficultatem abdisco. Hac cum dixisset, nos eum collaudauimus ex animo, verèque delegimus. Erat enim optimo ingenio preeditus, & robusto corpore, nisi quòd paulum pedum laboribus impediabatur. Itaque Pertinax Imperator, Commodus hostis appellatus est. Hunc Senatus populis que magnis editis clamoribus, multis ac grauibus contumelijs infecuti sunt. Cupiebant in primis corpus eius sicuti statuas trahere & lacerare: sed cum dixisset Pertinax iam terra traditum ac sepultum esse, a corpore se abstinerunt. In ceteris nihil pretermisere, quin iacerent in illum contumelias cuiusuis generis. Iamque Commodum Imperatorem appellabat nemo, sed perniciem ac tyrannum: addebant etiam, illudentes ei, gladiatorem, aurigam, scaenam, herniosum: Senatoribus autem, quibus Commodus magno timori erat, turba ita dicebat, *Agedum salui estis, vicistis.* Tum omnia que in theatris dicere in honorem Commodi consueuerant, concinnis quibusdam clamoribus, ea uersa

Tria millia
drach.

Pertinacis,
de oblato
sibi imperio,
ad Senatum Romanum
oratio.
Commodus
hostis appellatus.
In Commodi corpus &
statuas post obitum maxime fruentum.

Pertinacis
patria, & ge-
nus.
Claudius Pō
peianus.

Pertinacis
humani-
tas.

Equus nomi-
ne pertinax.

in contumeliam canebant illudendi causa, quod morte eius omni metu liberati, perciperent ex his rebus fructū libertatis, ac securē liberam dignitatem recuperarent. Nec enim satis erat ijs, quod eum non timeret amplius, nisi in hac licentia confidenter ei maledicerent. Pertinax autem Afer erat natione, ex ciuitate Alba Pompeia, patre ignobili, ita in studio literarum versatus, ut ex ijs parca ac tenuiter viveret. Qua de causa cum Claudio Pompeiano familiaris fuisset obtinissetq; tribunatum equitum, eo peruenit postea, ut eidem Pompeiano imperaret. Ego quidem Pertinacis temporibus Pompeianum & primum & ultimum vidi, quod propter timorem Commodi ruri vitam plurimum agebat, senectutis & morbi oculorum excusatione: sane post mortem Pertinacis iterum egrotauit. Apud Pertinacem maximo in honore fuit, qui ei in Senatu locum sedendi in subsellijs dedit. Pertinax nobis utebatur perquam familiariter, erat enim affabilis: sententiam cuiusque audiebat libenter, suam ipse dicebat perhumaniter: agebat nobiscum moderata & honesta conuiuia: quod si id non faceret, alia ad alios mittebat, in quibus tamen erat frugalissimus. Quamobrem eum diuites & magnifici ridebant: ceteri, quibus virtus luxuria potior erant, laudabamus. Cum autem adhuc esset in Britannia post illam magnam seditionem quam sedauit, atque eius rei causa dignus laude ab omnibus iudicaretur, Romae equus nomine Pertinax victor fuit, cuius equi Prasina factionis Commodus studiosus erat, cumque vicisset, statim conclamatum est ab ijs qui erant earundem partium, En Pertinax est: quo audito, ijs qui erant alterius factionis, irati scilicet Commodus, Utinam quidem esset, inquit, quae verba ad hominem, non ad equum referebant. Pra-

tere a eundem equum, cum non curreret amplius, esse q̄
 ruri confectus senectute, Commodus accersi iusserat, ad-
 ductumque introduxerat in Circum inauratis vngu-
 lis, ac super aurea pelle ornatum: qui ut primum de im-
 promisso comparuit, rursus cōclamatum est ab omnibus,
 Ecce Pertinax adest. Id per se dictum portendebat fu-
 tura, presertim cum illo anno contigerit postremis lu-
 dis Circensibus: statim enim Imperium ad Pertin-
 nacem peruenit. Eadem quoque de claua dicta sunt,
 quā Commodus funclurus muneribus gladiatoris ex-
 tremas dies, Pertinaci dederat. Itaque Pertinax Impe-
 rium adeptus est, sumpsit q̄, cetera honesta cognomina,
 ac prater ea, dum vellet popularis esse, Princeps Sena-
 tus vetere cōsuetudine cognominatus est. Tum verò cor-
 rigere cœpit omnia qua sicrent sine ordine & modo: hu-
 manitas enim & probitas, & optima administratio rei
 familiaris, ac prudentia in publicis rebus gerendis cōiun-
 cta pari diligentia, in hoc Imperatore cernebatur. Cūq̄
 cuncta faceret Pertinax que bonū principem decerent,
 eos qui contra ius fasq̄, interfecti fuerant, ignominia nota
 liberauit, iuravitque se nunquā huiusmodi pœnā ad-
 missurū. Itaq̄, cœpere multi conuocatis propinquis ami-
 cisve cum lachrymis simul & gaudio (nā ne id quidem
 licebat antea) corpora mortuorū effodere, alij integra,
 alij partes tantummodo, ut mortis genus tulerat, aut tē-
 pus, eaq̄, ornata in monumētis maiorū sepelire. Per id
 tempus erarium ad eō exhaustum fuit, ut in eo tantum
 inuentū sit decies sestertium. Quāobrem Pertinax vix
 ex stauis, armisq̄, & equis, & supellectile Commodi, ac
 pueris quos in delicijs habuerat, pecuniam redegit, vn-
 de pretorianis quantum promiserat, ac deinde popu-
 lo viritum centum denarios daret: id quod fecit.

Cuncta

Pertinax e-
 quus inau-
 ratis vngu-
 lis in circū
 ducitur.

Imperij præ-
 sagia.
 Commodi
 claua.

Princeps Se-
 natus.
 Pertinacis
 laua.

Aerariū ex-
 haustum.
 Ea quæ Cō-
 modi in de-
 licijs ha-
 buit, atque
 ad splendo-
 rem cōpara-
 uit, diuendi
 ta.

Cuncta enim quæ Commodus ad delicias, & ad ludos in quibus erat armorum exercitatio, & ad currus agitando comparauerat, venalia proposuit, partim vendendi causa, partim ut ostenderet, quibus in rebus, & in quo genere vita Commodus versatus esset, atque ut eos qui illa emerent, cognoscerei. Interea Letus, qui non solum Pertinacem afficiebat maximis laudibus, sed etiã Commodo malè dicebat, quosdã Barbaros, qui à Commodo, ut pacem seruarent, magnam vim auri acceperant, domumque reuertebantur, iussit ex itinere reuocari, repetitaque ab eis pecunia, Referte, inquit, domum, Pertinacem Imperatorem esse. Erat enim illis Pertinacis nomen in primis cognitum ex ijs quæ passi fuerant, cum ipse in exercitu Marci militaret. Contra autem in contumeliam Commodi id fecit. nam cum aliquot * adulatōres & scurras, quibus facies quidem deformes, sed nomina & instituta vitæ multò erant turpissima, contumelia ac petulantia causa Commodus locupletauisset, horum nomina & bona Letus proscripsit: qui partim risum populo, partim stomachum mouerunt, ac molestiam. Ea enim erant eorum facultates, quas habuerant plerique Senatores, quarum causa Commodus mortem eis attulerat. Neque verò Letus perpetuam fidem seruauit Pertinaci, vel potius ne paulum quidem. Nam cum ea quæ cuperet, non esset consecutus, milites, ut paulo post dicemus, contra eum concitauit. Pertinax autem Flacco Sulpiciano socero suo præfecturam Urbis detulit, is dignus erat eam dignitatem cõsequi. Uxorem verò suam Augustam, aut filium Casarem, licet nobis decernentibus, fieri noluit, sed virumque repudiauit prorsus, vel quòd Imperium nondum planè cõfirmauerat, vel quòd nolebat petulantem sœminam Augusta nomen pollue-

Adulatores
& scurræ à
Leto pro-
scripti.

* κωτορίας,
sic vocari
adulatores,
scurrasve,
ipse Dio li-
bro 50. ostē-
dit:

Flaccus Sul-
picianus Ur-
bis præfe-
ctus.

re: neque passus est filium puerū adhuc, antè quàm erudiretur, sacramento obstringi, aut spe nominis corrumpi. Non enim educabat eū in Palatio, sed quo die principatum est adeptus, omnes eius facultates inter liberos distribuit: erat enim ei filia, eosque apud auum educari iussit, cum iisque ut pater, non ut Imperator erat, idque perrarò. Cùm autē non liceret amplius militibus rapere, aut Caesarianis omnia pro libidine agere, utrisque in odium acerbissimum venit. Caesariani, quòd inermes sint, nihil moliantur. Pratoria vero milites Latūsque, contra eū cōiurant, ac primū omnium Falconem consulem, qui nobilitate & opibus clarus erat, Imperatorem deligunt, cūmque, quòd tum fortè Pertinax esset in mari, ut rei frumentariae prouideret, in castra ducere constituunt. Eo cognito, Pertinax Romam properè reuertitur, dein in Senatum venit, ac pauca in hanc sententiam dicit: Nolo vos latere Patres Conscripti, me, cūm in erario dūtaxat ad decies sestertium inuenerim, non minus quàm Marcus & Lucius militibus dedisse, quibus principibus relictu fuerat vicies septies milies sestertium. Cuius egestatis causa fuerunt boni Caesariani. Sed Pertinax in eo mētebatur, quòd se militibus parem pecuniam cum Lucio & Marco dedisse diceret: ille enim vigena sestertia viritum dederat, hic duodena. Hanc ob causam milites simul & Caesariani, quorum tum magnus numerus aderat in Senatu, tulere ac murmurauere grauiter. Cum autem nos essemus Falconem damnaturi, surrexit Pertinax, atque ita exclamauit, Absit, ut me tenēte principatum ullus Senator vel iure interfici iubeatur. Latus vero occasione nactus, simulata causa contra Falconem, magnum numerum militum, quasi id faceret iussu Falconis, corrupit

Latus cum Prætorianis contra Pertinacem coniurat. Pertinacis ad Senatum Romanum oratio. Falco Consul imperator factus. Sex myriades, septem millia myriadū, quingentæ myriades drac.

pit. Id ubi ceteri intelligunt, metuuntque ne ipsi quoque intereant, tumultuantur. Ex ijs ducenti audaciores ceteris, in Palatium districtis gladijs contendunt: quorum aduentum non ante cognouit Pertinax, quam illi conscendissent, accurrissetq; vxor eius, ei que rem omnem significauisset. Eo vero cognito, facinus siue forti & magno viro dignum, siue stulto, ut quis uolet appellare, fecit. Nam cum posset facillimè irruentes concidere (quippe ei excubia nocturna, & equites in armis erant, magnusq; numerus hominum aderat in Palatio) vel saltem abatre se, & clausis portis Palatii, ceterisque ianuis interie. Etis aufugere, neutrum eorum fecit: sed ratus se aspectu eos esse perterrefacturum, & persuasurum oratione, ijs qui iam domi erant, processit obuiam. nec enim ab alijs militibus prohibiti sunt, ianitoresque & reliqui Casariani non modo non clauscrunt portas, sed etiam aditum omnes patefecerunt. Ut primùm videre Pertinacem milites, omnes pudere cœpit, præter unum: iamque demissis capitibus terram intuebantur, & gladios in vaginas recondiderant, cum ille impudens miles prosiliens ad eum, Hunc tibi, inquit, milites gladium mittunt, quo dicto, statim irruit, eumq; percussit: non enim prohibuerunt ceteri milites, sed Imperatorem suum unà cum Electo occiderunt. Nam is solus nunquam Pertinacem deseruit, sed ei semper, quoad potuit, opem tulit, ac multos milites vulnerauit. Quem ego virum bonum cum antea semper existimaueram, tum verò maximè sum admiratus. Milites abscissum Pertinacis caput hasta transfingunt, eoque factò gloriantur. Ita Pertinax, dum conatur emendare omnia breui temporis spatio, moritur, neq; nouit homo multarum rerum peritus, multa simul tuo cor rigi non posse: sed si quid aliud in rebus humanis, tū in

primis

Pertinax occiditur à militibus.
Electi in Imperatorem pietas.

primis ciuilem statum tempore egere & consilio. Vixit annos L X V I I. quatuor mensibus, & tribus diebus excelsis. Regnavit dies L X X V I I.

DIDIVS IULIANVS.



REVNDCIATA cade Pertinacis, alij domū suam se recipiunt, alij in ades militum contendunt, in primis quisque sue salutis proficit. Sulpicianus autē, quem Pertinax ad sedandos pratorianos milites in castra miserat, in ijs manebat interim, agebatq; ut à militibus ipse Imperator designaretur. Interea Didius Iulianus homo pecuniosissimus, & profusa luxuria, ac nouarum rerum cupidus, quibus etiam de causis Mediolanum in patriam à Commodo relegatus fuerat, ut primum cadem Pertinacis intellexit, prope ad exercitum contendit. Cūque ad portas muri venisset, petere cœpit à militibus Romanum Imperium. Hic res Vrbi turpissima, atque indignissima populo Romano accidit. Roma enim vnā cum Imperio, quasi in foro aut mercatu venalis proposita est, eamque vendebant ij qui Imperatorem suum occidebant. Emebant autem Sulpicianus & Iulianus, factis contra se mutuis licitationibus (ille intus, hic foris erat) atque auctione paulatim ab ijs facta, eò ventum est, ut singulis militibus vicena sestertia daturus se promitterent: nam milites viriq; separatim renūciabant, quantum alter eorum daret, dicebantq; Iuliano, Sulpicianus nobis hęc summā dat, quid tu adijcis? Itēq; Sulpiciano, Iulianus nobis tātūde promittit qd tu preterea polliceris? Potior fuisset Sulpicianus: quippe intra castra, & prefectus Vrbs erat, priorq; vicena sestertia promiserat

Sulpiciano.

Iulianus à Commodo Mediolanū relegatus.

Venale imperium.

Quinq; milia drach.

Mille ducē-
tē quinqua-
ginta drac.

Julianus Im-
perator à
militib. de-
signatus.

Dion Præ-
tor designa-
tus à Perti-
nace.

In solis ora-
tio Iuliani
in Senatu.

serat, nisi Iulianus non sensim amplius, sed simul ad su-
periora vicena sestertia, altera quina adiecisset, eamque
summam magno edito clamore in manibus ostendisset.
Tanta enim accessione permoti milites, metuentesque ne
Sulpicianus factus Imperator eadem Pertinacis vice-
scretur, quod Iulianus aiebat fore, hunc recipiunt, &
Imperatorem designant. Itaque Iulianus in forum, at-
que in Senatum sub vesperum deducitur, comitatus
magno numero pratorianorum, quibus signa aderant,
multa, non secus, quam si eos educeret ad aliquod faci-
nus: idque faciebat, quò nos, populùmque perterreface-
ret. Illum enim magni faciebant milites, & Com-
dum appellabant. His cognitis rebus, nos, ut cuique nū-
ciatum est, in timorem Iuliani militùmque venimus,
& maximè ij qui Pertinaci familiares fuerant. Eius
ego ex eorum numero: me enim Pertinax, præter alios
honores quos mihi tribuerat etiam Prætorum designa-
uerat. Iulianum verò sæpe in causis agendis, cum pa-
trocinium aliquorum suscepissem, ostenderam iniuriam
fecisse: tamen quòd tutum non videbatur esse domi re-
manere, ne propterea in suspitione veniremus: nõ equi-
dem seruilibus animis, sed antè conati, per milites me-
dios perumpentes, introimus in Senatum. Ibi Iulia-
num multa digna se dicentem audiimus: atque
illud in primis, Video vos, inquit, Imperatore carere,
mèque imperio dignissimum esse. Dicerem autem apud
vos de meis virtutibus, nisi eas perspectas atque cognitās
haberetis, mèque antea experti essetis. Quamobrem mi-
hi non opus fuit multis militibus: solusque ad vos veni,
ut ea qua mihi ab illis data sunt, confirmetis. Solum
enim se venisse dicebat is, qui & foris armatis militi-
bus septus & munitus erat, & in ipso Senatu complures
habe

habebat: ody quoque nostri in ipsum & timoris, videlicet sibi conscius, mentionem fecit. Itaque adeptus imperium, & confirmatus Senatus auctoritate, in Palatium proficiscitur. ubi cum inuenisset cœnam paratã Pertinaci, statim cœpit illudere ei, accersitisque vnde tũ potuit, preciosissimis quibusque rebus, mortuo adhuc intus iacente, lusit aleis, & Pyladem saltatorẽ cum quibusdã alijs admisit. Postridie eius diei nos ad eum venimus, simulantes & dissimulantes multa, ne mœrere videremur. Populus erat in aperta mœsticia, ita vt diceret quicquid sibi collibuisse, comparabãtque se, vt poterat. Tandem cum ille venisset in Senatũ, essetque Iano, qui erat ante fores Curie, sacrificaturus, vno ore conclamatum est ab omnibus, cum rapuisse imperium, & paricidam esse. Hic ille dissimulat, ac ne videatur ferre grauius, eis pecuniã promittit. Illi succensent vehementius, quod vellet ipsos pecunia corrumpere, exclamãntque omnes, Nolumus, nõ accipimus. Quod vt audiuit Iulianus, diutius teneri non potuit, quin proximos quosque interfici iuberet. Populus ea re multo grauius concitatus, non desinebat Pertinacem desiderare, Iuliano maledicere, deos inuocare, ac milites execrari. Quinetiam multi in plerisque locis vrbis saucy, ac penẽ interfecti resistebãt. Ad extremũ arma omnes capiunt, & in Circũ vndique concurrunt: ibi transigunt eam nõctem, & posterũ diem ieiuni, ita vt ne aquã quidem biberent. Tum verò auxilium ceterorum militum, & presertim Nigri Pescennij, eorũque qui cum ipso erant in Syria, implo rant & flagitant. Tandẽ verò fame coacti, defatigatiq; labore & vigilia, abeunt, & ab armis discedunt, dũ expectãt externa auxilia. Iulianus occupato hoc modo Imperio, res agere cœpit homine libero indignas, blandiri

Iulianus Senatus auctoritate Imperator cõfirmatur.

Pylades saltator.

Ianus ante fores Curie.

Iulianus paricida atq; tyrannus à populo iudicatus & proclamatus.

Morbus populi cõtra Iulianum.

Niger Pescennius.

Iuliani immoderata assentatio.

Senatui, & potentissimis quibusque, multa eis promittere & largiri, arridere obuijs, frequentare theatra, multa cōiuiua agere: postremò nihil pratermittere, quod ad nos fouendos delinendosque spectaret, sed nemo nostrum eis fidebat, eratque suspecta omnibus immoderata eius assentatio. Nā quod extra modum fit, licet putetur quibusdam esse gratum, tamen prudentibus fraude carere non videtur. Quae cum Roma facta sint, nunc quid foris actum sit, dicendū est. Erant tres viri, Seuerus, Niger, Albinus, quorum singulis suberāt tres exercitus populi Romani, & cōplura externa auxilia: hi Rempublicā capessunt: Albinus praerat Britannia, Seuerus Ponia, Niger Syria. Hos viros tres stella significabāt, quae visa de repente circū solem fuerunt Calēdis Ianuarij, cum Iulianus ante curiam sacra faceret nobis praesentibus. Erant enim adēo conspicua, vt eas milites perpetuò inspicerēt, & inuicem commonstrarent: dicerētque Iuliano magnū aliquod malum impendēre: nos autem, quanquam id optabamus, & sperabamus fore, tamē eas aperte intueri non audebamus timoris causa: idque ego factum esse certò scio. Ex tribus autem ducibus, de quibus paulo antē dicebam, Seuerus potentissimus & prudentissimus erat. Is cum praecognouisset fore, sublato Iuliano vt ipsi inter se de Imperio contenderent, statuit propinquiorem sibi deuincire, deditque literas homini fideli ad Albinū, per quas eum Casarem faciebat. Nigrum etiam noluit, qui se propterea efferebat, quod eius fidem atque auxilium populus implorauerat. Itaq; Albinus qui se Seueri socium in principatu sperabat fore, de loco non abiit. Seuerus autem deuincta sibi omni Europa, praeter Byzantium, Romam contendit: nusquam discedit ab armis, sed delectis sexcentis optimis militibus,

Albinus Britannic; Seuerus Pronic; Niger Syriac; praerant. Prodigium.

Seueri in rebus agēdis prudentia.

Seuerus Albinum Casarem facit per literas.

bus, medius inter illos dies noctesque versatur, nec enim illi thoracem unquam exuerunt, antè quàm Romã venissent. His cognitis rebus, Iulianus Severũ hostem iudicat de autoritate Senatus, comparatque se, ut cum eo pugnet. Per eos dies Roma tanquam in hostili terra nihil fuit aliud quã castra. Fuit magnus tumultus stabulãtium exercentiũque se equorũ, hominum, elephantũ, ab armatis ingens timor reliquis ciuibus iniectus est. Nos interdum vix risum tenebamus, quòd pratoriani nihil facerẽt dignum suo nomine, aut promissis: quippe molliter & delicatè viuere didicerant, & quòd milites eius classis, quæ apud Amisum erat, accersiti, quemadmodum se exercerent, nescirent, nec elephantis infensi equis homines ferrent. Præsertim verò ridebamus, quòd Palatium circumdatum cancellis, & firmissimis ianuis clausum erat. Nam Iulianus cùm videretur Pertinacem nõquã facile occisum fuisse à militibus, munito hoc modo septoꝛque Palatio, credidit se, si forè vinceretur, cõclusum in eo superstite esse victurum. Latum & Marciam interfecit, ita ut omnes qui contra Commodũ cõiurauerant, interierint. Narcissum enim Severus postea bestiis obiecit, præcone ita pronunciante: Hic est qui Cõmodum suffocauit. Plerosque pueros occidit, causa magicarum artium, ita ut si forè, quod futurum erat, præcognouisset, id posset auertere. Crebro misit ad Severum, qui eum ex insidijs interficerent. Sed postquã ille in Italiam venit, Rauennã inque cepit nullo labore, atque ij quos Iulianus contra eum miserat, ut vel ei persuaderet reuerti, vel prohiberent aditibus, ad ipsum defecerunt, ac pratoriani, quibus Iulianus magnopere confidebat, perpetuis laboribus defatigati, allatisque rumoribus, de aduentu Severi grauer perterriti sunt: Iulianus nos

Iulianus Severũ hostem iudicat.

Palatium circumdatum cancellis.

Lætus & Marcia interfecit.

Narcissus bestiis obiectus.

Pueri ob magicas artes interfecit.

Rauenna capta.

Silius Messala.
Templum
Minervæ.

Iulianus ca-
pite damna-
tus.

conuocat, iubetque ut Seuerum socium imperij decernamus. Interea pratoriani persuasi Seueri literis, se, si modo interfectores Pertinacis dederent, & ab armis discederent, nullum damnum passuros, interfectores comprehendunt, idque factum esse Silio Messala Consuli significant. Hic Consul nos conuocat in templum Minervæ, quod templum nomen traxit ab exercitatione eorū qui in ipso erudiuntur, & quid factum sit à militibus, exponit. Nos Iuliano capite dam nato, Seuerum Imperatorem appellauimus, & Pertinaci heroic os honores reddi dimus. Itaque Iulianus interfectus est, iacens in Palatio, nihilque dixit percussoribus, nisi, Quid ego peccaui, aut quem interfecit. Vixit annos LX. menses IIII, dies totidem. ex quib. imperauit dies LXVI.

SEVERVS.

Pertinacis
occisores
morte mul-
ctantur.



Equi nolēs
dominū de-
ferere.

Seueri in vr-
bem ingres-
sus.

SEVERVS posteaquam ita Imperator factus est, eos qui Pertinacē occiderāt, morte mulctauit: ceteros pratorianos, priusquā ipse Romam veniret, accersi iussit, usque in planicie conclusis, ignarisque eius quod sibi erat euenturum, scelus, quod contra Imperatorem suū admiserant, acerbè & plurib. verbis exprobrauit: dein arma equosque abstulit, ipsos ex Vrbe eiecit. Hi inuiti abiectis armis, equisque dimissis, ac distinctis sagis dispersi sunt. Vnus ex ijs fuit, qui, cum equus nollet ipsum deserere, sequereturque hinniens, illum, seque interfecit: atque is equus spectantibus libenter mori visus est. His cōfectis rebus, Seuerus in Urbem venit: cumque sedisset in equo vsque ad portas Urbis amictus veste equestri, inde urbana indutus, pedibus introijt. Comitabatur eni
omnis

omnis exercitus, pedites equitesque armati consequebantur: fuitque illud spectaculum omnium, quae vidi unquam, magnificentissimum. Nam urbe tota floribus & laureis coronata, ornatamque variis vestibus, in magno splendore luminum & suffragamentorum populus acclamabat albatum, Ietumque milites, ut in magno conuentu & pompa, cum magno decore incedebant armati: nos aderamus ornatu Senatorio: multitudo contendebat illum videre, & audire loquentem, quasi à fortuna immutatus esset, attollebantque se vicissim, ut ipsum de superiore loco intuerentur. Postquam ingressus est in Urbem, nobis confirmavit ea quae superiores boni principes fecerant, videlicet nullum Senatorem suo iussu interfectum iri, idque non solum iuravit, sed praecepit etiam ut publico decreto sanciretur, Imperatorem, si Senatori mortem afferret, eumque cuius opera ad eam rem vteretur, liberosque ipsorum hostes rei publicae futuros. Verum is primus omnium contra hanc legem fecit, quod ea minimè observata, multos sustulit. In his fuit Iulius Solon, qui superius decretum iussu Imperatoris conscripserat, nec ita multo post occisus est. Cumque multa fierent ab eo quae nobis displicebant, tum imprimis accusabant eum multi, quod cum esset consuetudo, ut stipatores principis Itali, Hispani, Macedones, & Norici tantum essent, quorum aspectus iucundus, & mores suaues erant, hunc ipse morem sustulit, Urbemque multitudine permixtorum militum, terribiliemque aspectu, & auditu horribilium, ac fera aggressisque vitæ replevit. Caterum prodigia, ex quibus principatum sperauerat, haec fuerunt. Cum esset in ordinem Senatorium cooptatus, visus est in somnis videre, se tanquam Romulum lactentem, inhiantemque uberibus lupinis. Cumque esset Iuliam uxorem ducturus, Faustina Mar-

Severi de non interficiendis Senatoribus iuramentum atque decretum.

Iulius Solon occisus.

Stipatores principis.

Prodigia Severi.

Iulia vxor Severi.

ci uxor apparauit utrique thalamum iuxta Palatium in tēplo Veneris, eique dormienti aqua aliquando è manu tanquā ex aliquo fonte emanare visa: utēque Lugduni cum Prator esset, omnis exercitus populi Romani eum venit salutatum in somnis. Praterca alio tempore quidam eū in speculam adduxit, ex qua ipse perspexit uniuersam terram, marēque: quæ cum non secus quā instrumentum musicum pulsaisset, in ijs plurimus concentus erat. Ad hæc vidit in foro Romano equum dei Eto Pertinacæ, qui in ipsum ascenderat, se libenter admississe. Quæ omnia cum ex somnijs intellexerit Seuerus, tum id re vera euenit, quod cū ephēbus esset, confedit in sella principis propter imprudentiam, quæ ex re atque cæteris omnibus futurum Imperium ei denunciātū est.

Pertinacis
monumen-
tum.

Exequiꝯ Per-
tinacis ma-
gnifica.

Quod ubi obtinuit, monumentum Pertinacis fecit, cuius quæ nomen in votis & sacramentis omnibus iussit usurpari, præcepitque, ut statua eius aurea curru ab elephantis ueheretur in Circum, utq; ei tres sella aurea in reliqua theatra perferrentur. Huic funus, et si dudum obiebat, ita factum est. Extructum erat in foro Romano tribunal ligneum ponē tribunal lapideum: supra sicut edificium, quod columna undique sustinebant, eratque ebore variè ornatum & auro: eò allatus fuerat lectus consimilis, cui stragulis purpureis atque auro intextis ornato erant circum capita belluarū terræ marisque, in eoq; posita erat statua Pertinacis cerea ornatu triūphali, à qua puer egregia forma, ita ut si dormiret Pertinax, pennis pauonis muscas abigebat. Eo ita iacētē, Seuerus, nosque Senatores, uxoresque nostræ accessimus funebri uestire: illa in porticibus, nos sub dio sedebamus. Quibus ita dispositis, primò transierunt statua omnium veterum Romanorum illustriū: tum chori puerorū & virorum, qui

lugue

lugubre de Pertinace carmen cantabant: deinde nationes omnes subiectæ Imperio Romano in statuâ ancis ornatis, ut est cuiusque gentis patria consuetudo. Sequebatur post varia genera civium, lictorum, scribarum, præconum, & qui sunt eiusdem generis. Veniebant deinceps statua multorum virorum, quos præclare fecisse aliquid, aut excogitasse, aut in aliquo studio floruisse constaret. Subsequebantur equites ac pedites armati, certatores equi, atque ea quæ ad parentandum pertinebant, quæ ab ipso principe, & à nobis, uxoribusque nostris, & à clarissimis equitibus ac populis, & à cõgregationibus civium missa fuerant. Postremò ferebatur altare inauratum, ornatumque ebore & lapillis Indicis. Quæ postquam transierunt, Severus ascendit in Rostra, & laudationem Pertinacis recitavit. Cùmque oraret, crebrò exclamatum est à nobis, partim laudantibus Pertinacem, partim lugentibus: sed oratione habita, multo magis. Ac tandem cum lectum de loco, in quo erat, moveri oporteret, omnes simul lamentati sumus, ac fleuimus. Lectum tulere à tribunali pontifices, & magistratus, non modo qui tunc erant, sed etiam ij qui fuerant in sequentem annum designati, eundemque postea tradidere nonnullis equitibus ut ferrent. Pars nostrum lectum anteibat, ex quibus multi frangebantur dolore, multi caneabant sicibile carmen ad tibias, Imperator postremus sequebatur, ita in campum Martium venimus. Hic extructus erat rogos instar turris, forma trianguli ebore & auro, ac nonnullis statuâ ornatus. In summo eius curvus inauratus, quo Pertinax olim vehebatur, collocatus erat. In hunc rogam coniectis primò ijs quæ allata fuerant parentandi causa, lectus impositus est. Post Severus, propiniquique Pertinacis statuam eius osculantur.

Severus fecit laudationem Pertinacis.

Pertinacis in campo Martio rogos.

Quo factò Imperator tribunal conscendit, nos Senatores, exceptis magistratibus, in tabulata conscendimus, ut tuto simul & comode spectaremus ea quæ gererentur.

h̄s Pertinax immortalitate donatus.

Magistratus & equestris ordo collocati sunt ex ordine, ut cuiusque dignitas postulabat. Hic cõfecere milites, equites atque pedites circũ rogum cursus urbanos & cõstitos: ijsq; peractis cursibus, Consules rogũ incenderunt.

Bellũ cum Nigro.

Quod cum esset factum, aquila ex rogo euolauit: itaque Pertinax immortalitate donatus est. His cõfectis rebus, Seuerus Nigro bellum intulit. Erat Niger Italus, equestrisque ordinis, homo nec virtute clarus, nec vitijs admodum insignis, ita ut ob eam causam nec laudari multũ, nec vituperari posset. Utebatur legato exercitus Emilianus, alysq; Emilianus prestare videbatur ceteris, qui tum consilium dabant, prudentia vsuq; maximũ rerum, quod in multis nationibus spectatus & probatus erat. Igitur Niger, cum bellum motum esset, venit Byzantium, inde Perinthum exercitum duxit. Sed cum nonnulla prodigia ei minus euenissent prospera, uehementer perturbari cõcepit. Nam aquila, quæ in statua militari confederat, in ea, licet abigeretur, cõstitit, quousque capta est, apesque in signis militaribus, & maxime in statuis ipsius fauos sinxerunt. his de causis ipse Byzantium reuertit. Emilianus autem commisso praelio apud Cyzicum cum quibusdam ducibus Seueri, ab eis victus & interfectus est. Post hæc in angustijs Nicææ & Cij

Aemylanus legatus Nigri.

Prodigia diuina.

praelium magnum variũque factum est, dum Nigriani in planicie pugnarent cominus, & Seueriani occupatis collibus tela ex locis difficilissimis in hostes conicerent: illi contra nauigia quæ in lacu proximo erant, conscenderent, atque inde iacularentur. Primò superiores erant Seueriani, quos Candidus instruxerat, propter locorum

Pugnatum est apud Cyzicum.

Praelium alterũ in angustijs Nicææ & Cij.

locorum, ex quibus pugnabant, difficultatē, Sed postea-
 quam Nigriani conspecto Nigro, Seuerianos infecuti
 sunt, victoria apud ipsos fuit. Quod ubi animaduertit
 Candidus, signiferos acriter, increpat, conuerti contra ho-
 stes iubet, fugam militibus obijcit. Hi pudore adducti,
 conuersi q̄, in hostes irruunt, eosque pugnando vincunt:
 quos etiam perdidissent funditus, nisi prope adfuisset ciui-
 tas, nōxque prohibuisset obscura, quo minus id facerent.
 Hoc pralio factō, rursus apud eas, quae Pyla, hoc est por-
 te nominantur, aequalis acrisque pugna commissa est.
 Praerant exercitui Seueriano Valerianus & Anyli-
 nus: Niger ipse legiones suas instruxerat. Locum in quo
 pugnatum est, propter angustiam, Cilicianas Pylas no-
 minant, quod ex altera parte impendent praerupti mon-
 tes, ex altera magna praecipitia in mare porriguntur.
 Hic Niger collocato exercitu in colle natura sua muni-
 to, ante milites grauis armatura, post iaculatores, fundi-
 toresq̄, & sagittarios instruxit, ut & illi irruentes hostes co-
 minus arcerent, & hi eminus super illos viribus suis ute-
 rentur. A dextra leuiusque tutus erat, partim propter
 praecipitia, quae ad mare spectabant: partim propter syl-
 uam, quae difficili ascensu atque arduo erat. Instructo in
 hunc modum exercitu, impedimenta à tergo collocat,
 ut si quis fugere cupiat, tamen non possit. Qua re ani-
 maduersa, Anylinus primum opponit scutatos: post eos
 instruit omnes milites leuis armatura: hos, ut hostes emi-
 nus pro illis arceant: illos, ut tutum ascensum sibi pra-
 stent. Equites misit cum Valeriano, ut syluam quoque mo-
 do possent, circumirent, insitque ut Nigrianos à tergo
 de improviso adorirentur. Posteaquam ventum est ad
 manus, Seuerianis partim scuta opponentibus, partim
 obtendentibus in modum testudinis, atque ita propius

Candidus.

Tertium præ-
 lium apud Py-
 las Cilicia-
 nas.
 Valerianus,
 Anylinus.
 Nigri contra
 Seueria-
 nos res ge-
 stæ.

Tempesta
diua.

Seueriano-
rū de Nigria
nis preclara
& diuinitus
cōcessa vi-
ctoria.
Strages cru-
enta.

Sacerdotis
somnia.

Antiochia
capta.
Niger ob-
truncatur.
Nigriani om-
nes à Se-
uero dam-
nati.
Cassius Cle-
na se purgat
honestis ra-
tionibus.

ad hostes accedentibus, pugna utrinque diuinitus equa-
lis fuit. Cœpere Nigriani multitudinem & naturalium loci
superiores esse, vicini sententiam omnino, nisi cœlo sereno, &
nulla vi ventorum perturbato, nubes & horribilia toni-
trua, ac vehementes fulgures cum maximo imbri existis-
sent, ita ut his rebus ora atque oculi ipsorum magnopere
laderentur. Quæ ut molestiam non exhibebant Seueria-
nis, quod à tergo essent, ita Nigrianos, quod irruerent,
ex aduerso, maximè conturbabant. Itaque is casus ani-
mos addidit Seuerianis, quibus Deus opem ferre vide-
batur: hostibus timorem fecit, quod expugnarentur diui-
nitus, confirmavitque illos supra quàm poterant: hos, cum
magnis essent viribus, perterrefecit. Quibus iam se fuga
mandantibus Valerianus apparuit: hunc ut vident, se-
se statim conuertunt: sed cum eos Anylinus ex altera
parte arceret, rursus terga vertunt, & sursum decursum
currentes, ut casus incidit, vagantur. In hoc prelio maxi-
ma cades facta est: desiderata sunt enim Nigriatorum
viginti millia. quam cladem somnium sacerdotis ante si-
gnificauerat. Nam cum Seuerus esset in Pannonia, sa-
cerdos Iouis vidit in somnis nigrum quendam hominem,
qui irrueret in exercitum Seueri, ac postea manibus ho-
minum conficeretur. Cuius somnii facta interpretatio
ad Nigrum pertinuit nominis causa. Capta non multo
post Antiochia, Niger ex ea ad Euphratem confugit,
ratus hoc unum sibi ad Barbaros per fugium futurum:
sed eum insculti Seueriani capiunt, eique caput abscin-
dunt: id Seuerus misit Byzantium, & cruci affigi ius-
sit, ut eo viso capite Bizantij ad se accederent. His re-
bus gestis, Seuerus eos qui partes Nigri secuti fuerant,
damnare cœpit, ex quibus Cassius Clena, Senator cum
ab eo dānaretur, non modo verum non celauit, sed etiam
liberi

libere in hanc sententiam dixit, Ego, inquit, te ante e-
 quic ac Nigrum ignorabam. Cum autem casu factum
 esset ut partes illius sustinerem, necessario quod mihi
 fors obtulerat, sum secutus, non ut tibi bellum inferrem,
 sed ut Iulianum opprimerem. Nihil igitur in hac re
 peccaui, quod principio iisdem rebus studui quas tu age-
 bas, & quod ad te postea relicto eo qui mihi datus erat di-
 uinitus, non defeci. Neque enim tu quenquam eorum
 qui nunc tibi in iudicio assident, voluisses proditorē ad
 illum perfugere. Noli igitur nostra corpora aut nomina
 aestimare, sed res ipsas. Etenim omnia qua contra nos
 statuas, ea contra te sociosque tuos decernas necesse est.
 Quod si tu nullo iudicio aut sententia damnaberis, ta-
 men opinione hominum, quam nulla unquam delebit
 obliuio, videberis ea qua nobis acciderunt, in ceteris re-
 prehendere. Seuerus hominis licentiam admiratus, li-
 bertatēque loquendi, ei dimidiam partem bonorum
 concessit. Byzantij autem non solum Nigro viuo, sed
 etiam mortuo multa, eaque admirabilia gesserunt. Eo-
 rum vrbs sita in opportuno loco, propter continentem
 quam habet utrinque, & mare quod medium interce-
 dit, loci Bosphorūque natura munitissima est. Nam cum
 adificata sit in edito loco, pertinet ad mare, quod velu-
 tis torrens fertur ex Ponto, & in extremam urbem labi-
 tur, flectitūrg, aliqua ex parte ad dexterā, ubi sinum &
 portū facit: magna verò ex parte in Propontidem pro-
 pe ipsam urbem, ac celerius multo defluit. Habebat ve-
 rò mœnia munitissima, quorum dorsum exterius extru-
 ctum erat magnis & quadris lapidibus, tabulis inter se
 ex are coniunctis: interius aggeribus adificisque ita
 fuerant munita, ut tantum vnus murus firmissimus es-
 se videretur, super quem ambulari poterat, operiūque
 erat

Byzantij to
pographia.

Bosphorus.

erat, & ad custodiendum facilis. Aderant & magna turres adificata extrinsecus, quæ circum fores habebant, per quas ad ipsa transiretur vicissim, ita ut qui eas circumirent, intus offenderent sese, non enim recte, sed paulo obliquius alijs atq; alijs locis adificata, omnia qua interessent, circuibant. Ingens erat propugnaculum atque altum è regione continentis, ut facile eos qui ipsum inuaderent, arceret. Ea quæ mare spectabant, erant minora, propterea quòd scopuli, in quibus erant adificata, & vehemens impetus Bosphori Byzantios tutos mirabiliter præstabat, & quòd uterque portus intra murum cæthenis conclusus erat. Habebat etiam portus promontoria, in quibus erant alta turres, quæ hostibus navigationem difficile efficeret: sed Bosphorus in primis proderat Byzantijs, in cuius fluxum si naus semel venerit, ad terram appellat necesse est. Quæ res ut est amicis gratissima, ita hostibus molestissima est. Neque verò Byzantijs ita solummodo munitum fuerat: sed erant insuper in eo machinæ cuiusvis generis, ad quoslibet muros deiciendos paratæ, quibus conijciebant in hostes partim saxa grædia, si quando propius accederent, trabesq; partim emittebant lapides, telæque atque hastas, si abessent longius, ita ut nemo ad ea loca, quæ satis magno intervallo distarent ab urbe, posset accedere sine periculo. Inerat nonnullis machinis harpagones, quas emittebant, retrabebantque celeriter. Harum nauium atque machinarum magnam partem Priscus municeps meus fecerat: quam ob causam postea & reus capitis factus, & absolutus est. Nam Souerus cognita eius arte, vetuit ipsum morte mulctari, eiusque opera deinceps cum in multis alijs rebus, tum in Atrorum expugnatione est usus. Solæ enim machinæ, quas ille fecerat, non sunt à Barbaris exuste.

Promontoria.

Byzantinorum
instrumeta
atq; tormēta
bellica.

Harpagones.
Priscus municeps
Dionis.

Atrorum
expugnationio.

Byzant

Byzantij naues fuerant quingēta, quae magna ex parte uniremes, nonnulla etiam biremes erant & rostratae: quaedam à prora puppique clavis & gubernatoribus instructa, utrinque nautas habebant, quò absque mora nauigarent, & retrocederent, & quò possent, virumuis facerent, hostes offendere. Igitur Byzantij illis quidē temporibus multa egerunt, multa etiam passi sunt, dū trium annorum spacio obsiderentur à cunctis ferè orbis terrae exercitibus. Ego pauca ex ijs referam, quae nonnullam admirationem habent. Capiebant enim quaedam nauigia, dum hostes in ijs prater nauigarent, quos ipsi adoriebantur opportunè. Capiebant prater ea triremes in ipsa statione hostium, quas praecisis ancoris per submissos vrinatores, & affixas clavis ad seriem remigij ipsarum, religatasque funiculis trahebant ita, ut illae sua sponte cursum ad ipsos tenere viderentur, nullis remigibus aut vento incitatae. Iam verò ab ijs plerique mercatores volentes capiebantur ut inuiti: qui postquam magno precio vendidissent ea quae conueixerant, aufugiebant. Consumptis verò rebus omnibus quae intus erant, Byzantij in summas angustias adducti, ac iam rebus suis dissidentes, primò quidem licet afflicti vehementer, quòd erant undique interclusi, tamen fortiter resistunt, utunturque materia ad naues, & funiculos ex mulierum capillis faciunt: cùmque hostes murum inuaderent, lapides ex Theatro iacere, & equos ex aere, statuasque aeneas integras coeperunt. Postquam cibus vsitatus eos defecit, comedere pelles animalium maceratas: quibus postea consumptis, magna pars nauigat obseruatis procellis, ceterisque tempestatibus, ut eis nemo possit occurrere, idque faciunt: ut vel intereant, vel com meatum comparent. Tum verò magno impetu & inopinato irruunt in

Byzantij ob-
sidio.

Vrinatores.

Funiculi ad
naues ex
mulierum ca-
pillis facti.
Fames Byzā-
tinorum.

agros

agros, cunctaque eodem modo praeantur. Qui reman-
 rant in urbe, facinus grauissimum fecerunt: nam ut suere
 debilitati, coeperunt mutuo contra se conuerti, seque inter
 se comedere. Dum haec ab alijs geruntur: pars & quidem
 supra quam ferendo essent oneratas naues conscendit, sil-
 uitque explorata pariter magna tempestate: qua res ta-
 men nihil eis proderat. Nam Romani ut videbant eos
 pondere pressos, ita ut parum supra aquam extarent, in-
 tra ferebantur, irruebantque in eos dispersos, ut ventus
 & tempestas tulerat, ita ut nullo facto pro alio nauali, per-
 petuo eorum naues frangerent, earumque partem impel-
 lerent contra, parte rostro confringeret, nonnullas impu-
 tu suo subuerterent. Illi, si maxime voluissent, tamen ni-
 hil poterant efficere: quod si conabantur fugere, aut sub-
 mergerebantur, quod ventus erat vehemens, aut capti ab
 hostibus peribant. Hac dum intuerentur ij qui erant
 in urbe, deos inuocabant magnis editis clamoribus, idque
 faciebant in varijs locis, ut quisque in id spectaculum ueni-
 derat. Sed postquam omnes suos videns penitus interi-
 re, tum frequentes gemitu complent omnia & lamenta-
 tione, ex eoque tempore, quod erat reliquum diei, noctemque
 totam flent atque lamentantur. Tot enim erant tabulae
 fractarum nauium, ut earum nonnulla in insulas & in
 Asiam perferrentur, ex quibus illae gentes cladem By-
 zantium antea, quam eam audirent, cognoscerent. Pos-
 tero die multo maior fuit calamitas: nam ubi tempestas
 cessauit, mare proximum Byzantio mortuis, fractisque
 nauibus, & sanguine refertum erat, atque horum par-
 tem in continentem reiecerat. Quibus perspectis rebus,
 accepta clades multo grauior est visa. Ita Byzantij in-
 uiti statim urbis deditioem faciunt. Hac deditioe fa-
 cta, Romani, milites Byzantium, eosque omnes qui

Byzantij de-
 dicio.

magi

magistratum apud illos gerebant, occidunt, uno pugile excepto, qui magnam opem tulerat Byzantijs, & Romanos magnis incommodis affecerat. Is cōfestim unum ex militibus pugno percussit, & alteri calcibus insultavit, ut ambo ea re commoti, ipsum interficerent: id quod factum est. Capto Byzantio, Severus tantam læticiam percepit (is tum erat in Mesopotamia) ut militibus, quos secum habebat, ita dixerit, Tandem Byzantium cepimus. Civitati abstulit libertatem, eamque priuavit suis dignitatibus, fecitque tributariam, bonis ciuium publicatis. Urbem, omnemque regionem, quæ erat sub eius vrbis potestate, Perinthijs concessit. Hi Byzantio visi sunt ut vico, & à nullo genere iniuriæ temperauerunt. Quæ quanquam iure facere quodammodo visus est Severus, tamē Byzantijs magno dolori fuit, quod mœnia vrbis euertit, propterea quod gloria priuarentur ea, quam ex magnifica ipsorum ostentatione consequerentur. Idq; cum faceret Severus, magnum præsidium Romanorum, arcemque contra Barbaros Ponti & Asia subuertit. Ego quidem mœnia ita diruta spectavi, ut si ea Barbari cepissent, nō Romani: viderēmq; ea, cum adhuc starent, eorūque sonitum, quē edūt, audiueram. In his septem turres à portis Thracijs adificata spectabāt ad mare: quarū reliquæ quidē per se vocalis nō sunt. Quod si quis in prima turri vocē emisisset, aut lapidē in eam coniecisset, tale erat in ea artificium ac machina, ut is statim sonus ad secundam, indeque ad tertiam, & omnes deinceps non interceptus perferretur. Dum muri Byzantium ad hunc modum facti instructique obsiderentur, Severus gloriæ cupiditate inductus, exercitum contra Barbaros Ofroenos, Adiabenos, & Arabes duxit. Sed postquā transijt Euphratem

Seueri Imperatoris cōtra Byzantios res gestæ.

Seueri contra Adiabenos Ofroenos & Arabes bellum.

Aquæ Penu-
ria.

Laterni, Că
didi & Latii
contra Bar-
baros tres ge-
stæ.
Claudius la-
tro.

Scythæ à bel-
lo suscepto
diristē pesti-
tibus deter-
riti.

Exercit⁹ Ro-
manus in
tres partes
diuiditur.
† Hæc in
Græco pro-
pter falsam
vocem ἀρ-
χὴν sunt
vitiosa.
Nisibis.

tem, ac terram hostilem inuasit, factum est, cum ea regio
natura sit in summa inopia aquæ, ac tum magnis solis
ardoribus exsiccata, atque arida esset, ut Severus in pe-
riculum venerit, ne magnam partem militum amitte-
ret. Nam de fessis de via, & calore solis vexatis, pulvis
tantam molestiam exhibebat, ut nec iam iter facere pos-
sent, nec loqui: hoc unum verbum poterant efferre, A-
quam aquam: quæ ut inuenta est, Severus, initio perin-
de ac si ea non reperta esset, anxius, poculum postulauit,
plenumque aquæ coram omnibus exhausit, post hunc ce-
teri omnes biberunt, atque ita recreati sunt. Postquam
Nisibim venit, ibi substitit: Laternum verò, Candi-
dum, & Latium contra Barbaros, quos paulò antè dixi,
misit: qui cum primò regiones illorum incendissent, ce-
pissentque vrbes, atque ob eam causam Severus magni-
ficè se efferret, quasi prudentia & magnitudine animi
præstaret reliquis hominibus, maxime mirandum fuit,
quòd Claudius latro, qui Iudæam Syriamque prædari
cœperat, & ob eam causam studiose conquirebatur, ad
Severum pro tribund militum venit cum equitibus,
eumque complexus atque exosculatus salutauit, neque
tamen ab eo agnitus, neque captus unquam est postea.
Per id tempus Scythæ statuebant bellum gerere, sed eos,
quò minus id facerent, deterruerunt tonitrua, atque ful-
gures cum imbri maximo. Cum enim de bello delibera-
rēt inter se, tres viri primarij fulmine percussi concide-
runt. Severus rursus exercitum in tres partes distribuit:
quarum partium vni Latium, alteri Anylinum, ter-
tiæ Probum præfecit: dein eos in diuersas partes Impe-
rij dimisit, quòd illi quamuis tripartitò sint aggressi, ta-
men agrè tuebatur. Severus Nisibi magnam dignita-
tem dedit, eamque urbem commisit equiti Romano:
cumque

cūque dicere soleret, se magnam regionem adiunxisse Imperio, eāque propugnaculum Syriae effecisse, tamē re vera ex frequentibus bellis constat illam nobis causam esse multorum sumptuum, propterea quod pauca reddit, insumitque multa, quodque nos ad Medos finitimos, Parthosque progressi, pro ijs semper quodam modo pugnamus. Severo autem nondum à bellis Barbaricis respiranti, bellum civile cum Albino Casare cohortum est, quod Severus ei, videlicet Nigro de medio sublato, ceterisque rebus ex sententia constitutis, ne Caesaris quidem honores tribuebat, cū interim Albinus etiā Imperatoriā dignitatem postularet. Quas ob causas toto orbe terrarū commoto, nos quidē Senatores quiescebamus, quique non erāt aperte in hunc aut illum propensi, communicabāt secum pericula, ac spes quas habebant. Populus autem teneri nō poterat, quin hoc malum palam deploraret. Nā cū esset ante Saturnalia postremus dies ludorum Circensium, ad quos maxima hominum multitudo confluxerat: cui spectaculo ego interfui Consulis amici mei causa, audinque diligēter omnia qua tum dicta sunt, ita ut potuerim aliquid de ijs certo scribere: cūque conuenissent innumerabiles homines, ut suprā dixi, spectabant currus certātes inter se senos, ut factum fuerat Cleandri temporibus, atque interim neminē colaudabant, ut erat consuetudo. Sed postquā illi suos cursus confecerūt, ac aurigas ad alterum cursum aggredi oportuit: qui tacuerāt antē, repente simul omnes maximo applausu manuum conclamant, populoque felicitē ac salutem precātur, urbem Romam reginam atque immortalem vocant, atque vno ore, Quousque tandem inquam, hac patiemur: quousque bello vexabimur? Cūque dixissent alia quadā eiusdem generis, tandē exclamant

Bellum Seueri cū Albino.

Saturnalia, Circenses ludi.

Prodigia.

Lez mille
-A In. 1200
2000

Ros coloris
argentei.Numeriani
pro Seucro
res fortiter
gestz.

Callamur
2000000
ibul

Seueri ad
Numeria-
nū litera.Mille septin-
gentz quin-
quaginta
myriades
drach.Prælium Se-
ueri & Al-
bini.

mant hac ita se habere: eoque facto se ad certamen equo-
rum conuertunt. Id factum est afflatu aliquo diuino: ne-
que enim aliter tot millia hominum conclamare simul
cœpissent, quasi chorus edoctus diligentissimè, neque ea-
dem verba integrè, quasi multum ac diu cogitata pronū-
ciauissent. Nos quidem his rebus perturbari cœpimus,
& maximè quòd ignis repentinus in aere, qua parte spe-
ctat ad Septentrionem, est visus, ut eo plerique totam vr-
bem comburi, multi cœlum ipsum ardere existimari:
quòd cœlo sereno pluuia rori similima, colorisque argen-
teum in forum Augusti defluxit: quam ego etsi non vidi,
cum caderet, tamen, ut ceciderat, inueni, eaque ita ut si
esset argentum, obliui monetam ex aere, mansit q̄, is color
tres dies: quarto verò die, quicquid oblitum fuerat, eua-
nuit. In eisdem temporibus quidam Numerianus grama-
ticus ex eorum numero qui pueros literas docet, Roma,
nescio qua opinione adductus, in Galliam profectus est:
ubi dum se Senatorem esse simulat, missumque Seucro
ad cōparandum exercitū, primò paruas copias cogit, isq̄
conficit aliquot equites Albini, atque alia multa pro Se-
uero fortiter gerit. Quibus cognitis rebus, Seuerus ratus
verè Senatorem esse, ad eum scripsit, collaudauitque per
literas, & ut sibi maiores copias cōpararet, iussit. Is ma-
iore factò exercitu, præter cetera que præclare ac mira-
biliter gessit, misit ad Seuerum pecuniam quam coege-
rat ad septingentis sestertium: post venit ad Seuerū po-
titem victoria, eumque nihil celauit, neque petijt ab eo
ut se verè cooptaret in ordinem Senatorium, nam cum
magnos honores opesque consequi potuisset, tamē noluit:
sed ruri contentus paruo, quod à Seucro in diem acci-
picbat, vitam egit. Prælium verò Seueri & Albini apud
Lugdunum ita factum est. Erant utrique militum
quin

quinquaginta milia, aderatque præsens uterque in bello, quasi de capite certaretur: ceteri Severus ante nulli praelio interfuerat. Albinus nobilitate & doctrina antecel-
 lebat: alter scientia rei militaris, & peritia ducendi exercitus potior erat. Accidit priore pugna, ut Albinus Lupum vinceret unum ex ducibus Severi, eumque cum magno militum numero interficeret. Sed genus alterius pugnae varium fuit. nam cum primo sinistrum cornu Albinum victum profugisset, eosque insecuti Severiani simul magno impetu facto irruerant, atque eorum tentoria diriperent, milites Albinum qui dextrum cornu tenebat, habebantque ante se cacas fossas, tecta ipsarum superficie, ad eas usque progressi, iaculabantur e minis, neque longius progrediebantur: sed simulato maximo timore statim retrocedebant, ut hostes ad insequendum se pellicerent: id quod evenit. Irati enim Severiani, quod illi parvam irruptionem fecissent, ac contemnescentes quod subito fugissent, impetum fecerunt in ipsos, rati campum qui inter utranque aciem medius erat, peruium esse: cumque ad fossas venissent, cladem gravissimam acceperunt. nam primi fractis subito his rebus quae fuerant in superficie posita, in foueas incidunt: qui proximi sunt: offendunt, & super illos corruunt: ceteri dum retrocedunt timoris causa: videlicet improviso retro versi, non solum ipsi impingunt, sed etiam nouissimum agmen conturbant, ita ut in maximam & confusam phalangem compellantur. Fuit horum, & eorum qui in foueas inciderunt, magna caedes equorum pariter atque hominum. Praeterea in hoc tumultu qui inter vallem erant & fossas, sagittis telisque transfixi concidebant. Qua re animadu-
 uersa, Severus cum praetorianis cohortibus ad opem eis ferendam venit: tantumque abfuit ut illos auxilio in-

Lupus Seueri dux ab Albino victus.

Stratagemata.

Seueri res gestae.

uaret, ut etiam pratorianos ferè perderet: ipse quidè Seuerus amisso equo in periculum venit. Sed ut vidit suos omnes fugere, statim discissa chlamyde, districtiòque gladio in fugientes cõtendit, ut vel illi affecti pudore reuertètur, vel ut ipse vnà cum ijs occideretur. Itaque multi viso Seuero constitèrunt ac reuersi sunt: qui repente conuersi, ratique suos qui sequebantur, hostes esse, magnū numerum eorum pro Albinianis concidunt: post verò hostes insequentes se in fugam conuertunt, atque ad extremum ij equites qui cum Lato remanserant, reliquos à latere adorti, omnes conficiunt. Nam Latus, quandiu pugna equalis fuit, substitit, circumspiciens atque sperans virumque periturum, sibi que reliquos vtrinque milites Imperiū daturus. Sed posteaquā Seuerum iam superiorem esse cognouit, tandem ad rem aggressus, Albinianos confecit. Itaque Seuerus victoria potitus est. In hoc praelio exercitus populi Romani magnam cladem accepit, quòd vtrinque innumerabiles ceciderint, ita ut victores magna ex parte hanc calamitatem lamentarentur, dū campum hominibus equisque mortuis plenum videret. Pars enim iacebat multis vulneribus cõcisa, multi nullis acceptis vulneribus coaceruabantur: tum arma dispersa atque abiecta conspicièbatur: tantaque copia erat effusi sanguinis, ut in fluuios insueret. Albinus in eadē quandā ad Rhodanum confugerat, quam ut sensit septam vndique custodia teneri, mortem sibi consciiuit. Nō enim ea refero que scripsit Seuerus, sed ea que vere constat esse facta. Is ut vidit corpus Albinum, vehementer sibi gratulatus oculis linguaque, reliquum quidem iussit abijci: caput autem misit Romā, & cruce affixit. Hic ex rebus cum perspicuum fuit nihil esse in ipso boni principis, tum verò multo magis nos populūque per

litteras

Lati res gestaz.

Seueri cruenta de Albinum victoria

Albinus mortem sibi consciiuit.

Seueri in Albinum crudelitas.

litteras perterritus: quippe qui potitus omnibus armatis militibus euomebat apud inermes omnem iram, quam longo tempore antè in ipsos conceperat: sed & nobis timorem longe maximum fecit, cum se Marci filium, & Commodi fratrem diceret, & Commodum in quem antea contumeliosus fuerat, heroicis honores daret. Nam cum haberet orationem in Senatu, extolleretque Syllam, Marij & Augusti acerbitatem ac crudelitatem, veluti rem tutissimam: modestiam autem & humanitatem Pompeij atque Caesaris, ut rem illis ipsis perniciosam deprimeret, ad defendendum Commodum processit, increpans Senatorem, quod immerito eum notaret ignominia. Prasertim, inquit, cum plerique ex vobis multo viuāt turpius. Nam si graue fuit, inquit, quod ille sua manu ferarum occideret: nonne vnus ex vobis vir consularis, & iam grandis natu heri & aliquot diebus ante Hostia cum meretrice imitante perdalim publicè colludebat? at gladiator erat Commodus: quasi verò vestrum gladiator sit nemo. Cur igitur, inquit, nonnulli ex vobis scuta eius, galeasque aureas, quas ille habuerat, comparauerunt? Hac oratione habita, quanquam viros xxxv. ex ijs, qui, quod Albinum secuti essent, rei facti erant, absoluit. iisque usus est non aliter atque si omni culpa caruissent, hi erant ex primis Senatoribus: tamen vigintinovem viros capite damnauit, in quorum numero fuit Sulpicianus Perinacis socer. Post hæc bellum intulit Parthis, qui occupato Seuero in bellis civilibus, securi Mesopotamiam ceperant, magnis copijs cōductis: cepissentque Nisibim, nisi Latus eam, dum in ipsa obsideretur, conseruasset: ex qua vrbe magnam gloriam est adeptus. prasertim cum in ceteris rebus civilibus publicis ac priuatis, bellis pacisque temporibus optimus vir esset. Postquam Seuerus

Seueri in Senatu oratio.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

Sulpicianus damnatur.

Bellum inferatur Parthis.

Nisibis ciuitas à Parthorum infidijs à Lato conseruata est.

Aperingés. Nisibim venit, aprum reperit maximum, qui magno impetu equitem deiecerat ex equo, atque interfecerat, dum is suis viribus confusus, conaretur ipsum conficere; tandè verò à triginta militibus captus cæsusque ad Seuerum perlatus est. Parthi aduentu Seueri minimè expectato, domum sunt reuersi. Præerat ijs Vologæsus, cuius frater cum Seuero erat. Seuerus adificatis nauibus in Euphrate, in quibus nauigabat celeriter (erant enim celeres naues, & optimè instructæ propter copiam materia, quam Euphrates & finitima loca suppeditant) omnia quæ ab illis parata fuerant, itèmq; Seleuciam & Babylonem desertas celeriter cepit, ac paulò post Ctesiphontem, quam urbem diripiendam reliquit militibus, & in ea cædem maximam fecit, cepitque superstitiū hominum ad centum millia. Vologæsum tamen non est insecutus, neque Ctesiphontem retinuit, sed tanquàm ob id solum venisset, vt eam diriperet, discessit coactus ignoratione locorū & inopia necessariarum rerum, reuersusque est alia via, quòd scænum ligna que in superiore itinere cōsumpta essent. Pars pedestris exercitus iter fecit ad superiorem ripam Tigris: pars nauibus vecta est.

Attra obfidetur. Post hæc Seuerus vt transijt in Mesopotamiam, Atra, quæ non longè aberant, frustra adortus est. Quinetiam pleraque machine ipsius exustæ sunt, magnòque numero militum interfecto, multi saucij fuerunt. quamobrem inde castra mouit. Dum autem bellū gereret, iusserat occidi duos clarissimos viros, Iulium Crispum tribunum prætorianorum militum, quòd defessus belli laboribus, ac ira incitatus cecinerat carmen Maronis, quo carmine vnus ex militibus Turni, qui bellum cum Aeneagerebant, dolet nulla ratione magnum numerum hominum perire, vt Turnus Lauiniam in uxorem ducat.

Vologæsus
Parthorum
dux.

Seleucia &
Babylō ciuitates à Seuero captæ.

Seueri crudelitas.

Iulius Crispus ob carmen Vergilianū occiditur. Illud est, Aeneidos X L. Scilicet vt Turno con

Vale

Valeriumque militem, qui Crispum accusauerat, tribu-
num in eius locum designauit. Occiderat præterea La-
tum, quod vir prudentissimus, & militibus charus erat.
hi enim nisi Lato duce se negabant militaturos. Cuius
caedis causam imputauit militibus, quasi cõtra volunta-
tem suam id facinus essent ausi: quippe veram causam
nullã nisi inuidiã habebat. Comparato magno commea-
tu, paratisque machinis, iterum in Atra exercitum du-
xit. Graue enim esse statuebat, captis cæteris, eam urbẽ
solam atquo in medio positã resistere. Itaque in eam rem
magnos sumptus fecit, amisitq; machinas omnes, præter
eas quas Priscum supra fecisse diximus. Amisit præ-
terea milites cõplures: quippe etiam dum pabularentur,
cadebatur, impetum faciente in ipsos celeriter barbaro
equitatu Arabũ, & Atrenis longissimẽ iaculantibus,
telãque ita conicientibus machinis quibusdam, ut saepe
satellites Seueri prosternerent. nã vno impulsu bina te-
la cmittebant, coniciebanturque multa manibus & ar-
cubus multorum: sed maximũ damnum intulerunt Se-
uerianis, cum propius ad muros accederent: multo verò
maius, cum aliquam eius partem diruissent. Tum enim
Naphtha, quod ex genere bituminis esse supra dictum
est, coniecerunt in eos, quo machinæ, militesque omnes
quos attigit, conflagrauerunt: atque hæc Seuerus specta-
bat ex superiore loco. Cum autem pars aliqua muri cor-
ruisset extrinsecus, vellentque cuncti milites promptis
animis reliquum inuadere, Seuerus prohibuit ne id
facerent, iussitque palãm vbique canere receptui, pro-
pterea quod magna erat opinio, grandem pecuniam,
& Solis donaria in eo oppido reposita esse: sperabatque
Arabas, ne vi capti redigerentur in seruitutem,
hunc thesaurum perfacile indicaturos. Sed vno inter-

tingat re-
giã cõiu
Nos animæ
viles, inhu-
mara, infle-
tãque turba
Sternamur
campis.
Lætus occi-
sus.
Atrenorum
obfudio.

Naphtha.

Solis dona-
ria.
Milites nõ
parent Seue-
ro.

Syrorum in
Atrenorum
obfidione
magna fra-
ges.

Milites Eu-
ropæ potio-
res.

Seuerus pa-
rentauit Pō-
peio.

Seueri in
Aegyptum
profectio.

Monumētū
Alexandri.

Nilus à mō-
te Atlante
ortū habet.

iecto die postquam videt ad se legatos ab Atrenis non venire, ut deditioem facerent, imperauit militibus, ut in murum (quanquam noctu instauratus fuerat) irrumperent. Cui dum nemo ex militibus Europa, qui poterant aliquid perficere, parere voluit, Syri coacti pro illis irruptione facere, magnam cladem acceperunt. Itaque Deus urbem liberauit, qui per Seuerum reuocauit milites, cum possent in ipsam ingredi: & Seuerum cupientem eandem postea capere, per milites prohibuit. Quamobrem Seuerus tam anxio fuit animo & sollicito, ut cum ab eo vnus ex ducibus ipsius tantummodo peteret quingētos quinquaginta milites Europa, seque sine reliquorum periculo urbem capturum polliceretur, ita cunctis audientibus responderit: Vnde, inquit, tot milites habebis? Id ab eo propterea dictum est, quod milites dicto audientes non essent. Cum autem tenuisset illam urbem obsessam spacio x x dierum, venit in Palestinam, ac Pompeio parentauit: inde profectus in Aegyptum, totam regionem vidit, occultasque res in ea & penitus abditas conquisiuit. Nihil enim fuit diuinarum aut humanarum rerum, quod ille non voluerit perscrutari: praeterea libros omnes in quibus arcana continentur, quique potuerunt inueniri, fere ex omnibus adytis sustulit. Clausit monumentum Alexandri, ne quisquam corpus eius videret in posterum, neve ea quae in ipso scripta erant, legeret. Quae cum ab eo facta sint, mihi non est necesse scribere cetera quae ad Aegyptum pertinent: quanquam ea quae de Nilohabeo multis rationibus perspecta atque cognita, iure possum referre. Is ex monte Atlante certo fuit, qui mons est in Macennitide, non longe ab Oceano, qua parte spectat ad occasum Solis: mons est longe omnium altissimus, quem poetae ob eam causam columnam caeli

caeli esse dixerunt: nam ad summum eius verticem nemo ascendit unquam, neque culmina videre potuit, quamobrem plenus est perpetuis niuibus, ex quibus aestate magnam copiam aquae emittit, cum alioqui ad radices undique paludes habeat, quae tunc multo sunt maiores, augeturque Nilus, propterea quod fons eius est, ut ex crocodilis, ceterisque quae utrobique nascuntur, conicitur. Neque verò mirari quisquam debet, si nos ea diximus, quae sunt à veteribus Graecis ignorata. Nam Maecenia propter Mauritaniam inferiorem habitant, multique ex ijs qui illic bella gerunt, ad Atlantem perueniunt: sed de his haecenus. Interea Plautianus, cuius erat apud Severum maxima autoritas, qui et praefecti potestatem habebat, eratque omnium hominum potentissimus, morte affectit magnum numerum priuatorum hominum, & optimatum. Is erat homo inexplebili cupiditate: omnia enim petebat ab omnibus & capiebat omnia, nullamque getem, nullam ciuitatem reliquit, quam non praedaretur: cumque cuncta diriperet unde quaque, ea congeriebat domum suam, multoque plura munera ab omnibus ad eum, quam ad Severum mittebantur. Postremo equos Solis tigris similimos ex insulis maris rubri, missis Centurionibus furatus est. hoc enim vno infinitum eius cupiditatem videor ostendisse. Quamquam & illud addendum videtur, centum ciues Romanos nobiles viros domi ab eo excisos esse, id quod nemo nostrum ante quam ipse moreretur, intellexerat. Quibus ex rebus percipi potest, quanta fuerit hominis peruersitas atque potentia. Excidit autem non solum pueros & adolescententes, sed etiam viros, quorum nonnullis uxores erant: idque fecit, ut Plautilla filia eius, quam postea Antoninus uxorem duxit, haberet magnam Eunuchorum famulatam.

Plautiani
praefecti a
uaricia atque
crudelitas.

Equi tigris
per similes.

Centum ciues
excisi a Plau-
tiano.

Plautilla fi-
lia Plautia-
ni.

nupfit An-
tonino.

Plautiani
infinitz sta-
tuz.

Plautiani fi-
lia Seueri fi-
lio matri-
monio co-
pulata.

Nicra pa-
tria Dionis.

Plautianus
Seuero lon-
gè potèti-
or.

Nos quidē eosdē homines Eunuchos, maritos, patres,
priuatos testibus, exēctos, & barbatos vidimus. Ex quo
non iniuria dici potest, Plautianū omnibus hominibus,
atque ad eō ipsi principibus Romanis potentiorē fuisse.
Etenim præter cetera statua ei multo plures & maiores,
quā illis, non solum in alijs ciuitatibus, sed etiam Ro-
ma, neque tantum à priuatis ciuibus, sed etiam ab ipsi
Senatu collocata sunt. Per fortunam eius iurabant cū-
cti milites ac Senatores, proque eius salute publice sup-
plicabatur. In causā harum rerum fuerat potissimū Se-
uerus, qui ei ita permiserat omnia, ut ille Imperatoris,
ipse præfecti loco esset. quicquid enim diceret, aut ageret
Seuerus, id ille perspectū habebat: arcana verò Plautia-
ni sciebat nemo. Huius filiam Seuerus filio suo in matri-
moniu dedit, posthabitis multis virginibus nobilissimis
atque pulcherrimis, ipsumq; Plautianū designauit Cō-
sulem, quem ferè cupiebat successorem Imperij relinque-
re. Nam ita de eo scripsit in epistola quadam: Virum
diligo, ut cupiam eum mihi esse superstite: patiebaturq;
illum recipi in potiora diuersoria, resque ad victum ne-
cessarias meliores habere, & copiosiores. Itaque cū ali-
quando Nicæ, quæ mea est patria, mugilem postulari,
quos maximos ille fert lacus, misit, qui à Plautiano pete-
rēt, acceptūmq; ab eo ad se perferrent. Quod si ad com-
minuendam, eius potentiam, videbatur nonnulla fa-
cere, tamen his contrarijs, multoque maioribus & clario-
ribus rebus cetera omnia obscurabantur. Quocirca Tya-
nis cū Seuerus Plautianum agrotantem visitaret, mi-
lites Plautiani non sunt passi eos qui Seuerum conseq-
bantur, vnā ingredi. Et quidam cū actiones haberet,
iussus à Seuerō, cū esset ociosus, ut aliquam actionē in-
tenderet, Non possum, inquit, nisi Plautianus mihi inf-
ferit

ferit: adeò potentior erat Seuero in rebus omnibus, ut etiam apud eum Iuliam Augustam semper calumniatus sit, & in eam, ac de matronis nobilibus tormentis quaesuerit: qua dum ob eam causam philosopharetur, & tempus cum Sophistis transigeret, Plautianus homo profusus luxurie vomebat in conuiujs, quòd nihil posset propter cibi viniq; maximam copiam còcoquere, puellique ac puellis non sine magno probro utebatur, cum tamen vetaret vxoris sue, ut neminem aspiceret, neq; sineret villo pacto, ut ab aliquo, ne ab ipso quidem Seuero, aut Iulia conspiceretur. Per id tempus factum est mulierum certamen, in quo tanta conuenerat multitudo athletarum, ut mirarentur omnes, quemadmodum eos stadium caperet. In quo certamine cum mulieres crudelissimè pugnauissent, essentq; ob eam causam ceteras nobilissimas fœminas conuicijs confectate, cautum est ne qua mulier vsquam in reliquum tempus muneribus gladiatorijsungeretur. Cum igitur essent statuae complures facte Plautiano (oportet enim res gestas exponere) Seuerus iniquo animo ferens tantam statuarum multitudinè, constare quasdam ex ijs cœpit. Qua de causa rumor fuit in plerisque ciuitatibus, ipsum Plautianum oppressum esse, & penitus interisse, multiq; statuas eius cõsiderunt, de quibus postea supplicium est sumptum. Fuit in eorum numero Racius (constans, vir clarissimus, qui Sardinia præerat. Quarum rerum ego mentionem feci, propterea quòd cum orator, qui Constantem accusauit, multa dixisset, atque illud in primis, Cœlum ruere citius posse, quàm Plautiano damnum à Seuero inferri: quibus rebus, atque ijs que sunt eiusdem generis, dicente illo, fides haberi poterat merito, cumque Seuerus audacter nobis, qui vnà iudices eramus, confirmasset, non posse

Iulia Augu-
sta.

Plautiani lu-
xus & ebrie-
ras.

Certamen
mulierum.
Lex ne mu-
lieres gla-
diatorijs
muneribus
fungeretur.
Statuq; Plau-
tiani.

Racius Cõ-
stans.

Plautiani mors. posse vllum malum ab se Plautiano accidere, non tamen perpetuo floruit Plautianus, sed intra annum occisus est, cunctæq; statua ipsius discipatae sunt. Antè quàm autem id fieret, cetus maximus appulit in eum portum què Augusti esse dicimus, in eoque captus est. Cuius ceti figura introducta in amphitheatrum, tanta fuit, ut quinquaginta vrsos caperet. Præterea cometes Roma per multos dies visus est, fuitque opinio eum magnum ali-
Cet' ingès. quod malum portendere. Interea Seuerus postquam attingit decennium principatus sui, congiario populo, prætorianisque militibus dato, eis tot aureos, quot annos imperauerat, dedit. Quam ob causam sibi mirum in modum placebat, cum reuera nemo vnquam simul tantundem eis dedisset, consumptum enim in ea largitione bis millies sestertium. Eodè anno celebratae sunt nuptiae Antonini filij Seueri, & Plautillæ Plautiani filia. Id statim filia sua dedit, quãtũ reginis quinquaginta satis fuisset.
Prodigia. que omnia per forum vidimus comportari in Palatiũ, in quo nobis epulum datum est regio & Barbarico apparatu. Aderant enim epula rerum omnium, quibus vesci homines solent, multaque in his cocta, multa cruda, nonnulla etiam viua cepimus. Tum edita sunt varia spectacula propter reditum Seueri, & decennium principatus eius, ac victorias quas reportauerat: in quibus spectaculis apri sexaginta Plautiani inuicem certauerunt, ut erat mandatum: casæq; sunt alia permulta bestia, atq; in primis elephas & crocota. Id animal est Indicum, ac tu primũ, quod sciam, Romam aduectum est. Color eius est leone permixta cum tigri: figura quodam modo ex cane & vulpe constat. Earum receptaculum in amphitheatro adificatũ erat instar nauis, ita ut reciperet quadringentas feras, easdemque simul omnes redderet: qua
Congiariũ Seueri.
Quinquies mille myriades drac. Plautillæ & Anronini nuptiæ. Spectacula.
Crocota primum Rom.

ex nani subito dissoluta exilierunt *ursi, leana, panthera,*
struthiones, onagri, bissones, quod genus boum est patria
 & aspectu barbarum. Itaque septingentæ ferae mansue-
 ta ve bestia simul concurrere, & postea cõfõdi visæ sunt.
 Occisus enim singulis diebus cõtum, pro numero dierum
 festorum, qui septem fuerunt, septingentæ sunt occisæ. Per
 eos dies resplenduit in monte *Vesuuio* ignis maximus, in
 eoque tanti mugitus extiteret, ut *Capuam* usque audi-
 rentur: in qua ciuitate ego, quoties moror in *Italia*, habi-
 tare soleo. nam eum locum mihi delegi certis de causis,
 sed præsertim ut haberem ocium, quod vacuus è curis
 molestisq; *Urbis*, in scribenda hac historia consume-
 rem. Videbatur igitur ex ijs que in *Vesuuio* acciderunt,
 quandam rerum commutationem fore, que in *Plautia-*
no paulò post est facta. Verè enim *Plautianus* magnus,
 vel summus potius erat, ita ut *populus* aliquando dice-
 ret in *Circo*, *Quid tremis? cur palles?* tu quidem certè
 plus quàm tres isti possides. Id ei scilicet non dicebatur,
 sed alteri. Significabant autem tres viros, *Seuerum* cum
 duobus filijs, *Antonino* & *Geta*. Pallebat verè *Plau-*
tianus & tremebat semper, cum propter rationè vitus
 quam instituerat. tum propter spem metumque futura-
 rum rerum in quibus erat. At horum magna pars vel
 latebat *Seuerum*: vel si sciebat, ea se dissimulabat scire.
 Sed postquam *Geta* frater moriens significauit *Seuero*
 omnia que *Plautianus* agebat, (quippe illud oderat, nec
 metuebat amplius) *Seuerus* *Geta* statuam ex ære in foro
 posuit, desitque habere *Plautianum* in tanto honore ma-
 gnâque ex parte potentiam eius cõminuere cœpit. Quas
 res moleste ferens *Plautianus*, *Antonino*, quem antè
 propter filiam suam que ab eo minus honorificè tracta-
 batur, oderat, in sensus atque inimicus fuit, quasi auctori
 istius

Bissones.

Vestuij in-
 cendium.
 Dion liben-
 ter habita-
 bat *Capuz*.

Plautianus.

Antonin^o &
 Geta filij Se-
 ueri.Geta frater
 Seueri.Geta statua
 ærea.Plautiani
 contra An-
 toninum si-
 multas atq;
 odium.

istius ignominia, seque cum eo gessit acerbius. His rebus permotus Antoninus iratusque uxori femina impudē-
tissima, atque ipsi Plautiano, qui non solum conquie-
bat omnia quæ Antoninus ageret, sed etiam eum mole-
stè increpabat in rebus omnibus, ab eo se vindicare &
Eudus. liberare statuit. Itaque per Eudum educatorem suum,
Saturnino Centurioni aliisque viris duobus iidem
Centurionibus persuasit, ut renunciarent Seuero iussis-
se Plautianum decem Centurionibus, ex quorum nu-
mero essent ipsi, Seuerum cum Antonino occidere. Id
Centuriones faciunt, recitantque literas Seuero, quas a-
iunt se ob hanc causam à Plautiano accepisse. Hæc sta-
tim peractis spectaculis, quæ in Palatio fiebant Heroi-
bus, dimissoq; populo, cum esset cœna tempus, acta sunt:
quibus ex rebus commentum argui faciliè poterat.
Neque enim Plautianus ausus fuisset decem Cen-
turionibus simul, neque Roma, neque in Pala-
tio, illo die, aut hora quicquam tale præcipere, præser-
Seueri som- tim per literas: sed tamen visum est credibile Seuero,
nium, propterea quod superiore nocte viderat per quietem Al-
binum viuere, sitique insidias parare. Itaq; Plautianum
celeriter tanquam ob alias causas accersi iussit. Qui eo
modo venit, vel potius mors ei diuinitus ita denunciata
est, quod mula quæ currum eius agebant, ceciderint in
Palatio. cum ianitores qui erant ad cancellos, eum so-
lum intrare permisissent, prohibitis ijs qui consequebantur,
Seueri ad ut eundem comitibus Seueri Tyanis fecisse supra di-
Plautianum oratio. ximus, cœpit habere rem suspectam. & pertimescere: ta-
men quia nesciebat quomodo retrocederet, ingreditur.
Hic Seuerus cum eo loquitur perhumaniter. Quid
enim, inquit, tibi venit in mentem? aut quam ob rem nos
voluisti interficere? Dum ei potestatem respondendi fu-

cit, paratque se ut defensionem eius audiat, Antoninus
 Plantiano neganti, admirantique orationem Seueri, fa-
 ctio impetu gladium abstulit, eumque pugno percussit.
 Volebat Antoninus Plantianum sua manu occidere,
 cum is diceret, Tu me praueuisti: sed prohibitus a
 patre, iussit vni ex famulis, ut ipsum interficeret. In-
 terca quidam ex ijs qui aderat, pilos ex mento eius euul-
 sos, Iuliae Plautillaeque, quae tum simul erant, attulit, an-
 tequam aliquid audiuissent: Vos vero, inquit, vestrum
 Plantianum videte, quae res alteri fuit morori, alte-
 ri solatio. Itaque Plautianus nostra memoria omnium
 hominum potentissimus, quem magis quam ipsum prin-
 cipem metuebant omnes, quique spe multo maiore elat-
 us fuerat, a genero interficitur, eoque Palatio proicitur
 in viam: quauis elatus tandem iussu Seueri, & sepultura
 affectus sit. Post haec Seuerus Senatum conuocat in
 Curiam, neque tamen Plautianum criminatur, tantummo-
 do deplorat conditionem humani generis, quod summos ho-
 nores non ferat: accusatque se, quod illum tanto honore &
 beneuolentia profecutus esset: dein eos qui consilium & in-
 sidias Plautiani indicauerat, omnia referre ad nos iu-
 bet, ceteris in Senatu ijs qui minus erant necessarij, ut di-
 nihil exponeret ipse, se non magnam fidem indicibus ha-
 bere ostenderet. Venere multi in maximum periculum
 Plautiani causa: nonnulli etiam morte affecti sunt. Cera-
 nus quidem cum se amicum Plautiani esse semper diceret,
 ut plerique omnes solent fortunatis hominibus, eos qui
 primi ante alios vocati Plautianum salutatum veni-
 rent, comitari solebat usque ad postremas fores: qui cum
 etsi Plautianus non communicabat secreta consilia, ta-
 men quod medius inter utrasque fores morari consue-
 uerat, licet Plautiano foris esset, tamen ceteris intus
 esse

Plautianus
 obrutatur.
 Plantianipi
 li ad Iulia
 Plautillaq;
 deferuntur.

Seueri ad
 Patres con-
 scriptos o-
 ratio.

Ceranus.

Plautiani
somnia.

Cecilius A-
gricola
Platiani af-
sentator.
Ceciliij A-
gricolæ
mors.
Saturninus.
Euodus.

Seueri con-
tra Euodum
dictetium.

Plautilla Li-
param rele-
gatur.

Antonini &
Getæ licen-
tia.

esse videbatur, ob eamque causam magis suspectus fuit. Augebat suspicionem, quod cum Plautianus vidisset in somnis paucos pisces, dum è Tiberi exirent, ad pedes suos accidere, respondit eum terra marisque imperium habiturum. Itaque relegatus in insulam, septem annos fuit: deinde restitutus, primusque ex Ægyptijs hominibus cooptatus in ordinem Senatorium, factus est Consul, ut Pompeius, nullo antè gesto magistratu. Cecilius autem Agricola, qui in primis assentatoribus Plautiani habebatur, quique nequitia ac libidine nemini secundus erat, capite damnatus domum venit: plenusque vini refrigerati, poculum, quod ducentis millibus nummum emptum fuerat, allisit: ipse sceta vena super id mortuus est. Saturninus quoque & Euodus licet tunc honore affecti sint, tamen ab Antonino postea occisi sunt. Cumque nos Euodum decreto ornaremus laudibus, Seuerus vetuit his verbis, Turpe est, inquit, id de viro Cesariano in vestris decretis scriptum inueniri. Neque enim sine at hunc Seuerus, neque reliquos Cesarianos libertos iniuriam facere, aut insolentes esse. Cumque bene ob hanc causam audiret, ipsum aliquando collaudauit Senatus, ac magno edito clamore, Omnes, inquit, rectè faciunt omnia, propterea quod tu iustissime imperas. Plautilla autem Plautusque filij Plautiani tunc incolumes euaserunt, in Liparam relegati, licet sub Antonino postea interfecti sint, vixereque calamitose atque in maximo metu & inopia necessariarum rerum. Tum filij Seueri, Antoninus & Geta Plautiano tanquam prædago liberati, cœpere omnia pro libidine agere, mulieres dedecore afficere, pueros violare, iniquè colligere pecuniam, gladiatores atque aurigas sibi societate deuincire, seque inuicem inimitari propter factorum si-

militu

militudinem, & tamen inter se contrarijs studijs diffide-
 re. Nam si cui vnus eorum se addiceret, alter aduersa-
 rium eius prorsus eligebat: denique cū exercendi cau-
 sa de curribus, quos agebant equi parui, certarent inter
 se, in tātam contentionē venerunt, vt Antoninus ex cur-
 ru ceciderit, ac crus fregerit. Interea Severus aperte
 multas cades fecit, atq; in primis Quintilli Plautiani
 viri nobilissimi, qui erat vnus ex primis Senatoribus:
 cūque iā esset grandis natu, viueretque ruri, nec quic-
 quā quereret aut faceret curiosius, tamen calumniā nō
 effugit, sublatiusque est. Hic paulo antē quā morere-
 tur, postulauit, vt ea quae ad sepulturam suam iandudū
 cōparauerat, ad se perferrentur. Quae postquā vidit ve-
 tustate consumpta, Quid hoc rei est, inquit, ita ne cun-
 ctati sumus? deinde facto sacrificio, idem inquit, Peto à
 dijs immortalibus, quod Adriano Severianus optauit,
 itaque interijt. Post edita sunt certamina gladiatoria,
 in quibus praeter alia, decē tigres simul cōfossa sunt. Post
 hac exitum habuerunt ea quae ad Apronianum perti-
 nēt, sanē auditu perquā admirabilia. Accusatus est
 enim, dictum olim fuisse, nutricē eius vidisse per quie-
 tem eum regnaturū ipsumq; ob eā causam Magicis ar-
 tibus vsū esse. Quāob rē absens (praerat enim Asia)
 condemnatus est. Cūque legerentur in Senatu, quae
 quaestiones in ipsum essent habitae, scriptum inuenimus,
 interrogatos fuisse eos, de quibus quaestio habebatur, quis
 narrauisset somnium? quisve audiuisset? atque vnū ex
 ijs respondisse cū alia multa, tum verō se praeterea Se-
 natorē quendam caluum quasi per transennā aspicien-
 tem vidisse. Id ubi nos audiuius, valde cōturbati fui-
 mus, neque enim ille nomen cuiusquam dixerat, neque
 Severus scripserat. Hoc metu correpti fuerē etiā ij qui

Severi Impe-
 ratoris cru-
 delitas.

Quintill
 Plautiani
 mors.

Gladiatoria certami-
 na.

Apronianī
 accusatio &
 dampnatio.

nunquam Apronianum cōuenerant, neque solum calui, sed etiam recaluastrivnostrumque satis cōfidebat nemo, nisi ij qui valde comati erāt. Cūmque illos cūcti circumspiceremus, primò rumor erat hunc esse, mox aliū.

Calui in periculo.

Ego quidē (quanquam est perridiculum) tamen non reticebo id quod mihi tum accidit. tantam mihi hac res attulit perturbationem, ut statim capillos mei capitis requisierim, eosque manu attrectauerim: idēque ab alijs permultis factū est. In primis obseruabamus eos qui calui esse videbantur, quasi in illos periculum nostrum reyceremus. idque fecimus, antē quā legeretur illum Senatorem caluum indutum fuisse veste purpurea. Nā

Bœbi⁹ Marcellinus Aedilis calu⁹.

postquam id recitatum est, omnes in Bœbium Marcellinum oculos coniecimus. is enim tum Aedilis fuerat, ac maximē caluus erat Marcellinus surrexit illico, & in medium venit, Me verò, inquit, ille agnoscet, siquidem vidit. Quo factò à nobis collaudato, index introducitur, tacētque diu presente Marcellino, circumspiciēs, quem agnosceret: tandem obseruato nutu cuiusdā obscuro, Marcellinum respicit, ipsūmque esse ait. Hic igitur Marcellinus, quod homo caluus visus esset quasi pertransennam aspicere, educitur è Senatu, lamentaturq; maximē. Cūmque transiret per forum, noluit procedere longius, sed ibi filijs quatuor quos habebat salutatis, orationem habuit miserabilem: Hoc vnum, inquit, magno me dolore afficit filij charissimi, quod vos superstites relinquo: dein capite truncatus est antē quā esset renunciatum Seuero. eum condemnatū esse. Huic autor mortis fuit Pollenius Sebennius, cuius iniuria tam atrox nō potuit impunita discedere. Cūm enim deditus ad supplicium fuisset Noricis à Sabino quorum prefecturam non bene administrasset, magno dedecore affectus est.

Pollenius Sebennius.

Nos quidem ipsum abiectū ad pedes & supplicē iacere vidimus: perissetque miserē, nisi veniam per Aspacem patrum suum impetrasset. Hic mordacissimus omnium hominum ac dicacissimus fuit: solebatque omnes homines cōtemnere, gratificari amicis, vlcisci inimicos. Feruntur eius multa falsa & urbana dictēria in multos, atque ad eō in ipsum Seuerum. ex quibus est illud, quod cum Seuerus ascriptus esset Marci familia, ita ei dixisse fertur, Gratulor, inquit, tibi Caesar quod patrē inueneris: quasi antē patrem non habuisset propter ignobilitatem & obscuritatem generis. Sub id tempus Bulas homo Italus comparata manu sexcentorum latronū in Italia, biennio maximas pradas fecit, Imperatoribus, totque militibus presentibus: cumque illum persequeretur multi, Seuero ipsum studiose diligentēque inuestigante, visus non videbatur, non inueniebatur inuentus, deprehensus nō capiebatur; idque maximis donis perficiebat homo magna prudentia praditus. Intelligebat enim nō solum qui Roma exirent, & qui Brundisium nauigarent, sed etiam qui, qualēsve, & quot homines essent, & quantas facultates haberent. Ex quibus nonnullos dimittebat statim, accepta aliqua parte eorum quae habebant: artifices retinebat aliquanto tempore, ut eorū opera vteretur, eosque deinde datis muneribus dimittebat. Cūque duo ex pradonibus ipsius capti essent, eosque non multo tempore post ad bestias damnari oporteret, ipse ad custodem carceris venit, simulavitque se regionis praefectum esse, ac paucis eiusmodi hominibus egere: itaque suos recepit ac liberavit. Dein accessit ad Centurionem, cui mandatum erat à Seuero ut hos pradones tolleret: apud eum, tanquam alius sit ipse, se accusat, promittitque ei, si sequi velit, se latronem in ma-

Somma in
Seuerum.

Bulas famo-
sus latro.

Bulas prado-
nes captos;
ex carcere
liberat.

Seueri cētū
rio à Philice
captus a-
stutē, rāsus
ad Impera-
torē remitti
tur.

Philicis in
Papinianū
dicterū, &
mors.

Profectio Se-
ueri in Bri-
tanniam,
Siderum in
fluxus.

nus daturum: post eundem in vallem concavā & saxo-
sam ducit, tanquā ad Philicem capiendum (nā id Bu-
la cognomen erat) ibi hominem facile comprehendit, eō-
que factō conscendit in tribunal, accepta veste magistra-
tus: tum ad se Centurionem vocat, ei que radi caput in-
bet: Nūcia, inquit, dominis tuis, ut ipsi seruos suos alāt,
ne latrocinentur: habebat enim complures Casarianos,
partim exigua mercede cōductos, partim nullo certo sti-
pendio. Hæc dum sigillatim cognosceret Senerus, stoma-
chabatur, quòd cum aliorum opera hostes in Britannia
vinceret, ipse in Italia latrone inferior esset. Ob hæc cau-
sam mittit tribunum stipatorum cum magno equitū nu-
mero: ei que, nisi latronem ad se viuum adducat, graui-
ter minatur. Tribunus ubi intellexit latronem cū alie-
na uxore habere cōsuetudinem, mulieri per virum per-
suadet, ut se securi animo iuuare velit. Ita que latro hu-
ius mulieris ope in spelunca comprehenditur. Qui cū
postea interrogaretur à Papiniano præfecto pratorio,
cur latrocinū fecisset, ita respōdit: Et tu, inquit, cur præ-
fectus es? Tandem verò voce præconis ipse bestijs obie-
ctus, turbæque reliquorum prædonum dispersa est, quòd
tota vis sexcentorum in ipso reposita esset. Post hæc Se-
uerus in Britanniam cum exercitu proficiscitur, dum si-
lios intemperantes esse, & legiones nimio ocio affluentes
corrumpi videt, idque fecit, cū sciret se inde non esse
reuersurum: quòd maxime cognouerat ex stellis, sub qui-
bus natus erat. Id enim in laquearibus a diuina quæ erāt
in Palatio, in quibus ius reddebat, scriptum reliquit,
ita ut ab omnibus præter eam partem quæ ad heram,
ut aiunt, qua natus esset, spectabat, horoscopus Græcis di-
ctus, videretur. Eum enim virobique non eodem modo
in sculpsit. Iamque idem audiuerat ex vatibus. Nam
fulmen

fulmen in statuam ipsius, quæ ad eam portam collocata erat, quæ exercitum erat educturus, quæq; spectabat in viam, quæ illuc itur, cecidit, tresque literas de nomine eius deleuit. Itaque Seuerus, ut prædictum fuerat à vaticiniis, reuersus non est: sed tertio anno post discessit à vita, cum grandem pecuniam collegisset. Ceterum Britannorum duo sunt præsertim genera, Caledonij, & Meate. nam cæterorum nomina ad hos ferè referuntur. Incolunt Meata iuxta eum murum, qui insulam in duas partes diuidit: Caledonij post illos sunt. Possident utriusque montes asperrimos, & sine aqua: itemque campos desertos, plenosque paludibus, quodque mœnia non habent, nec vrbes: agros nullos colunt: de præda & venatione, fructibusque arborum viuunt. nam pisces, quorum ibi maxima est & innumerabilis copia, non gustant. Degunt in tentorijs nudi & sine calceis: vtuntur communibus vxoribus, liberisque omnes alunt. Apud hos populus magna ex parte principatum tenet: latrocinantur libentissime: militant de curribus: equos habent paruos & celeres: pedites currunt celerrime: dum stant, firmissimi sunt. Horum arma sunt scutum, & hasta breuis, in cuius inferiore parte pomum est ex ære, ut, dum concutitur, hostes sonitu perterrefaciant. Pugiones quoque habent: sed in primis famem, frigusque, ac labores omnes perferunt. nam merfi in paludibus capite tenus, per multos dies in eandem sustinent: in syluis autem, corticibus atque radicibus arborum aluntur. Certum cibi genus parant ad omnia, quem si ceperint, quanta est vniuersi fabæ magnitudo, minimè esurire aut sitire solent. Cum igitur Britannia insula talis sit, incolas huiusmodi habet. Est enim insula, quod constitit illis temporibus, ut supra dictum est. Ea patet in longitudinem ad millia pas-

Prodigia Seueri mortem præcedentia.

Duo genera Britannorum. Britannorum victus, ritus ac mores.

Britannorum armatura.

Simili cibo vtuntur Turcæ nostro tempore.

Britanniæ largitudo & latitudo.

Septem mil
lia centum
triginta duo
stadia.
Duo millia
trecenta de
cem stadia.
CCC. stadia
Caledonia.
Severi Im-
peratoris in
Britânia res
gestæ.

Britannorū
cum Seuero
fœdus.
Antonini li-
bido & pe-
culantia.

Castor.

suum DCCCXCI: in latitudinem, qua parte latissi-
ma est, CCLXXXIX: qua verò parte est angustissima,
XXXVII. Huius insula pars paulò minus, quàm di-
midia nostra est: quam Severus cum vellet omnem in
suam potestatem redigere, ingressus est in Caledoniam,
eâmq; dum pertransiret, habuit maxima negocia,
quòd sylvas caderet, & loca alta perfoderet, quòdque pa-
ludes obrueret aggere, & pontes in fluminibus faceret.
Nullum enim prælium gessit, neque copias hostium in-
structas vidit, à quibus proponebantur consultò oues bo-
uèsque, ut cum ea nostri raprent, ac longè de via de-
clinarent, facile opprimerentur. Ad hæc nostris aqua
valde oberant, dispersisque insidiæ parabantur: cumque
non possent iter facere, occidebantur à suis, ut ne ab ho-
stibus caperentur. Itaque mortui sunt è nostris ad quin-
quaginta millia. Neque tamen destitit Severus, quous-
que ad extremam insulam venit, ubi diuersum, quàm
apud nos sit, cursum Solis, itémque noctium ac dierum,
æstiuorum atque hybernorum magnitudinem diligen-
tissimè cognouit. Tandem per omnem terram hostilem
vectus (nam plurimùm propter imbecillitatem operta
lectica vehebatur) reuertit ad socios, Britannis ad fœ-
dus faciendum coactis, ea conditione, ut non parua re-
gionis parte cederent. Perturbabat eum Antoninus &
solicitabat maximè, non solùm quòd libidinosè & petu-
lanter viueret, sed etiam quòd perspicuum esset, ab eo,
cum primùm daretur potestas, fratrem interfectum iri,
quòdque iam ipsi Seuero insidias fecisset. Exiluerat e-
nim aliquando è tabernaculo, exclamans sibi à Casto-
re iniuriam affferri. Hic erat vir omnium Casariano-
rum qui cum Seuero erant, optimus, cui consilia Seueri
credita, & cura cubiculi mandata erat: prestòque fuere
subitò

subito pauci milites, qui antè ob eam causam instructi fuerant, à quibus vna conclamatum est: at ij, quòd repè tè visus esset Seuerus, capti sunt, atque in seditiosiores est animaduersum. Præterea cùm ambo proficiscerètur ad Caledonios, vt arma ab ijs caperent, & de fœderibus colloquerentur, Antoninus ipsum palàm sua manu occidere est conatus. Nam cùm forte equitarent vna (Seuerus enim, licet ei planta pedum, quæ sana non erant, secta essent, tamen equo vehebatur) equitarèique pariter reliquus exercitus, & hostium copia viderentur, Antoninus equo refrænato magno silentio percommode gladium distinxit, vt tergum patris percuteret: quòd vbi animaduertent ij qui simul equitabant, exclamauerunt protinus, eoque clamore perterritus Antoninus, se abstinuit. Seuerus etsi ad clamorem eorum conuersus gladium vidit, tamen nullum verbum fecit, sed perfectis pro tribunali rebus necessarijs, reuertit in pratorium: ibi filium, & Papinianum, & Castorem ad se vocat: dein gladium in medio colloari iubet. Hic illum increpat quòd tantum facinus esset ausus committere, quòdque socijs & hostibus videntibus nefarium scelus facere constituisset: tandem, Si me cupis, inquit, interficere, hic me interfice: nam vita iam functus sum, & senex, & iaceo. Quòd si id recusas, aut times tua manu facere, adest tibi Papinianus præfectus, cui iubere potes vt me interficiat: nam is tibi quicquid preceperis, propterea quòd sis Imperator, efficiet. Hæc cùm dixisset Seuerus, tamen nihil filio nocuit, quanquam sæpe accusabat Marcum, quòd Commodum non sustulisset, ac crebrò ipsi filio se id facturum minabatur. Sed ea Seuerus per iram dicebat: erant enim ei filij multò chariores, quàm ciues: quanquam in hac re alterum ex

Antonini
in patris
pietas.

Seuerus dpe
dibus labo
rat.

Seueri in
Antoninū
clementia.

filijs prodidit, dum ceriò sciret quid ei esset euenturum. Post hæc defectio Britannorum iterum facta est: quam obrem Seuerus conuocatis militibus, iussit vt regionem eorum inuaderent, atque omnes, quibus occurrissent, interficerent: idque præcepit his versibus.

Crudelitas
Seueri.

Iliados. 3.

- Μῆτις ὑπεκφυγοὶ αἰπιῶν ὄλεθρου,

Χῆρας δ' ὑμετέρας, μὴδ' ὄντινα γαστέρι μύτη;

Χῆρον ἐόντα φέροι, μὴδ' ὡς φύγη αἰπιῶν ὄλεθρου,

Nemo manus fugiat vestras, cademque cruentam,

Non foetus, grauida mater quem gestat in aluo,

Horrendam effugiat cadem.

Mors Seueri.

Quo factò, quòd Caledonijs cum Mæatis defecerant, comparabat se, vt bellum illic gereret. Sed dum in ijs rebus esset, morbo extinctus est pridie Nonas Februarij: traduntque hunc morbum nonnihil ab Antonino esse auctum. Antè quàm verò moreretur, fertur hæc liberis dixisse (referam enim ea quæ dicta sunt, sine vllò ornatu verborum) Facite, inquit, vt conueniat inter vos: locupletate milites, ceteros omnes contemnite. Post hæc corpus eius more militari effertur à militibus, imponiturque in rogam honestatum militum & filiorum ipsius decursione. Coniecere in eum dona militaria ij qui tum habebant: filij ignem accederunt: ossa in urnam factam ex porphyrio lapide coniecta Romam perlata, & in Antoniano reposita sunt. Fertur Seuerus hanc urnam paulo antè quàm decederet è vita, iussisse ad se perferri: dein contrectasse, atque ita dixisse, Tu, inquit, virum capies, quem totus orbis terrarum non cepit. Seuerus erat tardo corpore, sed tamen forti, quanquam podagra valde imbecillum fecerat: præterea acutissimo & excellentissimo ingenio, studiosus bonarum artium: quarum scientiam cum esset consecutus, consilio plus, quam

quàm verbis poterat: erga amicos gratus, inimicis grauis
 simus: diligens in rebus gerendis, negligens in requiren-
 do, quis sermo de ipso haberetur: auidus pecunia, quam
 omnibus modis colligebat, nisi quòd eius causa nemini
 mortem attulit. In sumptu parcissimus erat: noua ædifi-
 cia extruxit, vetera restituit: quippe Baccho & Her-
 culi templum maximum ædificauit. Et quanquam ma-
 gnos sumptus fecit, tamen multa millia aureorum reli-
 quit. Criminari solebat incontinentes, ob eamque cau-
 sam leges de mœchis tulit, ex quibus quàm plurimi in
 ius vocati sunt. Ego quidem, cum Consul essem, inueni
 scriptum in tabulis, tria millia mœchorum esse accusa-
 ta. Sed cum iam pauci mortales ea iudicia exequeren-
 tur, cœpit de ijs querere negligentius. Ex quo urbanè in
 primis Argetocoxi Caledoniæ uxor, Iulia Augustæ,
 quæ ipsam mordebat, in itis fœderibus, quòd ipsa impu-
 dēt cum maribus versarentur, dixisse fertur, Nos, in-
 quit, multo melius explemus ea quæ natura postulat ne-
 cessitas, quàm vos Romana. nam apertè cum optimis vi-
 ris habemus consuetudinem: vos autem occultè pessimi
 homines constuprant, id enim à muliere Britanna di-
 ctum est. Cateriùm Seuerus, cum pax esset, ita vitam in-
 stituerat, ut hæc omnia faceret. Prima luce ius redde-
 bat, post deambulabat, dicens audiensue ea quæ ad fm-
 perij utilitatem pertinerent: dein iudicabat separatim,
 nisi celeberrimus dies festus esset, agebatq; in eo optimè,
 quòd & litigantibus aquam, quantum satis erat, suppe-
 ditaret, & nobis unà iudicantibus magnam libertatem
 in dicendis sententijs largiretur. Iudicabat autem ad
 miridiem: post meridiem equitabat, quantum poterat:
 post hanc exercitationem corporis lauabatur: tum pran-
 debat solus, vel cū liberis satis opiparè & apparatus, post

Severi con-
 tra mœchos
 lex.
 Tria millia
 mœchorū
 in ius voca-
 ta.

Britannæ mu-
 lieris facete
 dictū in Ro-
 manas.
 Severi in pa-
 ce viuēdi ra-
 tio.

prandij tempus magna ex parte dormire consueuerat. Excitatus ex somno, persequabatur reliqua: in primis versabatur in studio Græci & Latini sermonis, cum interim deambularer. Sub vesperum iterum lauabatur, cœnabatque cum suis domesticis & familiaribus: nam ex alijs conuiuiam admittebat neminem, certisque diebus tantum, iisque maximè necessarijs sumptuosas cœnas faciebat. Vixit annos L X V. menses I X. dies X V. erat enim natus I I. Idus Aprilis. Regnavit annos decem & septem, menses octo, dies tres. In summa ad eum fuit in rebus gerendis acer & industrius, ut dixerit moriens, Agedum, si quid nos oportet facere.

ANTONINVS

Caracallus.



POST mortem Seueri Antoninus tantum Imperium obtinuit: nam etsi dicebat, id sibi esse cum fratre commune, tamen reuera solus statim imperare cepit, diremitque bellum cum hostibus, atque

regione cessit, & munita loca deseruit. Domesticos suos partim dimisit: in quorum numero fuit Papinianus præfectus prætorio: partim occidi iussit, in quibus fuit Eudus educator ipsius, & Castor, vxorque Plautilla cum Plauto fratre eius. In Vrbe sustulit hominem minimè quidem nobilem, sed tamen per celebrem in eo studio, cui se dediderat. nam egregium aurigam, quod esset factionis contraria, interfecit. Hic senex mortuus est, posteaquam coronatus esset in plurimis equorum certaminibus. obtinuerat enim coronas DCCLXXXII. quod antè contigerat nemini. Fratrem quoque vel patre viuo voluit interficere: sed neque propter patrem tunc, neque

Papinianus
præfectus præ-
torio.
Eudus Ca-
stor, Plautil-
la, Plaurus
occisi.

Antonini
in Getâ fra-
trè magna
impietas.

post

post in tinere propter exercitum potuit, apud quem ille
 charissimus erat, praesertim quod facie patris similis
 esset. Sed postquam Romam venit, ipsum quoque sustu-
 lit. Simulabant hi mutuam inter se benevolentiam,
 collaudabantque se invicem, cum tamen agerent con-
 traria. Nec erat obscurum, fore ut aliquod magnum
 malum ex ipsis existeret. Nam cum esset decretum à
 Senatu, ut pro concordia utriusque sacrificaretur dijs
 immortalibus, ac praesertim ipsi Concordiae: victima à
 sacerdotibus eius Dea ad sacrificium comparata, Con-
 sul profectus est ut sacra faceret. Sed nec is sacerdos,
 nec illi inuenire Consulem potuerunt: sed omnem serè no-
 ctem consumpserunt, dum se mutuo conquirerent, adèo
 ut sacrificium fieri non potuerit: postridieque eius diei
 duolupi ascendere in Capitolium, quos dum aliquot ho-
 mines insequerentur, alterum comprehenderunt in fo-
 ro, alterum postea extra pomerium occiderunt. Qua
 res ad Antoninum & Getam pertinuit. Statuerat
 Antoninus fratrem occidere Saturnalibus, tamen
 nequiuit, propterea quod id facinus manifestius fuisset,
 quam ut potuisset occultari. Ex eo tempore complures
 eorum pugnae factae sunt, quasi mutuo sibi insidiarentur,
 contrarijs praesidijs collocatis. Sed cum magnus nume-
 rus militum atque gladiatorum domi forisque, dies at-
 que noctes Getam custodiret, persuasit matri, ut se am-
 bos in thalamum vocaret, ut in eo reconciliarentur. Eò
 Geta, qui matri confidebat, ingreditur cum Antonino:
 postquam intus fuere, aliquot centuriones, qui fuerant
 in insidijs ab Antonino collocati, simul in Getam im-
 petum faciunt, cumque, qui visis percussoribus ad ma-
 trem, perfugerat, ac iam tum ex collo eius pendebat,
 adhaerebatque ipsius pectori atque vberibus, occidunt
 lamen

Concordiae
 deus sacrifi-
 cia instituitur.

Prodigia
 quae Getae
 morte praes-
 cesserunt.

Antonini
 cum Getae fra-
 tre dissidia.
 Geta in sinu
 matris occi-
 ditur.

curitatem nefarijs & damnatis hominibus, eisdem non
 ita multo post repleuit, interfectique subito ex Casaria-
 nis, militibusque qui cum Geta fuerant, ad hominū mu-
 lierūve viginti millia, ut quisque in Palatio fuit. Cæsi
 sunt ex illustribus multi, & maximè Papinianus, cuius
 interfectorem increpauit, quòd eum securi interfecisset,
 non gladio. Cilonem quoque qui ipsum educauerat, &
 à quo multa beneficia acceperat, quique præfectus urbi
 fuerat patris temporibus, quem etiam patrem sepe nu-
 mero appellauerat, vita priuare voluit: sed milites, quos
 miserat ut eum interficerent, direptis vasis argenteis,
 veste, pecunia, cæterisque rebus eius omnibus, illum cum
 sandalijs (nam captus erat in balneis) & amictum in-
 dusio ducunt via sacra, ut perducant in Palatium, eūq;
 ibi interficiant: tum vestem eius discindunt, & faciem
 percutiunt. Quod ubi plebs vidit, cohortesq; urbis, tu-
 multuantur. Horum pudore adductus Antoninus, me-
 tūque, eis procedit obuiam, ipsumq; Cilonem chlamyde
 cõteguit (nam tum ei vestis militaris erat) Nolite, inquit,
 patrem meum iniuria afficere, nolite educatorem per-
 cutere. Dein tribunus, cui mandatum erat ut illum oc-
 cideret, cæterique milites qui vnà missi fuerant, morte
 affecti sunt, propterea quòd, ut dicebat, Ciloni fecissent
 insidias: sed reuera propterea quòd illū non sustulissent.
 Neque verò mihi nunc est necesse percensere numeran-
 do omnes clarissimos viros, quibus ille nullam instar ob-
 causam mortem attulit. Quamquam enim Dion, quòd
 essent celeberrimi viri atque notissimi illis temporibus,
 omnes persequitur nominatim: tamen mihi satis erit di-
 cere, eos omnes, quos ipsi collibitum fuit, quoquo iure, quã-
 que iniuria morte affectos, urbemque Romam priua-
 tam bonis viris, comminutam & quodam modo mu-
 tilatam

Papinianus
 securi per-
 cussus.
 Cilo.

Antonini
 crudelitas.

Batonis gladiatoris certamina & sepultura.

Antoninus Alexandri Magni in rebus bellicis æmulus.

Alexander Orientalis Augustus.

Aristotelici odio habiti ab Antonino.

Caracalli in Macedones amor.

tilatam fuisse. Post hæc ex his cædibus animum ad ludes applicat, in quibus etiam multas cades fecit. Nam ut omittam elephantum, Rhinocerotem, Tigrim, Hippotigrim cæsas in Amphitheatro, quòd parui nomeni sint, gladiatorum sanguine potissimum delectabatur: ex quorum numero unum Batonem nomine coegit eodem die cum tribus certare continenter, cumque occisum à postremo affecit magnifica sepultura. Caterum erga Alexandrum ita erat affectus, ut armis poculisque similibus ijs quibus ille usus fuerat, uteretur: eique complures statuas in castris, atque ad eò in vrbe collocavit, comparavitque phalangem ex solis Macedonibus, in qua erant hominum sedecim millia, eamque phalangem Alexandri cognominavit. Hi utebantur eodem armorum genere, quo vivo Alexandro armati fuerant. Hæc erant galea facta ex crudo bonis corio, thorax ex lino triplex, scutum ex ære, lancea longa, hasta brevis, crepida, gladius. Quibus rebus minime contentus, sese Alexandrum Orientalem Augustum appellavit, scripsitque aliquando ad Senatulum, animum Alexandri in corpus Augusti introisse, ut quoniam illi fuerat vita brevis, in hoc viueret diutius. Philosophos, qui sunt Aristotelici nominati, tam magno est odio persecutus, ut voluerit libros Aristotelis comburere, atque Aristotelici sodalitates, & cætera commoda que habebant in Alexandria, sustulerit, criminatus eos, quòd Aristoteles causa mortis Alexandri visus esset. Cumque hæc faceret, ducebat secum complures elephantos, ut in hac re Alexandrum, vel potius Dionysium imitari videretur. Igitur tanto amore prosequabatur Alexandrum & Macedones, ut cum aliquando tribunum militum Macedonem collaudasset, quòd insilisset in equum celeriter, interrogassetque primo, cuius esset: cumque

intell

intellexisset Macedonem esse, rogauit nomen: post ubi
 audiuit Antigonum esse, quasiuit ex eo, quod nomen
 fuisset patri: utq; ipsum inuenit esse Philippo patre
 natum: Cuncta, inquit, quae cupiebam, habeo: cumque
 statim clarū reddidit apud reliquas legiones, nec ita mul-
 to post in Senatorium & pratorium ordinem coopta-
 uit. Alterum quoque, cui nihil rei erat cum Macedo-
 nia, quique magna scelera commiserat, ob eaque
 reus factus erat, postquam intellexit Alexandrum vo-
 cari, crebroque accusatorem ita dicere: Homicida A-
 lexander, dijs infestus Alexander: perinde iratus est,
 atque si ipse male audiret. Nisi, inquit, tibi satis erit
 de Alexandro dictum, perijsti. Hic Antoninus A-
 lexandri amantissimus, militibus comis atque huma-
 manus erat: reliquos omnes spoliare, de peculiari, & op-
 primere conabatur, atque in primis Senatores. nam pra-
 ter ceteras exactiones pecuniae, quae erant innumerabiles,
 cogebamur, cum ipse Roma proficisceretur, complures do-
 mos, & sumptuosa diuersoria in medijs itineribus, atq;
 ijs breuissimis edificare nostris sumptibus, in quibus non
 modo habitauit nunquam, sed magnam eorum partem
 neque visurus erat. Praeterea Amphitheatra & Cir-
 cos in omnibus locis, in quibus huiusmodi, aut se sperauit
 huiusmodi, gratis extruximus, eaque diruebantur il-
 licito: adeo id agebat, ut nos perderet. Ipse pecuniam ero-
 gabat in milites, ut supra diximus, & bestias, & equos,
 dum complures feras, mansuetasq; bestias, equosq; interfi-
 ceret, quorum partem capiebat a nobis coactis ea dare
 necessario, parte emebat ipse: centum enim apros aliqua
 do sua manu confecit. Agitabat currus ornatu Veneto,
 & ad omnia ardentissimus atq; incitatissimus erat. In-
 erat ei fraus & malitia matris, Syriorumq; ex quib; illa

Nomine A-
 lexandri An-
 tonin^o pluri-
 mum delecta-
 tus.

Exactiones
 in usum re-
 dificationū in-
 niquissimā
 ab Antoni-
 no imposi-
 ta.

Antoninus
 malicia ac
 fraude ma-
 tri similis.

orta

orta fuerat. Praescribat autem certaminibus unum ex libertis, ceterisve locupletibus, ut in ea magnos sumptus facerent, eosque colebat sub flagello, atque aureos ab ijs quasi homo abiectissimus petebat. Dicebat se in agitantibus curribus Solem imitari, eaque in re maximè gloriabatur. Igitur quandiu principatum tenuit Antoninus, ad eò omnis orbis terrarum, qui erat sub eius Imperio, vastatus ac direptus est, ut ludis Circensibus populus Romanus ita conclamauerit, Nos viuos perdimus, ut mortuos sepeliamus. Crebrò enim dicebat pecuniam sibi soli esse oportere, praeterea nemini, ut eam largiretur militibus. Cùmque Iulia ipsum argueret, quòd nimios sumptus faceret in milites, diceretque iam sibi nullos redditus in re aut iniuria partos reliquos esse, gladiù ostentans respondit, Bono animo es, mater: nam nobis, quandiu hunc habebimus, pecunia non deerit. Praeterea possessiones & pecuniã largiebatur a sētatoribus. Dedit enim Iunio Paulino decem millia aureorum, quòd ipsum quòquam minus ex animo (erat enim mordax) cauillatus esset, dixissetque eum, quoties iracundiam simularet, planè iratum videri. Antoninus nihil cogitabat boni, neque enim didicerat, id quòd ipse fatebatur, & ob eam causam nos, quos nouerat studiosos esse bonarum artium, negligebat. Seuerus quidem instituerat eum omnibus rebus quae ad virtutem pertinent, & corpus animùmque eius ita exercuerat, ut cùm iam esset Imperator, versaretur eum doctoribus, ac magnam diei partem philosopharetur, ungereturque, & equitaret ad millia passuum XCIIII. scq; turbida tempestate in natando excerceret. Quibus ex rebus quanquam valuit viribus corporis, tamen ipsum doctrina cepit obliuio non aliter, quàm si nomē eius nunquã audiuisset.

Nec

Antonini
crudelitas,
ac in mili-
tes assenta-
torēsq; libe-
ralitas.

Antoninus
ingenue à
parente fuit
educatus.

Nec tamē erat hebetē ingenio, sed acri & acuto ad intelligendum, promptāque ad dicendum & parata celeritate: qua cōiuncta pari licentia dum loqueretur quod in buccā venisset, nec puderet ipsum aperire omnia, se penumero voti compos erat. Cumque tali ingenio pradius fuerit, nunc quemadmodū se in bello gesserit, dicendum est. Cum ad se tanquam ad amicū Augarus rex Osroenorum venisset, ei fidem fregit, comprehensūque cōiecit in vincula, & Osroenem rege destitutam cepit: iēnque regem Armeniorum, qui cū filiis dissentiebat, ad se vocavit amicē per literas, ut eos in concordiam reduceret, iisque eodem modo, quo Augaro, usus est: quāquam Armenij arma capere, quā ad ipsum deficere maluerunt. Quod cū esset factum, ei nemo fidebat amplius, ut re ipsa cognosceret, quā graue damnum esset Imperatori fraudem amicis facere. Neque verò piguit eum scribere ad Senatum de regibus Parthorum, quod cū fratres essent, & dissiderēt inter se, Respublica Parthorum ex eorum dissensione magnum detrimentum caperet: quasi verò ob eam causam posset res Barbarorum interire, & Respublica Romana salua esset, ac non penitus euersa, non solum quod cum magno malo ciuiū, maxima premia pro cade fratris dederat militibus, sed etiam quod plerique rei siebant per calumniam, non modo ij qui ad Getam aliquid scripserant, aut ei Casari designato, factōve Imperatori fuerant in pratorianis cohortibus, sed etiam reliqui omnes, quibus nihil vnquā rei cum illo fuerat. Nam si quis vel solum nomē Getæ scripsisset, aut pronūciasset, statim morte mulētabatur, ad eō ut ne poetæ quidem in Comædijs eo nomine deinceps vterentur: fuerēque proscripta bona eorum omnium, in quorum testamentis id nomen inuentum est scriptum.

Ingenium
Antonini.

Augarus, &
Armeniorū
rex contra
amicitiæ ac
hospitalita-
tis leges ab
Antonino
capti.

Getæ nomē
inuisum An-
tonino etiā
in Comæ-
dijs & testa-
mentis.

In necessitatibus verò & urgentibus bellis minimè magnus & excellens erat, quanquam ita diligenter obibat munera seruilia pariter cum ceteris militibus, ut cum ijs pedibus iter faceret, vnà curreret, non vteretur balneo, non vestem mutaret, sed eundem cibum cum illis caperet, atque ex hostibus eos qui prestarent viribus corporis, ad singulare certamen inuitaret: cùm interim boni Imperatoris officium, in quo ipsum esse potissimum oportebat, minimè fungeretur, quasi victoria in illis laboribus posita esset, non in hac disciplina rei militaris. Bellū gessit cum Cennis gente Celtica, quos ferunt tanta ira incitatos in Romanos irruisse, ut tela, quibus illi ab Osroenis vulnerati erant, dentibus euellerent ex eorū corporibus, ut ne manus in illis cadendis defatigarent: permiseruntque ei redempto libertatis nomine magna pecunia, ut saluus se in Germaniam reciperet. Horum uxores captæ à Romanis, interrogatæ ab Antonino, virū vendi, an occidi mallerent, mori se malle responderunt: cūmq; essent postea venditæ, omnes mortem sibi consciuerunt: nonnulla vnà filios interfecerunt. Antonino cū cetera omnia, tum nummus adulterinus erat: nam pro argento, aurōve quod nobis daret, plumbum argentatum, & æs inauratum parabat. Fuit egra valetudine, quod morbis partim euidētib; partim occultis correptus esset: sed mente in primis insana. nam acerbis quibusdam visis agitari à patre se penumero fratrumque gladios gestantibus videbatur. Quibus rebus ut medicinam faceret, multorum animas ex inferis euocauit, præsertim patris & Commodi. ex quibus nemo ei respondit, præter Commodum, qui ita ait, ἄγε δίκης ἀγορ, Perge ad supplicium. Deinde alterum, ac ad extremum:

Victoria in rei militaris disciplina potissimū posita.

Mulierū virilis animus.

Moneta Antonini adulterina.

Anime multorum ab inferis per Antoninum reuocatur.

κουφλοισι τὸ ποισιρ ἔχωρ δυσαλθέα ῥῆσορ.

Hunc occulta grauis vexat circum loca morbus.

Vestales occidit quatuor, è quib. vnā, quantū in ipso fuit, vitiauit. nam eum ad extremū vis in rebus Veneris defecerat. quae ex re dicebatur flagitia obscœna alterius generis facere. Huic virgini Clodia Leta nomen fuit, eaque viua sepulta est: cum tamē exclamaret scire ipsum Antoninū, se virginē esse. Antoninus rārō ius reddebat, aut nunquā: sed prater studia ceterarū rerū curiosus erat. nā ad eum minima quæq; ex omnibus locis perferebantur, vetabātque ob eā causam, ne milites auscultatores & inspectores, ab alio, quā ab ipso punirentur. Qua ex re omnia peruersa erant, quòd y etiā in nos tyrannidem exercerent. Id verò turpissimum fuit atque indignissimum Senatu populòque Romano, quòd Eunuchus, natione Hispanus, nomine Sempronius Rufus, moribus veneficus & prestigiator, quique huius rei causa fuerat à Senero in insulam deportatus, imperium in nos habuit: quamuis esset huius rei pœnas daturus, vt ceteri, qui iudicum officia fungerētur. Antoninus mandabat nobis, velle se statim post ortum solis ius reddere, tractare ve ea quæ pertinerent ad publicā vtilitatem: cum tamē nos ad meridiē vsque protraheret, sepe etiā ad vesperum: visumque est ei tandē aliquādo, vt plerunq; ne nos salutaret amplius. Ipse interea curiose aliquid agere, vt suprā dictū est, currus agitare, bestias cadere, obire munus gladiatorium, potare, ebrius esse: ad hæc presentibus nobis ac videntibus, cum alia ciborū genera, tum vinum in pateras & calices infusum ad milites qui intus erant, ad custodiā ipsius trāsmittere. Ita nonnunquā his confectis rebus ius reddebat. Hac fecit cum hybernaret in Nicomedia, exercuitque phalangē Macedonicam,

Clodia virgo Vestalis, ab Antonino non viro viciata.

Sempronius Rufus.

Senatus Romanus irreuerenter ab Antonino tractatus.

Machinz
bellicæ.

Iuliz Augu
stæ nomen
Antonini li
teris plerun
que subscri
ptum.

Antoninus
Magicis ar
tib. plurimū
delectatus.

Apollonius
Tyaneus.

Parthici
belli occa
sio & initiū.

cōparauitque duas ingentes machinas ad Armenicū
& Parthicū bellū, ut ea dissoluta, in naues imponeret,
atque in Syriam ueheret. Multas cædes, aliaque mul
ta faciebat contra ius fāsque: denique grandem pecu
niam infumebat. Qua in re, ceterisque omnibus mini
mè obtēperabat matri iusta & utilia monenti, licet ei cu
rā libellorū atque epistolarum vtriusque generis, pre
ter admodū necessarias, cōmisisset, eiusque nomen pari
ter cum suo & exercitus nomine poneret cum maximis
laudibus in epistolis, quas mittebat ad Senatū, dū om
nes valere scriberet: nec opus est referre ab hac omnes
primarios viros salutari non secus quā ab illo cōsueuis
se. Sed ea nihilo minus philosophabatur. hic negabat se
egere ullis rebus necessarijs: gloriabaturque maximè,
quod tenuissimo victu esse contentus posset: quāuis nihil
esset in terra marique ac cælo, quod non ei priuatim pu
blicèque prestaremus. Magis & præstigiatoribus ita de
lectabatur, ut Apollonium Cappadocem, qui floruerat
Domitiani temporibus, laude & honore affecerit. Hic
præstigiator fuerat solers & Magus, ei que monumen
tum faciendū curauit. Post hæc bellum intulit Parthis,
cuius belli causa fuit, quod Vologasus Teridatē & An
tiochum quendam, quos ille poscebat ad supplicium, non
dederet. Erat Antiochus Cilix natione, qui primò phi
losofiam Cynicorum simulauerat, eaque ex re magnā
opem in bello tulerat militibus: quos, cum maximo frigo
re obriguissent, propterea confirmauit, quod se ipse in ni
uem abiecerit, in eaque volutatus sit. Sed cum ei Sene
rus, atque ipse Antoninus pecuniam dedissent, affecif
sētque honore: his rebus elatus, cum Teridate se coniu
xit, cum eoque ad Parthum defecit. Antoninus ante
quam excederet ex Nicomedia, ludos gladiatorios fe
cit

cit suo natali die. nam ne illo quidē die abstinnit à cedi-
 bus: ferturque in his, cum vnus ex gladiatoribus victus
 supplicaret ei, vt se conseruaret, ita respondisse: *Abi,*
inquit, ad aduersariū. & ab eo salutem pete: mihi enim
non licet tibi ignoscere. Sic homo miser, cui fortasse ad-
uersarius vitā dedisset, nisi eo modo responsum esset ab
Antonino, interijt. Non enim est ausus aduersarius eū
dimittere, ne humanior esse Imperatore videretur. Cū-
que talia faceret, fruereturque delicijs Antiochia, ad eū
vt mentū nudasset pilis, tamen querebatur se maximos
labores perferre, & in grauissimis periculis versari: in-
crepabatque Senatū, quem dicebat ociosum esse: nihilq̄
intelligere subito, nec viritim sententias dicere. Quin-
etiam ad extremū scripsit in hanc sententiam: Ego, in-
quit, certo scio, vos rebus à me gestis minimè contentos fo-
re: propterea in armis sum, habeoque apud me milites,
vt possim rumores qui de me perferuntur, contemnere.
 Postquā à Partho metu perterrito Teridatem & An-
 tiochum recepit. statim à bello destitit. Porrò Theocritū
 mist cum exercitu in Armenios. à quibus victus ma-
 gnam cladem accepit. Erat Theocritus natus ex seruo,
 & in Orchestra versatus, sed tanta apud Antoninū au-
 toritatis, vt planè ambobus praefectis superior esset. A-
 qualem potentiā adeptus erat Epagathus homo itidem
 Casarianus, & pari scelere pradius. Theocritus autem
 sursum deorsum ferebatur commeatus & suppelletilis
 coparanda, & mercatura faciendae causa, quam obrem
 etiā complures interfecit. Fuit in eorū numero Flavius
 Titianus, qui cum esset procurator Alexādiae, deliquis-
 setq̄ in Theocritum, ac Theocritus ob eam causam pro-
 siluisset è sede, distinxissetque gladium. Id, inquit, vt scil-
 tator fecisti. Hanc ob causam iratus Theocritus, eum

Natalicius
Antonini
dies.

Antonini
in gladiato-
rem inhu-
manitas.

Parthici bel-
li finis.

Theocritus.

Epagathus.

Flavius Ti-
tianus.

Antoninus
penè perdi-
dit Alexan-
drinos.

let isidori
en II

Scrapidis
apud Alex-
andrinos
templum.

interfici iussit. Antoninus licet se maximo amore prosequi Alexandrū ostenderet, tamen ciues eius penè omnes funditus sustulit: cum enim ab ijs se argui & illud intelligeret multis de causis, sed præsertim propter eadē fratris, dissimulata ira profectus est Alexandriā, fingens se magno eorum desiderio teneri. Post ubi in suburbium venit, primos eius ciuitatis, qui ipsi cum sacris atque abditis rebus processerunt obuiam, excepit perhūmanner, eosque admissos in conuiuium interfecit. Post armauit omnem exercitū, inuasitq; urbē: mox imperauit omnibus Alexandrinis, ut domi manerent: ipse vias occupauit & reclusit: & ut ne sigillatim calamitates persequar, in quas tum misera urbs incidit, tantam in ea cadē fecit, ut non sit ausus numerū interfectorum proferre, sed scripserit ad Senatum, nō referre qui & quot essent occisi, propterea quod omnes idem meriti fuissent. Pecunia partim direpta est, partim interijt. Periere cum Alexandrinis peregrini multi, cum iisque magna multitudo eorum qui cum Antonino venerant, eo quod ignoraretur. Nam cum permagna esset ciuitas, in eaque cades fierent dies noctesque, nemo poterat, licet maximè cuperet, alterum discernere, sed moriebatur quisque, ut sors ferebat, atque eorum corpora statim conijciebantur in profundas fossas, ut ceteris incognita esset magnitudo calamitatis. Id ubi factū est in ciues, peregrini omnes ex urbe expulsi, præter mercatores, eorumque facultates direptæ sunt, fanis etiam quibusdam expilatis. Horum magnā partem Antoninus præsens vidensque gerebat, imperabātque multa de templo Serapidis, in quo erat dies noctesque homo tot cadibus pollutus. Sed quid hæc à me dicta sunt, quando gladium, quo fratrem interfecerat, Deo consecrare est ausus? His consecratis rebus spectacula & sodali

dalitates Alexandrinorum sustulit. Ipsam Alexandriā
 diuidi in duas partes, & presidijs muniri iussit, ne secu-
 rē in reliquum tempus ciues ad se mutuo accederent.
 Hec igitur in misera Alexandria fecit fera Aufo-
 nia. nam ita extremo oraculo, quod de ea re petatum fue-
 rat, erat appellatus: proditumque est memoria, eum hoc
 nomine fera delectatum esse, seque de eo iactauisse: quā-
 nis huius oraculi causa multos, a quibus id fuerat rela-
 tum, occiderit. Post hac exercitum duxit in Parthos,
 quod ei Artabanus filiam quā desponderat, nollet uxore
 dare, quod sciret Antoninum verbo quidem postulare
 nuptias, re autem Parthorum regnum auferre cupere.
 Tum regionem quā Mediam attingit, in quā de im-
 prouiso irruerat, magna ex parte vastauit: multa mœ-
 nia diruit: Arbela subegit, ac sepulchra regum Partho-
 rum abiectis ossibus subuerit. Verum quia Parthi cum
 eo non uenerunt ad manus, nihil de rebus gestis scribi à
 me precipue potest, nisi quod duo milites, qui utrem ple-
 num uini rapuerant, ac uterque totam predam sibi uē-
 dicabat: cū ad Imperatorem uenissent, iussiq; essent
 ab eo uinum partiri, strictis gladijs utrem secuerunt, ita
 ut si eo pacto quisque partem uini esset accepturus. scili-
 cet adeo reuerentur Imperatorem suum, ut ei in hu-
 iusmodi rebus molestiam exhiberent, tantāque prudē-
 tia prediti erant, ut utrem & uinū perderent. Barba-
 ri persugerunt in montes, & trans Tigrim, ut se ad bellū
 compararent: idque celabat Antoninus, & quasi omni-
 no superior fuisset, eos quos ne uiderat quidem, se uicisse
 gloriabatur: tum uero, quod leo, qui improuiso de monte
 descenderat, pro eo pugnasset, nam id in literis scri-
 psit. Nec uero solum, quod spectabat ad cetera, ui-
 uebat in exercitu contra mores institutāque maiorum,

Fera Aufo-
nia.

Antonini
bellum in
Parthos.

Uter uini
plenus disse-
tus.

Vestitus An-
tonini.

Caracalli
nomen unde
extiterit.

Vaticiniū
de Diadu-
meno &
Macrino
imperatu-
ris.
Fl. Mater-
nianus.
Vlpus Iu-
lianus Cen-
sor.

Serapionis
de morte
Antonini
vaticiniū.

sed etiam proprium genus indumenti in modum pen-
la excogitavit. Id barbarum discissumque & consutum
erat ex multis partibus, eoque indutus erat semper, ex
quo Caracallus cognominatus est, iussitque militibus, ut
se eodem genere vestis induerent. Itaque Barbari post-
quā videre hunc, eiusque milites dissolutos voluptatibus,
quod præter cetera hyemarent in adibus, in iisque om-
nes facultates hospitum nō aliter quā suas consumerēt,
vehementer excitati sunt, tanquam essent illos socios pro
hostibus habituri. Contrā se parabat Antoninus, cui ta-
men non licuit prælium committere, propterea quod in
medijs militibus, quos habebat in maximo honore, &
quibus potissimū confidebat occisus est. Cū enim qui-
dam vates dixisset in Africa, idque iam divulgatum
esset, oportere Macrinum præfectum prætorio, eiusque
filium Diadumenum regnare, missusque Romam ob
eā causam, id ipsum Flavius Materniano, qui præerat
urbanis militibus, aperuisset, isque statim ad Antoni-
num scripsisset. forte accidit, ut hæc literæ Antiochiam
perferrentur ad Iuliam, cui mandatū erat, cuncta qua
mitterentur, discernere, ne ad Antoninum occupatum
in terra hostili frustra multitudo literarum mitteretur.
Itēque alteræ literæ ab Vlpio Iuliano, qui tum Censor
erat, rectā per alios tabellarios ad Macrinum perferū-
tur, in quibus scripta erant omnia quæ gererentur. Ita-
que Macrinus, dū mora facta esset in mittendis ad Im-
peratorem literis, cognovissetque aliquanto tempore an-
te, quæ essent ad illū perscriptæ, pertimuit, ne ob eam tē-
morte afficeretur. Ad hanc causam accedebat, quod Se-
rapio quidam Ægyptius paucis antè diebus palam di-
xerat Antonino, ipsum brevi tempore victurum, eique
Macrinum successurum: ob eamque causam leoni pri-
mò

mò obiectus: pòst, cùm ei manum porrigenti leo pepercisset, ut aiunt, occisus fuerat, cùm posset, sicuti dicebat, si vnum præterea diem vixisset, inuocatis nonnullis demonibus hoc malum effugere. His de causis perterritus Macrinus, ratusque de se actum esse, non cunctatur amplius, præsertim quòd Antoninus plerosque amicos & familiares eius varijs de causis tanquam honore affecturus remouerat. Itaque adhibet duos milites, qui tribuni erant in prætorianis cohortibus, & Antonino priuatim irati erant, ei que per ipsos insidias parat. Hæc res hoc modo gesta est. v 1. Idus Aprilis, cùm Edessa iter faceret in Cariam, descendissetq; ex equo ventris purgandi causa, vnus ex ijs tribunis, qui missi fuerant, ad eum accedit, simulata colloquendi causa: dein eum paruo pugione percutit: fugitque subito, ita ut potuerit euadere, si pugionem abiiecisset: sed agnitus ab vno ex Scythijs, quos secum habebat Antoninus, iaculo transfixus est. Hunc tribuni, tanquam ei auxilio venissent, interfecerunt. Itaque Antoninus hunc exitum habuit, vixitque annos **XXIX.** regnavit annos sex, menses duos, dies. Incidit hoc loco multa, quæ magnâ admiratione habent. nam cùm postremam profectionem pararet ex Antiochia, pater ei cum gladio astitit in somnis, & *Vt tu, inquit, fratrem tuum interfecisti, ita ego te interficiam.* Itaque vates palam ei prædixere, ut illum diem caueret, his verbis, *Fores iecoris victimæ clausæ sunt.* Ad hæc cùm per aliquam portam exiret, nullam habuit rationem leonis, quem *Acinacem* nominabat, quemque in suam mensam recipiebat & lectum, cùm is ipsum retinisset exeuntem, eiusque vestem fregisset: alebat enim Antoninus complures leones, secumque nonnullos habebat semper: huc verò publicè sæpe deosculabatur. *Quæ cùm ita sint,*

Antonin^o à tribuno pugione confossus interit.

Somniū Antonini. Prodigia varia quæ Antonini mortē portenderunt.

Leo socius Antonini.

factum est paulo ante quam necaretur, ut Alexandria
 magnum incendium, sicut ego accepi, omnē interiorem
 partem templi Serapidis inuasērit, eoque solus gladius,
 quo fratrem interfecerat, cōflagrauerit, ceteris omnibus
 ab iniuria ignis cōseruatis. Præterea Roma factis ludis
 Circensibus, simulachrum Martis, quod erat habitu
 triūphali, decidit. Quod etsi fortasse minus admiratio-
 nis habet, tamē id multo est maximū, quod Præfiri mili-
 tes victi, ut viderūt in summo obelisco graculum maxi-
 mē garrientem, eum omnes spectare, ac repente vno ore,
 quasi præmeditati essent, ita conclamare cœperunt,
 Martialis, AVE MARTIALIS, opportune te vi-
 dimus. Id enim factum est, non graculi causa, cui Mar-
 tialis nomen aliquando fuit: sed quod in eo, tanquam
 diuino quodam afflatu Martialem percussorem An-
 tonini salutarent. Ipse quoque Antoninus mortem sibi
 denunciare nonnullis visus est in literis, quas postremas
 scripsit ad Senatum, Desinite, inquit, optare, ut cen-
 tum annos imperem. Hæc enim acclamatio ei iam in-
 de à principio fieri semper consueuerat, eamque ille
 tum primū repudiauit, incusauitque eos, quod optaret
 ea quæ fieri nullo pacto possent. sed reuera se paruo tem-
 pore regnaturū ostendit. Quod cum esset à nonnullis di-
 uulgatum, mihi venit in mentē, eum nobis, cum essemus
 in Nicomedia, epulū dedisse Saturnalibus, dixisseque
 multa, ut par erat, in conuiuio: post ubi surrexissimus,
 vocasse me, ac dixisse: Rectissime verō, inquit, Dion, at-
 que verissime Euripides dixit,

Graculi au-
 gurium tri-
 stissimū An-
 tonino.

Martialis
 auc.

Antoninus
 sibi ipsi
 mortem
 denunciauit
 magica ar-
 ce excellēs.

Versus Euri-
 pidis In fi-
 ne Medæ.

Πολλὰ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
 Πολλὰ δ' ἀέλπτως κρῖναισι θεοί,
 Καὶ τὰ δουκένυ τ' ἐκ ἐτελέσθι,
 Τῶν δ' ἀδοκίτων πόρον ἄγε θεός.

Multas

Multas esse rerum fatalium formas, deosque multa prater spem conficere, minimèq; facta esse ab his ea quæ sperata fuerant, & tamen Deum desperatis & inopinitis rebus exitum inuenire. Quæ res cum ita acciderit, mihi eo quidem tempore nugari visus est his versibus. Sed cùm non multo post occisus esset, atque hunc sermonem mecum habuisset postremum, illum vaticinatum esse quodammodo, ac futura prædixisse existimaui, non aliter quàm Ionem qui Belus cognominatur, coliturq; Apamea ciuitate Syriæ. nam is Seuero, cùm adhuc vitam priuatam ageret, hos versus dixerat,

Ουμᾶτα καὶ κεφαλῶν ἰκελῶ Διὶ τὸρπικὸρᾶνυφ,
 Ἀρεὶ δὲ ζώνῳ, τέρνον δὲ Ποσειδάωνι
 Os oculósque deo similis, qui fulmina torquet,
 Et Marti latus, & Neptuno pectora.

Eidémque Imperatori factore respondit,
 Σοὶ δ' ἔκ' ὡς βίσειαι δι' αἰμᾶνῶ.
 Et tibi tota domus madefiet sanguine.

Mortuo Antonino, cognitum est eum magnum numerum veneni cuiusuis generis ex ijs qui superiorè Asiam incolunt, asportari iussisse, emissève precio ducenties vicies sestertium, ut quàm plurimos, quos collibitum fuisset, varijs modis venenis tolleret, eaque omnia reperta igni exusta sunt. Quæ ex re odium hominum, in illum multo maius esse, ipse malè apud omnes audire cœpit. Nec enim eum Antoninum vocabant amplius, sed Caracallum, ut suprâ dixi, & Taramem: id erat nomen gladiatoris deformissimi, perexiguique ac nefarij hominis. Itaque is, quocunque nomine eum appellare placuerit, talis fuit. Mihi verò, antequàm ille Imperiũ adipisceretur, præscriptum est

Jupiter Belus.

Libro secundo Iliadis.

Venena ab Antonino empta.

Tarans.

Dionis de
Antonino
historia, se-
ueri iussu
descripta.

est quodāmodo à patre eius, ut hæc conscriberem. Nam eo iam mortuo visus sum videre omnē exercitum populi Romani armatū in magna planicie, atq; ipsum Senerū sedentem in excelsō tribunali concionari apud milites, meque stare ante conspectum eius, ut audirem que diceret. Quē cū ille vidisset, Huc ades, inquit, Dion, ut omnia que dicuntur, fiuntve, diligēter intelligere & prescribere possis. Igitur hæc Tarantis vita, & interitus fuit.

MACRINVS.

Macrini na-
tales.



Macrin⁹ ex
prefecto præ-
torio factus
Imperator.

MACRINVS natione Maurus ex ciuitate Sicilia Casarea, obscuris natus est parentibus: habuit enim præter cetera alteram aurem perforatam, ut est Maurorum consuetudo: sed probitate & equitate sua obscurabat ignobilitatem generis: nec enim æquum bonūq; tam diligenter didicerat, quam tractabat fideliter. Nam creatus præfectus prætorio ab Antonino, ea que ad hunc magistratum pertinet, optimè atque iustissimè administravit. Quo occiso, multa promisit militibus, sed in primis sperare se liberaturum eos bello, quo maximè defatigabantur. Itaque quarto die post Imperium accepit. Factus Imperator nonnulla constituit contraria studijs Antonini, eaque præclarè ac feliciter: vetuitque, ne sibi fieret statua argentea ultra libras quinque, aut aurea ultra tres. In deligendis autem & creandis magistratibus notatus fuit, quod indignis hominibus magistratus daret, quod est maximum intendendo principatu, summaq; in omnibus rebus prudentiæ. Tum cœpit viuere delicatius, licentiùsque uti data potestate, ratus se hoc modo contegere ignobilitatem generis

Macrin⁹ in
magistrati-
bus deligen-
dis parum
prudens.

neris, atque ob hanc causam eos quos moleste ferre suspi-
cabatur aut ignobilitatem eius, aut inopinatam adeptio-
nem Imperij, tractabat iniquius, eosque de medio tolle-
bat: licet oportuisset eum contra facere, conscientium sibi, quo
loco natus esset, & qualis fuisset antea, neque efferre se in-
solenter, sed potius beneficio & specimine virtutis omnes
sibi pariter deuincire. Tamen homines praecipue leti-
cia ex cede tyranni, nihil potuere de humilitate Ma-
crini cogitare per oculum, sed ei promptis animis principa-
tum detulerunt, non tam animaduertentes cui se in ser-
uitutem traderent, quam quo tyranno liberati essent, ra-
ti videlicet vel quemcunque hominem illo potio-
rem fore. Per id tempus L. Priscillianus, cuius erat percele-
bre nomen ob iniurias quas multas fecerat, & cedes bel-
luarum, qui apud Caracallum in magno fuerat ho-
nore, a Macrino in insulam deportatus est. Hic ali-
quando cum urso, pardali, leona, & leone, simul pugna-
uerat solus, aliasque quam plurimas bestias occiderat:
sed multo plures equitum & Senatorum per caluniam
interemerat. Ceterum Julia Tarantis mater, quae tum
erat Antiochia, cognita filij cede, ita affecta est, ut se gra-
uiter percuteret, ac mortem sibi consciscere conaretur.
Eum enim quem viuuum oderat, lugebat mortuum, non
quod cuperet illum viuere, sed quod ipsam priuatam vi-
tam degere oporteret, ob eamque causam vexabat Ma-
crinum omnibus contumelijs. Sed postquam ille non mo-
do nihil de regio famulatu eius, aut de stipulatoribus quos
secum habebat, custodiae causa immutauit: verum etiam
multa ad eam percommode scripsit, coepit bona spe inie-
cta desiderium mortis deponere. Post ubi Macrinus in-
tellexit, quae conuicia sibi ab ea facta essent (quanquam
illa nihil ad ipsum scripserat contumeliose) sensitque eam
nonnihil

Licetia Ma-
crini.

L. Priscillia
nus.

Julia audita
filij morte,
desperabun-
da sibi ipsi
manu infer-
re conatur.

Juliae in Ma-
crinum odium
atque simul-
tas.

Iulia inedia
consumpta
moritur.

Artabani
cōtra Macri-
nū bellū at-
que victo-
riz.

Macrin⁹ pa-
cē ab Artabano ingen-
tī pecunia
coemit.

Romanorū
contra Macri-
nū bellū
ciuile.

Cometa.

nonnihil cum suis militibus moliri, ac regnum affecta-
re, ut Semiramis & Nitocris fecerant, quarum in pa-
tria ipsa ferè nata erat, mandauit, ut quàm celerrimè
Antiochia, quò vellet, proficisceretur. Tum Iulia abie-
cto vite desiderio, inedia consumpta moritur. Accele-
rauit ei mortem cancer, quem cum iam multo tempore
habuisset in mamma quiescentem, percusso pectore irri-
tauit, ac is ei ad mortem fecit. Cum autē vidisset Ma-
crinus Artabanum cum magnis copijs, infestoque ani-
mo sibi bellum inferre, conatus est, missis ad eum capti-
uis quos habebat, molliq; oratione placare eius animum,
& à proposito abducere. Sed cum ille nihilo minus in-
cumberet in bellum, vellétq; ut Macrinus vrbes euer-
sas ab Antonino restitueret, decederétq; ex Mesopo-
tamia, & damnum quod illatum erat monumentis re-
gum, resarciret, nullum tempus ad deliberandum sum-
psit, sed ei, quòd iam ad Nisibim venerat, occurrit,
ibique victus est, pralio à militibus, dum contraria ca-
stra facerent, propter aquam facto. Cùmque iterum
congressus esset, non successit ei ex sententia, sed legatos
ad illum de pace mittere, eamque magna pecunia re-
dimere coactus est, quam in Artabanum atque poten-
tissimos viros, qui cum illo erant, erogauit. Fuit is sum-
ptus ad bis milies sestertiūm. Hoc confecto bello, alte-
rum coortum est Romanis, non cum barbaris nationi-
bus, sed ciuile. Nam milites tumultuarii cōperūt, quòd
Macrinus minus erga ipsos comis atque humanus es-
set, quòdque non daret eis innumerabilia, quæ Antoni-
nus præter aliorum consuetudinem dederat. Eo tēpore
stella per multas noctes visa est ab occidente ad orientem
solem, nōsque ita grauiter conturbauit, ut illud Homeri
in ore semper haberemus.

Ἀμφὶ δὲ σάλπιγγεν μέγας ἔσανδ' αἶε δὲ ζεῦς,
Cornibus intonuit cœlū, & clamore Tonantis.

Res ita acta est. Cùm *Mæsa Iulia Augusta* soror
duas filias haberet, *Soemidem* & *Mameam*, ex ijsq;
nepotes duos masculos (harū altera *Varo Marcello* nu-
pserat, altera *Genesio Martiano Syris* hominibus, quos
iam mortuos esse contigerat) *Eutychianus Casarianus* li-
bertus, homo ludicrus, nec ignarus eius odij, quod mili-
tes in *Macrinum* conceperant, persuasusque à *Sole*,
quem vocant *Heliogabalum*, coluntque maximè, atque
alijs vaticinijs adductus esset, statuit *Macrinum* occi-
dere, & *Lupum Mæsa* nepotem, puerum adhuc pro eo
Imperatorem facere: idque perfecit. Finxit enim hunc
esse *Tarantio spurium* filium, ornatūque veste, qua ille
usus fuerat puer, noctu matre auiāque inscientibus ad
exercitum duxit: & xvi. *Calendas Iunii* prima luce
militibus quæretibus, studiosè occasione rebellandi, per-
suasit ut res novas molirentur. Quo factō milites statim
hunc nomināt *Antoninū*, & Imperatorē designāt. *Ma-*
crinus scribit ad *Senatum* de *Pseudantonino*, quē pue-
rulum vocat, & stolidum esse ait. Tum queritur de mili-
tibus, quōd adducti infinita cupiditate pecunie ab se
defecerint. Ad extremum scribit hoc unum se habere
solatiū calamitatis, quōd fratricida, qui conatus erat or-
bē terrarū perdere, ipse fuisset superstes. Adscripsit etiā
sibi exploratum esse, cupere multo plures Imperatorem
occurri, quā viuere, neque tamen de se ipso loqui, cuius
interitū cupisset vel optasset nemo. Quod cū audiret
Fulvius Diogenianus, exclamauit, Imò verò cūcti opta-
uimus. Hic erat homo consularis, non magna prudentia
præditus, ob eāque causam nec ceteris placebat, nec
sibi. Igitur *Macrinus* has literas misit, in ijsq;, se patrē
crebrō

Mæsa Iulia
soror.

Lupus Mæ-
sæ nepos ex
Soemide.

Auitus qui
Pseudauto-
ntinus erat
in Impera-
torem desi-
gnatur.

Fulvii Dio-
geniani vi-
ri consula-
ris dictum.

Diadumen⁹
à Macrino
cōtra Pseu-
dātoninum
Imperator
declaratur.
Pseudātoni
ni cū Macri
no cōfliā⁹.

Colūbæ ma-
lū auguriū.

Mæfæ atque
Soæmidis
mulierū vi-
tilefacinus.

Macrini fu-
ga.

crebrò, ac Diadumenum filium suum vocabat, desi-
gnabátque eum Imperatorem multo iuniorem Pseudā-
tonino, cuius atatem criminabatur. Quibus ex rebus
ignobilitatem hominis atque dementiam cuncti per-
cepimus. Contra hunc Pseudantoninus tanta celerita-
te proficiscitur, ut difficile Macrinus in vico Antio-
chenorum (is distabat à ciuitate ad millia passuum
x x i i.) cum eo conflixerit. Erat Macrinus & prom-
ptitudine, & alacritate prætorianorum militum supe-
rior. nam eis thoraces squammatos, & scuta, quæ instar
canalis facta erant, abstulerat, quò faceret ad pugnam
expeditiores: sed propter timiditatem suam victus est, ut
fuerat ei diuinitus denunciatum: quòd cùm eius prima
litera de Imperio à nobis lecta essent, columba ad sta-
tuam ipsius, quæ posita erat in Curia, conuolauerat.
Neque potuit Macrinus Mæsam & Soæmidem
fæminas, quæ cum Antonino erant, imitari: quæ dum
sunt unà cum puero, vidētque suos pugnare molliter,
de curribus exiliunt, irruuntque in fugiētes, ac eos, dum
de fuga ipsorum queruntur, retinent. Itēque puer di-
stricto gladio, quo erat accinctus, equo diuino quodam
impetu concitato in eos tanquam in hostes irruere vi-
sus est. Qua re animaduersa constiterunt: fugissētque
iterum, nisi Macrinus, postquam vidit illos resistere,
fuga se mandasset. Itaque victus missus ad Artabanum
filio, Antiochiam venit, victorem se esse simulans, ut
in urbem reciperetur. Sed clade eius per nuncios cogni-
ta, factis que multis cadibus in itinere, atque in ipsa vr-
be, ut propensa erat cuiusque erga alterum eorum bene-
uolentia, inde noctu equo admissis, arasque penitus capi-
te ac mento, pullaque veste indutus inter purpureas, ut
priuatus esse videretur, Agas urbē Ciliciæ peruenit
cum

cum paucis, ibique vehicula cōscendit, ita vt si miles es-
 set ex ijs qui nuncios ferunt: vectusque per Cappadociā,
 Galatiam, & Bithyniam vsque ad Eribolum, qua sta-
 tio est in conspectu Nicomediæ, Nicomediam ingredi
 non est ausus: sed Chalcedonem nauigauit, mādauitq;
 vni ex procuratoribus, vt ad se pecuniā mitteret. Qua
 ex re cognitus est, & Chalcedone remansit. Eò venere
 milites missi à Pseudantonino, à quibus comprehensus
 perductus est in Cappadociam: vbi postquam intellexit
 filium suū captum esse, deiecit se ex vehiculo (nec enim
 vinctus erat) fregitque humerum, nec ita multo post oc-
 cisus est. Itaque Macrinus grandis natu (degebat an-
 num quartum & quinquagesimum) vsuque & expe-
 rientia rerum prestans cum aliqua significatione virtu-
 tis, tantique Imperator exercitus, à puerulo, cuius ne no-
 men quidem cognouerat antea, oppressus est. Id ei oracu-
 lo predictum fuerat his versibus,

Eribolum.

Macrini
capti mors.Oraculum
Macrino,
de vitæ exi-
tu datum.
Iliad. VIII.

Ωγέρων, ἢ μάλα δῖος εἰς νεοὶ τεύροισι μαχητῆς,
 Σὴ δ' ἴβιν λείλυθ' χαλεπὸν ἴσε γῆρας ἰεὶν.
 O senior bello iuuenem quem dextra fatigat,
 Iam tibi deficiunt vires, repitque senectus.

Ex quo intelligi potest, eos qui fortissimi esse videntur,
 & firmas vires habere, ornati amplissimis fortuna mu-
 neribus, pariter cum cæteris suspensos & incertos esse.

Ita Macrinus celerrimè cum summa calami-
 tate principatum amisit. regnavit enim
 annum vnum, menses duos, tribus
 diebus (si vsque ad pugna
 tempus numeres)
 exceptis.

C

AVITVS, QVI ET PSEV-

dantoninus & Sardanapalus
dicitur.

VITVS, siue Pseudantoninus, siue As-
syrus, vel Sardanapalus, vel Tiberinus
(nam id quoque cognomen habuit, post-
quam corpus eius occisum in Tiberim
proiectum est) ubi confirmato principatu

Romam venit, praclarum facinus, & bono principe
dignum fecit, quod cum ab omnibus priuatim publicè-
que ex literis Macrini verbis ac factis iniuriam acce-
pisset, de nullo supplicium sumpsit. in ceteris autem re-
bus homo turpissimus, & nequissimus, ac contaminatissimus est visus, quamuis tres annos tantum modo, men-
sesque nouem, & dies quatuor principatum tenuerit.

Auit⁹ acce-
pit iniuriam
patientissimus.

Eutyichian⁹
praefectus
praetorio.

Quod tempus ego numero, ex quo, praelio facto, omnem
potentiam adeptus est. Eutyichianus, qui καμυδων δι-
ctus est (idque nomen ei ex histriorum & scurrili ioco
fuit) praesse cepit praetorianis cohortibus, cum ante in
nulla procuratione aut praefectura, praeterquam castrorum
cognitus fuisset. deinde non semel tantum, sed iterum
ac tertium Consul factus est, quod ante acciderat nemi-
ni. Ex quo fit, ut id quoque in rebus iniquissimis iure ad-
numeretur. Ceteri clari viri, quibus ea res non place-
bat, reperta aliqua causa occidebantur, aut etiam nulla
causa allata. Patrus quidem Valerianus morte affectus
est, quod imagines aureas ad concubinarum ornamenta
finxerat. Silius autem Messala, & Pomponius Bassus
rei facti sunt, quod rebus quas ille saceret, minime oble-
tarentur; nec piguit eum de iis ad Senatum scribere,
cum ab iis mores suos examinari diceret, eosque repre-
hensio

Eutyichiani
tres consula-
tus.

Valeriani
Patris mors.

Silius Mes-
sala.

Pomponi⁹
Bassus.

hensores esse omnium, quæ in Palatio gererentur: quamquam erat alterum crimen in Basso, quod pulcherri-
 mam uxorem atque nobilissimam habebat. Ea erat Clau-
 dij Seueri, & Marci Antonini neptis, quam ipse post-
 ea uxorem duxit, nec ei, ut mariti mortem lugeret, per-
 misit. Verum de nuptijs eius, id est, quas ipse habuit uxo-
 res, & quibus viris nupsit, paulo post dicemus: nam viri
 & uxoris fungebatur officio, eaque patiebatur, quæ facie-
 bat: utrunque sanè libidinosè & nefariè. Sed quid ego
 nunc cõmemorem eos quos nulla ratione interfecit, cum
 morte multauerit homines sibi amicissimos, propterea
 quod ipsum hortabantur, ut modeste & temperanter
 viueret. Inter eius scelera est illud de Heliogabalo: non
 solum, quod deum peregrinũ introduxit in Urbem, aut
 quod eum nouis & magnis honoribus affecit, sed quod
 Ioui eundem anteposuit. seque sacerdotem eius fieri de-
 creto Senatus iussit, quod circumcidit sese, & à porcinis
 carnibus abstineret. Itaque indutus veste barbara, qua-
 li Syri sacerdotes vtuntur, sæpe publicè visus est, ex quo
 potissimum Assyrii cognomen cepit. Corneliam Pau-
 lam duxit in matrimonium, quò fieret pater, sicuti di-
 cebat, celerius, qui ne vir quidem esse poterat: in qui-
 bus nuptijs nonnulla largitus est non solum Senatorio
 & equestri ordini, sed etiam Senatorũ uxoribus. Plebs
 sex aureis epulata est viritum: milites hoc amplius qua-
 tuor. Præterea facti sunt ludi gladiatorij, in quibus ip-
 se indutus erat veste purpurea, ut in spectaculis suppli-
 cationum fecerat. Ibi multa bestia cæsa sunt, sed præ-
 sertim elephas & tigres ad quinquaginta unam, quod
 nunquam antè simul factum erat. Post hæc repudia-
 ta Paula, quod maculam haberet in corpore, sicuti di-
 cebat. Aquiliam Seueram duxit aperte contra ius

Basi vxor.

Pseudanto-
nini crude-
licas.Heliogaba-
lus.Cornelia
Paula, Pscu-
dantonino
nupta.Aquila Se-
uera Vesta-
lis Auito
nupta.

fāsque: eam enim habuit cū probro atque dedecore, cū
 esset virgo Vestalis: idque se fecisse ausus est dicere, ut ex
 ipso Pontifice & ea sacerdote Vestali liberi diuini nasce
 rentur. Ita quibus ex rebus oportebat illum casum ver
 beribus in foro conijci in carcerem, ac morte mulctari,
 de ijs maximè gloriabatur: neque tamen hanc diu reti
 nuit, sed aliam post, deinde aliam atque aliam duxit:
 dein iterum ad Seueram redijt. Tum Romæ prodigia
 exiterunt multa, atque in primis illud simulachri Isi
 dis, cuius altare cane sustinetur: nam faciem intrò con
 uertit. Interea Sardanapalus certamina præbebat, &
 crebra spectacula, in quibus Aurelius Aelix athleta
 gloriosus fuit, qui tantum cæteris antecelluit, ut ausus sit
 in Olympiæ lucta simul certare, & pancratio, victorq;
 vtriusque in Capitolinis fuerit. cui cum inuiderēt Elæi,
 ne foret (quod dici solet) octauus ab Hercule, neminem
 ad luctam aduocauerunt, quamuis in albo id genus cer
 tamini adscripsissent: Romæ verò vtrūque vicit, quod
 antè fecerat nemo. Vt autem prætermittam barbaras
 cantilenas, quas Sardanapalus canebat Heliogabalo
 vnà cum matre & auia, & nefaria sacrificia, quæ ei fa
 ciebat mactatis pueris, adhibitisque magicis artibus: &
 leonem, simiam ac serpentem, quos viuos in templū eius
 conclusit, & testes hominis, quos eodem coniecit, aliàque
 quæ faciebat contra ius fāsque, cū interim sexcentis
 monilibus vteretur: Uxorem (quod perridiculum est)
 ei in matrimonium dedit, tanquam deo nuptijs atque
 liberis opus esset. Cūque uxorem nec inopem esse, nec
 ignobilem oporteret, Vraniam Carthagenensium dele
 git, eamque inde exportatam collocauit in Palatio, do
 nàque nuptialia, ut suis vxoribus exegit ex omnibus
 gentibus, quæ erant sub Imperio Romano: quæ cū fuif
 sent

Prodigia.

Aurelius
Aelix athle
ta.Sardanapa
li impietas.Venus vran
ia Cartha
ginensium.

sent eo viuo data, postea exacta sunt. Dotem verò se negavit accepturum, præter duos leones aureos, qui conflatis fuerunt. Hic Sardanapalus, qui deos iure matrimonij coniunxit, libidinosè viuebat & intemperatè. Coibat enim cum plurimis mulieribus, non quòd ijs egeret ipse, sed vt tali concubitu amatores suos, eorūque facta imitaretur. Multa nefaria, quæ nemo referat libenter, aut audiat, suo corpore passus est, fecitque. Quæ verò sunt in promptu, quæq; celari nō possunt, hæc sunt. Noctū introibat in popinas, vsusque comis appositæ, cauponarum fungebatur officio: frequentabat lupanaria celeberrima, in iisq; eiectis meretricib; scortabatur: ad extremum habuit cubiculum in Palatio, in quolibet dinem expleret, stabatque nudus semper ante fores eius, vt scorta solent, concutiebatque sindonium connexū annulis aureis, vt molli & fracta voce prætereuntes alliceret: erantque de industria nonnulli, quibus imperatum erat vt id facerent, ita vt in hac re, quemadmodum in cæteris, haberet multos exploratores, per quos inuestigabat curiosè eos qui sibi satisfacere maximè in his spurcissimis rebus possent: ex quibus exigebat pecuniam, ac de eo quaestu gloriabatur, iactabatque se apud socios eiusdè turpitudinis, quòd se habere plures amatores diceret, & vberiore quaestum facere. Cùmque se eodem modo gereret erga omnes qui ipso abutebantur: virum habuit immensa magnitudinis, quem voluit ob eam rem Cæsa rem designare. Currus agitabat Præsino vestitu, idque domi intra priuatos parietes facere videbatur. Ibi erant præfecti certaminis omnes qui primi apud ipsum erant sed præsertim præfecti Prætorio, auia, mater, & uxores. Hunc viri ordinis Senatorij, atque aded Leo præfectus vrbis spectabant currus agitatem, petentiæque aureos,

Heliogabalus deos iure matrimonij sibi coniungit.

Sardanapali nefanda libido.

Leo præfectus vrbis.

Imperator
nupsit.
Sardanapa-
lus ex viro
mulier fa-
ctus, mulie-
ribus exer-
cetur artib⁹
Hierocles
maritus Im-
peratoris.

ut plebeium hominem, ac prefectos certaminum, mili-
tisque ipsos colentem. Neque verò his contentus erat,
sed saltabat non modò in Orchestra, verum etiam quo-
dammodo, dum incederet, faceretque sacrificia, atq; in-
terim dum salutaretur, & cõcionem haberet. Postremò,
ut iam ad id vnde digressus sum, reuertar, nupsit: appel-
labaturque domina & regina: versabatur in lanificio:
nonnunquam ferebat reticulum. oblinebatque oculos. se-
mel enim mentum rasit, ob eamque causam dies festos
egit: post curabat, ut prorsus sine pilis esset, ita mulieri si-
milimus erat, iacensque sæpenumero salutabat Senato-
res. Erat vir eius Hierocles Caricum mancipium & au-
riga: qua ex re ei præter opinionem placuit. Nam cum
ludis Circensibus decidisset ex curru ante sellam Sar-
danapali, atque in eo casu galeam abieccisset, visusque ab
illo esset (huic nulla barba, flaua coma erat) statim rap-
tus est in Palatium, nocturnisque facinoribus, præser-
tim cum eum duxisset, ita auctus est, ut breui tempore
plus posse, quàm illum existimaretur: quòd mater eius
ancilla adhuc Romam cum militibus adducta, & in
numerum vxorum hominum consularium relata sit.
Nam multi affecti sunt ab illo magnis honoribus, fuerè-
que maxime autoritatis: partim quòd seditionem fecis-
sent, partim quòd ipsum constuprarent. Volebat enim
videri constupratus, ut in hac re imitaretur mulieres pe-
tulantiissimas: volensque sæpenumero in manifesto fa-
cinore deprehendebatur: quàmobrem à viro iactaba-
tur conuicijs petulanter, ab eoque plagas accipiebat,
ita ut liuor oculis subesset. Neque tamen diligebat il-
lum impetu quodam animi, sed amore stabili & firmo,
ita ut non modò grauitè non ferret ob has causas, sed
contrà amaret ardentius, statueretque verè eum Cæ-
sarem

sarem designare, atque auia, qua huic rei fuerat impi-
 dimento, minaretur, licet militibus ob eundem hominem
 maxime infectus esset, & que res causa necis eius esset fu-
 tura. Erat Aurelius Zoticus homo Smyrnaeus, quem
 Cocu ex arte patris cognominabat. Is cum à Pseudan-
 tonino vehementer amatus fuisset, eidem aliquanto tē-
 pore post in odium venit, ob eamque rem saluus conser-
 uatus est: nam cum esset pulchro toto corpore, ut viribus
 ad luctandum valeret, longēque præstaret omnibus mē-
 tula magnitudine. Idque esset Imperatori significatum
 ab ijs qui ista perquirebant, statim raptus ex certamini-
 bus, Romam maxima pompa perductus est, quanta non
 venit Augarus Seueri, aut Teridates Neronis tempo-
 ribus, designatusque cubicularius antè quàm videre-
 tur, lucernis quàm plurimis relucentib. ingressus est in
 Palatium. Hunc ille ut conspexit, accurrit rubore per-
 fusus, cumque ab eo ita salutatus esset, ut par erat, Do-
 mine Imperator salue, collo mirabiliter effœminato, in-
 nuensque oculis respondit, nulla interiecta mora: Ne-
 me, inquit, Dominum voces: nam ego domina sum. mox
 unà cum eo lotus, passusque obscœna, quòd ille nudus opi-
 nioni maxime respondiisset, in eius pectore recubuit,
 atque in sinu velut amica cœnam cepit. At Hiere-
 cles veritus, ne Zoticus illum plus quàm ipse fecerat, re-
 digeret in suam potestatem, ac ne sibi propter eum, ut
 fit inter riuales, grauius aliquid accideret, vene-
 no per pincernas dato, quos habebat amicos, vires eius
 eneruauit. Ita ille cum tota nocte non possent arrige-
 re, priuatus est ijs rebus omnibus, quas antè consecu-
 tus fuerat, eiectusque è Palatio & Roma, post ex cæ-
 tera Italia expulsus est, id quod eum conseruauit. At
 Sardanapalum pœnas sui sceleris quas meritis fue-

Aurelius
Zoticus.

Hi riuales
& Zoticus
riuales.

Sardanapa
li mors.

Bassianus
cōsobrinus
Pseudanco-
nini.

rat, persolvere non multo post oportebat. Nam quod ista
faceret atque pateretur, venit in odium populi ac mili-
tum quos maxime colebat, ab iisque tandem in castris
occisus est, re in hunc modum gesta. Bassianum consobri-
num suum introduxit in Senatum: cumque utrinque
Mæsam & Soamidem stitisset, puerum adoptavit, se-
que, cum esset eo multo minor natu, statim efferre ut tan-
ti pueri patrem cœpit, dixitque se nihil alijs liberis ege-
re, ut domus sua molestia vacaret: idque non solum præ-
ceptum sibi esse ab Heliogabalo, sed etiam ut eum Ale-
xandrum nominaret. Id ego adducor, ut credam factum
esse diuina quadam providentia, non propter ea quæ di-
xit ipse, sed quod ei prædictum fuisset. Alexandrum qui
esset Emesa profectus, ipsi esse successurum. Itémque ex
eo quod accidit in Mysia superiore, & Thracia. nam
paulo ante deus aliquis, cum se Alexandrum Macedo-
nem esse diceret, haberetque formam eius, atq; omnem
ipsius ferret apparatus, profectus ex ijs locis quæ ad Istrum
sunt (vbi quemadmodum extiterit, mihi quidem non con-
stat) Asiam atque Thraciam pertransiji bacchantium
more, cum quadringentis hominibus, qui thyrsis ornati
erant, neruisque faciebantque iniuriam nemini. Huic,
ut asserunt omnes, qui tum fuerunt in Thracia, diuer-
soria, ceteraq; res necessaria publicè suppeditata sunt,
nec ei contradicere quisquam est ausus, aut resiste-
re, non prætor, non miles, non procurator, non præ-
sides prouinciarum, sed interdum tanquam in pom-
pa, ut edixerat, Byzantium venit: post inde profectus,
appulit ad regionem Chalcedonensem, ubi de
nocte creato quodam sacerdote, obrutoque equo ligneo,
euauit. Hæc ego, cum essem in Asia, accepi, antè quàm
intelligerem ea quæ Roma de Bassiano facta sunt.

Igitur

igitur Sardanapalus, quoad dilexit consobrinum, saluus fuit: sed postquam suspicatus est, cognouitque omnium benevolentiam in illum propensam esse, ausus est mutata sententia, omnia ad perniciem eius moliri. Sed ut conatus est aliquando eum interficere, non modo nihil egit, sed ipse quoque in periculum mortis venit, propterea quod Alexander diligenter custodiebatur à matre, & auia, ac militibus: & praetoriani, cum intelligerent conatum Sardanapali, vehementer tumultuati sunt: neque prius destiterunt, quam Sardanapalus eos vix tãdẽ placauit. Cum enim castra occupauisset cum Alexandro, supplicaretque multum, ac coactus dedere ad supplicium eos qui secum turpiter viuebant, quosque ipsi postulauerant, pro Hierocle misericordiam cum precibus & lachrymis captaret, iugulũ dedit: Vos, inquit, hũc mihi gratificamini, quamcunq; de eo opinionem habeatis, vel me occidite. ita tum vix in columis cõseruatus est. Nam & auia eum propterea quae faciebat, oderat, quod neq; esset Antonini filius, quodque esset in Alexandrum, ut verè profectũ ex Antonino, propensior. Sed postquã iterum insidias fecit Alexandro, milites ob eam causam tumultuati sunt: cumq; vnã cum eo introisset in castra, cognouissentq; milites necem sibi machinari, quod eos matres horũ, quae apertius quam antè dissidebant inter se, concitarent, fugã se mādare quodammodo conatus est: effugissetque coniectus in capsam, nisi deprehensus occisus fuisset, cum esset decem & octo annos natus. Cum eo mater eius, quae ipsum mordicus tenebat, interficitur. Vtriusque capita abscissa denudatãque corpora primò per totam Urbem trahuntur: dein mulieris corpus aliò, istius verò cadauer in flumen abiectum est. Cum his alij, atque in primis praefecti Praetorio occisi sunt: itẽmque Aurelius Eubulus Emesenus

Sardanapalus quoad dilexit consobrinum, fuit felicissimus.

Auri mors.

Aurelius Eubulus Emesenus.

qui cum præfesset rationum libris, bona multorum publicauerat, à plebe, atque à militibus laceratus & distraetus est. Itemq; Fuluius præfectus Urbis, cui Comazon, ut etiam ei qui ante ipsum fuerat, successit. nam ut persona quaedam inferebatur in theatra, quo in loco actores Comædiarū non erant, ita hic in loco deſtituto à præfectis Urbis collocabatur. Ipse quoq; Heliogabalus Roma expulsus est. Hæc igitur sunt, quæ ad Tiberinū pertinet: nec quisquam eorum qui cum eo seditionem fecerant, quique potuerant apud eum plurimum, vno duntaxat excepto, saluus euasit.

Heliogabalus deus ex urbe expulsus.

ALEXANDER.

Domitius Ulpianus præfectus Prætorio.



OST illum statim imperauit Alexander, qui Domitio Ulpiano præfecturam Prætorianorum dedit, ei que permisit cetera quæ pertinent ad administrationem Imperij. Ceterum ea quæ su

prædicta sunt, ego quidem accurate, diligentèrque conscripsi, ut potui: quæ uerò restant, mihi non licuit persequi pari diligentia, quòd Roma non sum diu commoratus, quòdque in morbum incidi, cum ex Asia in Bithyniā venissem: ex qua profectus sum ad præfecturā Egypti: post ubi reueri in Italiā, statim penè in Dalmatia, atque inde in Pannoniam superiorem missus sum, ut eis præfesset. Quod cum fecissem, atque in urbem Romam, & deinde in Campaniam reuerissem, statim domum redij. Quibus ex rebus factum est, ut ea quæ sequuntur, non potuerim pariter cum his quæ præcesserunt, intelligere: dicam tamen in summa ea quæ vsque ad secundum consulatum meum gesta sunt. Igitur Ulpianus multa, qua

Dion in morbu incidens Imperatorum historiam absolueret nequit.

quæ non rectè à Sadanapalo facta erant, emēdauit. Flavianum verò & Chrestum interfecit, ut eis succederet, ipse q̄, non multo post à Pratorianis, qui de nocte eū inuaserunt, interfectus est: quanquam accurrerat in Palatium atque ad ipsum Imperatorem, matremque eius confugerat. Sed cum adhuc uiueret Ulpianus, tanta contentio ex parua causa populo cum pratorianis fuit, ut tres dies pugnaverint inter se, magnusq; numerus hominum utrinque interierit. Post ubi milites, quòd victi erant, cœperunt adificia incendere, populus metuens ne tota Vrbs conflagraret, inuitus cum eis reconciliatus est. His confectis rebus, Epagatus, qui Ulpiano magna ex parte causa necis fuerat, missus est in Ægyptum ut præfectus eius prouinciæ, ne fortè si de eo Romæ supplicium sumptum esset, tumultus aliquis concitaretur: atque inde reductus in Cretam, condemnatus est. Per id tempus multe rebelliones factæ sunt à multis: quarum aliquot cum fuissent formidolose, repressæ ac restinctæ sunt. Quæ verò acciderunt in Mesopotamia, multo certè horribiliora non solum Romanis sed etiam ceteris omnibus timorem longè maximum fecerunt. Artaxerxes enim Persa cum Parthos tribus prælijs superasset, atque Artabanum regem eorum interfecisset, irruit in Armeniã: ex qua pulsus ab incolis, Medisq; nonnullis, & filijs Artabani, in fugam se coniecit, ut quidam putant: nam alij reuertisse aiunt, ut maiores copias compararet. Hic igitur nobis formidolosus fuit, quòd maximis copijs non modo Mesopotamiam inuaderet, sed etiam Syriam, minareturque se recuperaturum omnia quæ Persæ olim tenuissent, vsque ad mare Græcum, quæq; ad se propter maiores suos pertinerent. Neque verò nobis timor iniectus est propterea quòd ipse videretur esse
inexpu

Ulpianus à
Prætoria-
nis interfi-
ctus.

Populi erga
prætoria-
nos seditio.
Epagatus
Ægypti
præfectus.

Artaxerxis
Persarū re-
gis contra
Parthos &
Armenios
res gestæ.

inexpugnabilis, sed quod nostri ita affecti essent milites, ut pars ad eum transiret, pars nobis nollet opē ferre: quorum tanta est mollicies, licet etiam impunitas, ut hi qui sunt in Mesopotamia, interficere sint ausi Flauium Heraclionem, qui ipsis praeerat: & pratoriani post Ulpianum me quoque criminati sint, quod cum in Pannonia militibus praefuerim continenter, metuerent, ne postularer, ut ipsos cogeret aliquis institutus Pannoniorum viuere. At Alexander horum rationē habuit nullam, sed contra me magis honestauit, secumque vnā designauit secundum Consulē: & sumptus quos ea dignitas postulat, se facturum recepit. Quamobrem cum moleste ferrent pratoriani, timui, ne me, ut vidissent cū insignibus Imperij, interficerēt. Itaque mihi iussit Alexander, ut alicubi extra Urbem commorarer in Italia, tempore huius Consulatus mei. Quod cum fecissem, Romam ueni: dein profectus sum ad ipsum in Campaniam, versatusque cū eo per aliquot dies, visusque à militibus, cum magna securitate domum redij, dimissus, quod laborare ex pedibus, ut reliquum uitae tēpus in patria degerem, ut mihi apertissime Deus, cum iam essem in Bithynia, significauit: quod mihi visus est praecipere in somnis, ut hos versus ad finem huius historiae adderem,

Ἐκτορα δ' ἐν Πεδέων ἕταρτι Λαῖος ἐκ τε κνήμης,
 Ἐκ τ' αὐδ' ἰσχυροῦς ἕτας, ἐκ δ' αἰματόος, ἐκ τε κνυδοῦς.

Juppiter è multis crudelibus Hectora telis,
 Puluerèque, & cade exemit, bellique tumultu.

Dion militum in Pannonia praefectus.

Dionis secundus Consulatus.

Dio demonio admonitus in somnis, versiculos in finem historiae suae adiecit.



SERIES IMPERATORVM,
quorum vitas Xiphilinus è Dio-
ne excerpfit.

Pompeio Magno deiecto, Monarchiam
obtinuit in Imperio
Romano

C. Julius Caesar.

Hunc secuti sunt ordine Cæsares:

Augustus.

Antoninus Pius.

Tiberius.

M. Antoninus Philoso-
phus.

C. Caligula.

Commodus.

Claudius.

Pertinax.

Nero.

Didius Iulianus.

Galba.

Seuerus.

Otho.

Antoninus Caracallus.

Vitellius.

Macrinus.

Vespasianus.

Auitus, qui & Pseudan-
toninus, & Heliogabalus,

Titus.

& Sardanapalus.


Domitianus.

Alexander.

Nerua.

Traianus.

Adrianus


INDEX ALPHABETICVS,
 ostendens quo folio singulorum in
Xiphilino Imperatorum
vitæ reperian-
tur.

<i>Adrianus</i>	282	<i>Iulius Cæsar</i>	27
<i>Alexander</i>	410	<i>Macrinus</i>	396
<i>Antoninus Caracalus</i>	378	<i>M. Antoninus</i>	268
<i>Antoninus philosophus</i>	298	<i>Nero</i>	176
<i>Antoninus Pius</i>	296	<i>Nerva</i>	265
<i>Augustus</i>	39	<i>Otho</i>	224
<i>Aureus</i>	402	<i>Pertinax</i>	328
<i>C. Caligula</i>	148	<i>Pseudantoninus</i>	402
<i>Caracallus</i>	378	<i>Seuerus</i>	340
<i>Claudius</i>	163	<i>Sardanapalus</i>	402
<i>Commodus</i>	313	<i>Tiberius</i>	119
<i>Domitianus</i>	254	<i>Titus</i>	248
<i>Didius Iulianus</i>	335	<i>Traianus</i>	268
<i>Galba</i>	221	<i>Vespasianus</i>	239
<i>Heliogabalus</i>	403	<i>Vitellius</i>	228
<i>Iulianus</i>	335		

FINIS.

415

208

1

C

L

tr
cl
m
p
c
L
of
p
p
p
st
d
d
m



GVLIELMI XYLAN-

DRI^t AVGVSTANI IN IOAN-
 nis Xiphilini Epitomen è Dio-
 nis historia, Annota-

*authoris
 damnati.*

tiones. *permisse.*

LECTORI CANDIDO S.



Quod emendavi multis in locis translationem huius Epitome, nemo debet existimare, factum à me eo consilio, quod in aliorum lucubrationes curiosius inquirere, aut alienæ laudi detrabere stauerim. non enim is sum, qui reprehendendis alijs me oblectare aut velim, aut debeam: neque tantum mihi à meis rebus est oci, ut supervacaneis id laboribus impendendum habeam. Sed cum librum hunc cum Græco exemplari contulissim, quod erat mei (ut qui mihi Dionem, quantum possem, illustrandum sumpsissim) officij, offendissimque compluribus in locis aliter à Xiphilino & ipso Dionæ, quam ab interprete scriptum: putavi me cum hoc eius venia id posse efficere, ut Xiphilini genuina verba lectores haberent. Itaque ut castigavi versionem eius, ita hic nonnulla loca, equidem de plurimis perpauca, annotare opus habui, quibus evidens fieret, nec curiose, nec malignè, sed optima fide me hoc negocium tractasse. Quod omne ita accipien-

D

dum est, ut non voluisse me de existimatione interpretis diminutionem facere: sed potius ea, in quibus opera ipsius potuisset requiri, candidè adycere, intelligatur.

Folio, 11 Quasi fulmine consternatus. ὠσπερ ἐμπερόντης in Græco scribe, non ἐμπερότης, Vox est ἀπὸ τῆς βροφῆς, à tonitru deducta, ideo aduerbium similitudinis ὠσπερ additum.

12 Principatum in repub. affect. πῶς πολιτείας ἀγὰν ἡξίει. ἀξιοῦν postulare sibi aliquid crebrò significat. ἀγὰν πῶς πολιτείας est, primas in republica gerere partes. Qui erant ad alas. ἐφονεύετο μὴ τὰ περιέχεσθαι, mendose, pro περιέχοντα: nisi καὶ τὰ ἔχοντα malis. Sed prior lectio est Dionis, ideoque verior.

14 Sed Hyrcanum nihili facit, Aristobulum in vinculis habet, postquam. Hic locus vnus est ex ijs, qui maximè emendationem desiderabant: quia contrarium Xiphilini verbis sensum continebat. Interpres ita habuit: Sed vt Hyrcanum nihili facit, ita Aristobulum veretur. Verum postquam, &c. In Græco etiam legitur incommode: τὸ μὴ εἶναι Ἰρκανὸν εὐδενός ἀξίας. λόγος ἀξιώσεως, τὸ ἡ Αἰσέλουον δὲ ἔχει. Ἐν abundant. Sed ἀξίας. δῆσαι non est vereri, verum ligare, à verbo δέω, à quo δεσμός vinculum deducitur. Δείξαι autem per εἶ, est εὐδενός. Porro, in Græco, ταῦτα τὰ ἱεροσολύμα, ita scribe: ταῦτα τὰ ἱεροσ. Sed ὁ hac. e. totam hanc periodum malè extulit interpres: hoc mendo, vt opinor, seductus. At Dionem legenti, non est obscura.

15 Aristobulus captiuus abducitur. ἀννήχθη. Interpres, Sublatus est. ἀνὰ γὰρ dixit, quòd Romam abductus sit Aristobulus.

18 Quadringenta septuaginta. *Interpres*, sexagintaseptem. *Ceterum numero stadiorum, qui est 3750, denarius deest, quo minus per 8 diuisus, 470. exhibeat.*

20 Et Hispaniam ferè omnem. Iberniam *interpres*, cum sit in Græco Ἰβηριαν, quod est nomen Hispania à flumine Ibero. Itaque Dio etiam quodam loco τὴν αἰὲν Ἰβηρα dixit, pro Hispania. Et per Celticam, intellige Germaniam. Populique fauorem captat. πῶς ὄντιν ἰδιωματώγη. ἰδιωματώγη non esse idē quod Rempub. administrare, (ut veritè Blancus) satis notum est. Hinc ἰδιωματώγη dicti.

22 Memoria hominum com. semp. &c. ἐξήρησε τῶν αἰῶν. scribo ἐξήρησε.

24 Nullo magno momento. βραδείας μάχαι sunt, non quæ serò (ut erat hic versum) committuntur, sed quæ non statim victoriam alteri parti, & finem bello adferunt. Itaque permultis suorum amissis.

Blancus: Ipse eos confertim trucidat. συχρὲς ἀπέβαλε. Est autem ἀποβάλλειν amittere, ἀποβάλλεσθαι abicere: quam differentiam possem sexcentis scriptorum locis confirmare, nisi ante nos id alij docuissent. Itaque malè *interpres* contrarium sensum posuit, cum ex ipsa historia constet, Casari tum cladem fuisse illatam. Mox: Tanquam confecto iam bello. ὡς ἔλεγε διαπεπολεμηώς. Est autem διαπολεμῆν non pralio aliquo vincere, sed totum bellum conficere, & (ut Livius loquitur) debellare. Ita Dio saepe vsurpauit, ita alij.

26 Cleopatrarum imperio subiecti sunt. Se dederunt. *Interpres*. Atqui παραδόντων est passivum,

Ἔ sic sensus ipse docet. Post: Vindictam. τὰ ἐπι-
 χάρα. *Interpres*, Ea quæ in promptu sunt. Non re-
 ctè. ἐπιχάρα premium significant, & id quod propter
 aliquod factum tribuitur alicui. estque μὲν vocabu-
 lum, hoc est, è numero eorum, quæ in bonam & malam
 partem sumuntur. In malam hic accipitur, ut & apud
 alios, & in hoc *Æschyli* eleganti dicto:

Τοιαῦτα μὲν εἶ τ' ἀγαν ὑψηλότε.

Γλώσσῃ, Προμηθεῦ, τὰ πυχάρα γίνεθ.

27 In ipsa octava die. *Erar*: Is intra illos octo
 dies. *Sedest in Græco*, ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. A-
 steriscum adieci, quia mensis nomen decet. In suam
 potestatem redegit. *προσεποιήσατο*. *Interpres*, Glo-
 riatu est. quasi verò προσποιήσας tantum simulare si-
 gnificet, & non sepius Dio ita usurparit, ut ego verti.

28 Nam eæ vltro. *Interpres* hac verba ad *Dom-
 itium Calvinum* incommode retulit, cùm de *Athe-
 nis* sint accipienda. Sed error *Græci* libri eum fefellit,
 ubi est falso *προχωρήσας*, scribens ἄλλοτε *προχωρη-
 σάσας*.

29 Nemini obvio parcentes. μὴ δὲν φερόμενοι,
 falso: pro μὴ δένος, quod imposuit ipsum etiam inter-
 preti.

31 Satis infamauerit. *Interpres*, Magnis laudi-
 bus extulerit. In *Græco* est vitiosè ἐνοώπησε. pro qua
 voce è *Dione* restituo ἐσηλοκόπησε. quod infamare si-
 gnificat. Magis irrideb. γίλωτα * *προσωφλισκαλλες*.
Tolle asteriscum, & lege, ut habet *Dio*: γίλωτα *προσε-
 πωφλισκαυεν*. Et mox: pro δῆμος, repone δειπνος.

33 Bogud. Βαγόνας male est in *Græco*, quod secutus
 est *Blancus*: Corrige, ut sit Βογβάς.

34 Sororis nepote. ἀδελφῆς. scribe ἀδελφιδῆς.

qua

quade re apud Dionem dixi. Cincturæ laxitatem. *Interpres*, Molliciem corporis. male enim legebatur hic σώματος, pro ζώματος. *Post*: Rebus fractis. *Idē*, Imprudens. σφαλείς in *Græco*.

36 Suspicionem attulit. ὑποπίστευθι scribe, non ὑποπίστευεθι.

37 Septuaginta quinque denarios. ἐξ ὁμοίων τὰ ἐκ ἄσφ. κὶ πέντε addendum è Dione. *Post*: καὶ τὰ τῶν θάλασσαν. pro τῶν pone καὶ.

38 P. Servilius. Πλέπιος Σεργίλιος. scribe Πέπλιος. Dio.

43 Deinde Vibium venientem. In *Græco* etiam mendose fuit Ἰόνιον, pro Οὐκίον.

49 Eedito scripto eam rem. ἐξέθηκε χράμμα. *Interpres* incommode, & historia inconuenienter, Literam de suo nomine detraxit.

51 Ionium mare. Ganium flumen erat hoc loco, sed vitio *Græci* codicis, ubi male Γάνιον pro Ἰόνιον legebatur: quod patet etiam ex Dione.

54 Inundatione repleuit. κατέκλυσε est hic etiā apud Dionem, & id sensus requirit. κατίκλυσε legisse videtur Blancus.

58 Eorum copia atque spes contrariæ erant. ἀντιπάλαις est in *Græco*: quod significat, ἰσὺ ὁπίας ἡγούσας φερεγγύας, aquales viribus.

65 Tum quod imperiti vadorum. Totus hic locus parum apertè fuit ante conuersus. In *Græco* est πρὸς βράχιν γῆν βράχιν ἔχον, omissum ab interprete. His autem verbis vada intelliguntur, & ea loca, ubi aqua minus alta, impingere naues fundo, & subsidere possunt. Hac enim sunt βράχιν *Græcis*, quo modo frequenter omnes loquuntur, ut Polybius lib. 1. de Romanis, Annibali Rho-

Virgilij lo-
cus.

dio exitum in portu obstruentibus: $\chi\tilde{\iota}$ δὲ τῶν τόπων
ἔχοντα βραχέα, σῶμα $\epsilon\tilde{\nu}$ $\chi\tilde{\omega}\mu\alpha$. Vergilius eleganter & vo-
cabulum hoc, & significationem 1. *Aeneid.* extulit,
scribens:

— tres Eurus ab alto In brenia & Syrtis
urget, (miserabile visu)

Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.

Idem in 10. *Aeneid.* — multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu.

67 Agitaréque eum cum Sexto occulta col-
loquia. hoc enim est $\kappa\omicron\upsilon\upsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\epsilon\tilde{\iota}\delta\tilde{\iota}$, referturque ad Ie-
pidum. Vixitque in Italia non sine custodia. $\alpha\tilde{\nu}\epsilon\upsilon$
 $\phi\upsilon\lambda\alpha\kappa\tilde{\iota}\nu\tilde{\iota}$; id $\tilde{\gamma}$ secutus est Blancus. Scribendum au-
tem $\epsilon\tilde{\nu}$ $\alpha\tilde{\nu}\epsilon\upsilon$ $\phi\upsilon\lambda\alpha\kappa\tilde{\iota}\nu\tilde{\iota}$, id & historia requirit, & habet
Dio.

79 Sororis suæ filiam. $\alpha\tilde{\delta}\epsilon\lambda\phi\tilde{\iota}\nu$ est in Greco,
& Blancus id non rectè secutus est. Scribendum $\alpha\tilde{\delta}\epsilon\lambda$ -
 $\phi\tilde{\iota}\nu$: fuit enim Agrippa uxor Marcella, Octa-
uia filia.

81 Proffigata è republica. $\epsilon\tilde{\xi}\epsilon\tilde{\rho}\epsilon\tilde{\iota}\epsilon\tilde{\nu}$ ad Roma-
nos, sed ad regium & dictatorium nomen referri o-
porter.

84 Non dico Dionis nomine. $\epsilon\tilde{\nu}\tilde{\iota}\tau\tilde{\iota}$ $\omega\tilde{\varsigma}$ δ $\Delta\iota\omega\tilde{\nu}$
 δ $\Pi\tilde{\rho}\epsilon\tilde{\alpha}\tilde{\omega}\tilde{\delta}$. Si ita scripsit Xiphelinus, (quod non puto
Diones dūo certe) turpiter errauit, Diones confundens. Dio enim no-
ster longè fuit alius Prusæo Dione, qui Chrysostomi no-
men gessit: ut etiam Suidas demonstrat. Itaque δ $\Pi\tilde{\rho}\epsilon$ -
 $\tilde{\alpha}\tilde{\omega}\tilde{\delta}$ aut dele, aut δ $\Delta\iota\omega\tilde{\nu}$ scribe.

85 Quibusdam ludis. $\epsilon\tilde{\nu}$ $\omega\tilde{\alpha}\nu\eta\tilde{\upsilon}\tilde{\rho}\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\nu}$. Blan-
cus non rectè hic, & sæpè aliàs, mercatum vertit.

86 Sed oportebat nimirum. Hic unus est è nu-
mero eorum locus, quos mutasse me nō temerè, sed neces-
sariò

sarid. facile quibus eruditus intelliget.

87 Multa in Casarem maledicta iaceret. Ut res postulabat, diceret. sic Blancus, falsam lectionem secutus, qua hic est επιτιδεια, pro εα επιτιδεια. Sic autem habet Dio, estque αποτιπιδεις εις τινα εκ επιτιδεια, obrectare, maledictis incesse. Mox in Græco etiam Elephantina regio, χωρα, dicitur, cum sit apud Dionem πωλεως, urbis nomen: idque recte esse, testantur Geographi.

92 De Vedio verò Pollione. Ουδεις Πωλιωνος, male scribendum Ουδεις Πολλιωνος, sic Dio, sic Plinius, Tacitusq.

94 Neque tamen vim s. c. Locus hic fuerat peruersus, estque in Græco vitiosè ε αυνηωρ, pro αυνηωρις scriptum. Si recte intelligatur, plurimum lucis adfert bonis autoribus, apud quos non perinde, ut hic, perspicue inuenies, Senatusconsultum ab autoritate quid differat.

96 Cæterum, id factum eò recidit. Locus necessario emendatus.

97 Iram domi suæ. οίκου αυτων κατ'αρχην. αυτων ad θυμὸν refero, propter verbum κοινωσαι.

98 Tamen in gratiam red. Confuse hæc prius habebant.

110 Nam Germani quantisper paulatim. Κελτικς Germanos, Κελτικην Germaniā esse, monuimus antè. καὶ βραχυθ' εὐδ'α, significat nō breui tēporis spacio: sed paulatim, sensim, & quasi furtiue. Et μηδ' φυλακῆς, cautè significat. Totus locus desiderabat emendationem.

112 Vtrique ne sententiam diceret. μηδ' ετι αυθ' απειν. Locus deprauatus Blancum seduxit. μηδ' ετερον scribe, cum Dione.

119 Quòd si id in Tiberio. Locus hic totus contra

quàm est in Græco, erat in Latino.

122 Interdum palàm. ἀντιμερῶς. quod non contrà,
ut habet Blancus, sed aperte est.

124 Sæpius ad spectacula. θυσίας. sed Dio ha-
bet θείας.

126 Hoc enim illudens ei dicebat. Blancus:
De quibus mordere se atque reprehendere vide-
batur. Non rectè, sed & in Græco perperàm legitur:
ἴνα αὐτὰρ γελῶς ἐκεῖ τῷ αὐτῷ εἶν. καὶ ἐπισκώπων, εἶπε,
καὶ γένῃ. Rectius apud Dionem est: ἴνα ἀπὸ γελῶς
αὐτῷ, ὡς καὶ ἐπισκώπων, εἶπε, γένῃ. Similis est Sar-
casmus Pyrrhi apud Vergilium in 2. Aeneidos, qui
Priamum obirectantem sibi, & exemplum patris A-
chillis obijcientem, occisurus:

-- referes ergo (inquit) hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori. --

Trecenis nummis. καὶ τρεῖς καὶ ἑξήκοντα. & sic e-
tiam apud Dionem, cum ex superioribus liqueat, ἑξήκο-
ντα scribendum.

127 Magnam hominum manum. Pecuniam
Blancus. Sed πολλὰς hic est, ut intelligi opus sit ἀνθρώ-
πων, id quod historia vult.

135 Nectemplum quod Augusto. ἡρώων non se-
pulcrum (ut vertit Blancus) est, sed templum, quod
deo Indigeti seu Heroi poneretur: hoc est, homini in deo-
rum numerum relato, καὶ τὸ ἡρώς.

137 Nactus occasionem, adortus est. καιρὸν λα-
βῶν ἐπίθετο. Est autem ἐπιθέτω, adoriri aliquem. Post:
Missusque prætor, qui eum. Verba in Græco depræ-
uata secutus fuit interpret: quæ si è Dione, ut & mul-
ta alia, emendasset, melius Xiphilino consulisset. Scri-
bi aut

bi autem debet pro *σπαρηνίβηδά τε, σπαρηνὸν ἢ διβηδά*
τί. ὅ pro *ἐξωρίαν αὐξόντες, τιμωρίαν ἀξόντα.* ὅ deinde
 ad *καθ' ἐν, adyiciendum* ἡδεῖ.

144 Prius à carnifice vitiata. *προδιαφθαρείσης*
παρ' ἢ Δημῖς lege, non Δημῖς: quod imposuit Blanco.

149 Ac senator factus est, &c. *ὑπάτευσεν ἅμα*
ἔθεασίδευσεν. scribe ἐθέλευσεν.

157 In littore instructis militibus. *ἐν τῇ Ουλίονε*
παράλιῳ est in Græco: quod secutus est Blanco. At-
 qui scribendum *ἐν τῇ ἡίονε.*

158 Calsium Becillinum. Blanco Melinum.
In Græco est Βέλιδλίνον, apud Dionem etiam. Ego Be-

κιδλίνον scriberem: hoc enim est cognomentum Cassiae fa-
milie. Et Sp. Cassius, qui propter affectati regni suspi-
cionem perijt, (quæ historia est apud Liniu libro se-
cundo ab v. c.) disertè Becillinus à Cicerone in Latio
nominatur. Num Becillinum (inquit) amici regnum
appetentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt?
Suprà autem dixerat: Quis autè est, qui Tarquinium
Superbum, qui Spurium Cassium, Spurium Melium
non oderit?

Ciceronis
 locus.
 Becillinus.

169 Caterùm Messalina apud se Mneste-
 rem habebat. *Μεσαλίνα ἢ ἢ Μηνς ἡρα ἀποσπ.* Blan-
 cus *μηνς ἡρα* commune nomen putat, idèoque amatorem
 vertit: quasi verò *procius* ὅ *amator idem sint: quorum*
prior Græcis est μηνς ἡρ.

170 Quod cum Claudius audiuiisset. *Peruer-*
sus fuit hic totus locus antè.

181 Non ergo percussor Neronis seipsum
 iam vita spoliauit? *Οὐκ ἐν ἡδὴ Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν*
κατὰ γήσασιο. αὐτὸν scriberetur melius: est enim de Μό-

tanum referendum: quod non sensit Blanchus. Hoc autem responso effecit Nero, ut Montanus sibi ipsi manus afferret. Addam Taciti verba de libro decimotertio: In lius quidem Montanus senatorij ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus fortè per tenebras cum principe: quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat, quasi exprobrasset, mori adæctus est.

191 Nauigationem tentare periculosum esse ostendimus. Blanchus: Contra eos magna & metuenda classe contendimus. Atqui neque in Græco est tale quicquam, neque in historia.

Taciti loc.

197 Tigellinumque Sophronium, &c. Is apud Tacitum libro decimosextimo Ophonius Tigellinus legitur, mendosè nimirum, pro Sophonius. Et fortassis hic Σωφρόνιος scribendum.

Σωφρόνιος
Ophoni-
us

204 Quaquam Patauij in patria. Interpres: Quaquam in Potamia patria: secutus mendam Græci codicis, ubi pro Παταλίου legitur Ποταμία. Pro Quaquam autem, scribendum docet sensus, Et quòd. Liqueat ex his Taciti verbis, li. 16. Eaque offensa altius penetrabat, quia idem Thrasea Patauij, vnde ortus erat, ludis Cæsticis à Troiano Antenore institutis, habitu Tragico cecinerat.

208 Nero currum agitans, acus pictus erat. Plagam accepit, absurdè erat hic positum. ἐν τῷ κέντρῳ est in textu.

211 Et Sabinæ nomen iam gerente Sporo.

ἐν τῷ κέντρῳ

ἢ Σαβίνης ἢ Σπύρου, non, Sabina & Sporo.

222 Qui sub Nerone valuerant. ἐν τῷ κέντρῳ

εἰς

εἰς τὸν ἄνθρωπον. At ἐπιπολεῖν non est (ut vertit Blancus) ex obscuro clarum euadere: sed valere, esse in aliqua auctoritate & noticia. Hinc apud Aristotelem etiam non uno in loco διότι αἱ ἐπιπολεῖσαι dicuntur ea opiniones siue sententiae, quae praeter reliquis valent, & in aliquo numero habentur.

238 Nam ventre obeso. Hic enim est γαστροπύων, non immensa gula.

242 Ita hi maledicendi libidinem suam qua semper laborarunt, abundè explebant. Addendum est his: Etiam vitæ periculum temerè subeūtes. quo verbum ἐπιφοινδύουσι exprimitur: quod inter emendandum festinantem latuit. Nam Blancus mirificè hunc locum extulit: Quæ cum temerè diceret, eadem petulantia, qua dulcedebant è vita, inferos explebant. In Græco est: καὶ οἱ μὲν ἔτι τὸ ἐπιφοινδύουσι, καὶ τὴν ἀσέλγεια, ὅφ' ἢς αἰεὶ πῶς κακῶς ἀπαλλάτθωσι, ἀδὴν ἐνεφοροῦντο. ἀπαλλάτθην, est id quidem mori apud Græcos, sed vocabula, αἰεὶ πῶς κακῶς, hanc significationem non admittunt, ne dicam sensum ab eâ abhorre. Porro autem κακῶς ἀπαλλάτθην, est malè habere, laborare. ut apud Polybium; ἀναβαρῆσαι ἡδὴ οἱ Τεταετοί, καί περ κακῶς ἡδὴ ἀπαλλάτθοντες. Et in Apologo de cauda, draconem totum ducere volente, apud Plutarchum, initio Agidis: αὐτὴν τε κακῶς ἀπαλλάτθην, ἀνοίξαι πορευομένην. vitor enim exemplis quæ potissimum succurrunt. ἀδὴν αὐτὴν, & ἀδὴν (quod inferi significat) diuersa significare, vel pueri sciunt. Et ἐμφορεῖσθαι, significat seipsum exple, a cibo & potu sumpta metaphora hoc loco. dicimus enim, ἐμφορεῖσθαι κρεῶν, οἴνου, &c.

κακῶς ἀ-
παλλάτ-
ται.

243 Cum Vespasianus videns Imperatorem.
Peruersa hæc fuere antea.

248 Manifestato, cum feliciorem quàm virtuosiorum fuisse. *ἐλεγχθεῖς, &c. ὅτι ἰσχυρὰ πλεονεξία ἀπέβη ἐξ αὐτῶν. quæ incommodè erant reddita.*

250 Dum in se coit. *συνίξιν est, non vicinum esse, sed coire in se. Hinc συνίξινος figura apud Grammaticos.*

258 Postremò puer ille, qui antè dæmonem præsentauerat, &c. oblatuſ est. *καὶ τέλος ὁ παῖς ἐκεῖνος τὸ δαιμόνιον. Eadem est locutio, quæ supra 523 μὲν ἢ Σαλῖνος τοῦ Σπόρου: quod sefellit interpretem. Ceterum, in Græco post νεοσμημένος, deest aliquid, ut εἰσῆλθε, aut εἰσεκομίσθη.*

262 Et si nepos eius erat. *Hic locus peruersus est: quem quia inter emendandum non animaduerti, nunc tamen scias ita legendum: Et si propinquum suum, qui que Flauiam Domitillam, Domitiani consanguineam, uxorem habebat, morte, &c.*

274 Et à Domitiano ad terram. *Peruersa hæc erant mirum in modum.*

255 Seras philosophus. *Merula, qui hæc antè verterat, Suras legit.*

271 Sed Decebalus Longino. *Locus antè contrario sensu editus.*

272 Quod fortè nactus erat. *φαρμάκις εὐπορή- &c. Blancus: Cuius ei magna copia erat.*

278 Quòd si is halitus. *Hic locus est eorum è numero, quos emendare opus habui.*

282 Aelio Adriano. *Scribe cum Xiphilino, p. Aelio Adriano.*

290 Claudianopolim. *Scribe Claudiopolim*

lim. Κλαυδιέπολις.

291 Cuniculis muniebant, & mœnibus. Pro cuniculis, ineptè erat pabulis, neq; est cur demonstrè, ὑποπόμους esse cuniculos.

298 Præterea ferunt diducto montis. Hic locus pessimè habebat antè, quod intelligent statim, qui conferent.

301 Idq; et propterea visus est dicere. Et hæc contrario, aut nullo veru. sensu antè legebatur. In Græco quoque non satis constat. ἀναδενδράδα quidem legendum, ὑφέν.

312 Nam ea tum accidit rerum. κατὰ τὴν ἰστορίαν in Græco est, vox suspecta mendis. Interpres reliqua non expressit.

314 Cardianum. Mox Cordianum dicit alterutrum falso.

330 Pertinax autem Afer erat natione. Et hoc mendum hic emendabo, quod antè properantem me fefellerit: ἢν ὁ Περσίνναξ Λίβυς ἐξ Ἀλβης Πομπηίας. Pro Λίβυς, scribe Λίγυς. & pro Afer, Ligur. Alba enim Pompeia, urbs est Liguria, teste Plinio libro tertio capite quinto. Et Herodianus Pertinacem disertè Italum nominat.

335 Dicebantq; Iuliano. λεγόντων ὅτι τε Ἰουλιανός, &c. Ita scribe, λεγόντων τὰ τε Ἰουλιανῶ, ὅτι Σελπ. Ἔς. διδ. τί οὖν σὺ πρὸς ἰθὺς

336 Non equidem seruilibus animis. Sub iugum seruitutis missi, vertit Blancus: neque animaduertit particula ἐχ ὅτι vim, cùm significet non modò non, & reddatur ei ἀλλὰ καί. Idem ὡσαύτως passivè vertit, cùm sit medium, & actiue significet.

351 In

351 In his septem turres à portis Thraciis. *Totum hunc locum longè elegãtissimum, ita peruersum inueni, ut non potuerim non denuò vertere.*

359 Cuius cædis causam imputauit militibus. *καὶ τὰ τε τὸ φόνον. Legendum φόνον non φόνον: quæ falsa vox interpretem decipit.*

377 Criminari solebat incontinentes. *καὶ ἐνεδλά μὲν τῆς μὴ φρονέσιν. σωφρονέσιν scribe. Ἐπὶ ἔσαι ἀλείσαι, ὄσαι ἀλείσαι, reliqua malè erant versa. Neque enim χεφαὶ sunt cædes, sed accusationes. Ἐπιεξελεθεὶν τῇ χεαφῇ, non est incidere in accusationem, sed persequi iudicio crimen.*


397 Opportunè te vidimus. *ὅτε ἔσομεν. Diu te non vidimus.*


397 Sed multo plures equitum. *Blancus hæc male ad Macrinum retulit. Accelerauit ei mortem cancer. ὁ καρκίνος, non est proprium nomen.*

408 Ad regionem Chalcedonensium. *καρκεδὼν καὶ μὲν τῇ Καρχηδονίᾳ. Legendum Καρχηδονίᾳ: est enim Chalcedo Byzantio propinqua, Carthagine remotissima.*

412 Iupiter è multis. *Versus sunt Iliadis libro undecimo.*


Annotationum in Xiphilinum Finis.







INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE
in Xiphilino continentur per ordinem Alphabeticum digestus.

 Caluo ad cal- num 157	nunquã inuist 289
Achillas Ægyptiorum dux Casarem inuadit 28	Adriani in Ægyptum atque Syriam profectio 290
Acus oblitæ veneno 321	Adriani agrotantis ora- tio 294
Acuti gladij Drusi, Dru- siani appellati 125	Adriani Imperatoris pro Christianis epistola 297
Adolescens absque hume- ris 89	Adulatores & scurra à Leto proscripti 332
Adoptionis ius 176	Ægyptus tributaria 77
Adrianus morbũ intercu- tis magicis artibus cu- rat 295	Ælia Capitolina 290
Adrianus venationis stu- diosus 289	Ælia Catuli 187
Adrianus ob cædes nefas- rias à multis odio habi- tus 296	Emilianus nigri lega- tus 344
Adrianus historicus 290	Emiliani mors 344
Adrianus patriam suam	Agrippine in rebus gerẽ- dis industria 172
	Agrippine imperiũ 177
	Agrippine de Neronis vaticinio insanum re- sponsum 176

I N D E X

<i>Agrippina à filio insidia instructa</i>	183	<i>in Annulo Pompei tria trophæa insculpta erant</i>	28
<i>Agrippa dictum de principibus</i>	65	<i>Anneus Cornutus</i>	205
<i>Agrippina interitus</i>	184	<i>Antinous</i>	290
<i>Albani à Pompeio victi</i>	13	<i>Antinoi sidus</i>	290
<i>Albis fluvius</i>	93	<i>Antiochia capta à Seneca</i>	346
<i>Albini mors</i>	356	<i>Antistij de Cesare dictum</i>	90
<i>Alexæder Orientalis Augustus Antoninus dictus</i>	382	<i>Antoninus sibi ipsi mortem denuntiavit Magica arte excellens</i>	394
<i>Alexandri nomine Antoninus maxime delectatus</i>	383	<i>Antoninus malitia ac fraude matri similis</i>	383
<i>Alexandrinorum in Vespasianum odium</i>	241	<i>Antoninus & Geta filij Severi</i>	365
<i>Allanorum bellum</i>	292	<i>Antoninus à Tribuno pugnatione confossus interijt</i>	393
<i>Alienus ut proditor à proprijs militibus captus</i>	232	<i>Antoninus magicis artibus plurimum delectatus</i>	388
<i>Alieni milites à Vitellio ad Vespasianum deficiunt</i>	232	<i>Antoninus Alexandri Magni in rebus bellicis æmulus</i>	382
<i>Alieni & Marcelli in Vespasianum cõiuratio</i>	246	<i>Antoninus ingenue à parente fuit educatus</i>	384
<i>Angiportuum in urbe curatores</i>	96	<i>eiusque ingenium</i>	385
<i>Anglia situs</i>	191		
<i>Anima multorum ab inferis per Antoninum reuocata</i>	386		

Anto

I N D E X

- Antoninus Pius ab Adriano adoptatus* 296
Antoninus Adriano defuncto Heroicos apud Senatum impetrauit honores 297
Antoninus faucebat Christianis 297
Antoninus in cognoscendis & examinandis rebus diligens 301
Antoninus Pius Cuminifector cognominatus 298
Antoninus in Imperio ualentinarius 312
Antoninus ab Adriano Imperatore adoptatus 312
Antoninus cur Pius dicitur 297
Antonini crudelitas 381
Antonini uestitus 392
Antonini Natalicius dies 389
Antonini in gladiatorem inhumanitas 389
Antonini fratricida fucata ad milites oratio 380
Antonini in fratrem Getam magna impietas 378
Antonini bellum in Partibus & eius occasiones 391
Antonini seueritas in Alexandrinos 390
Antonini libido & peulantia. 374 eiusdem in patrem impietas 375
Antonini crudelitas. ac in milites assentatorumque liberalitas 384
Antonini contra Marcomannos res gesta 299
Antonini iam morientis dictum 311
Antonini liberalitas 310
Antonius Dionysius dicitur 60
Antonius Musa Augusti medicus 86
Antonius quo die uictus.
Antonius Primus Panonici exercitus dux 231
Antonius Caesaris sacerdos 36
Antonius hostis à senatu iudicatus 42
Antonius interitus 75
Apelles Tragedus 149
Aper mira magnitudinis 358

I N D E X

<i>Apicij Luxus</i>	130	<i>libertate loquendi in vi</i>
<i>Apollonij Egyptij de</i>		<i>ta periculum incide-</i>
<i>morte Caligulae vaticini-</i>		<i>rit</i>
<i>nium</i>	162	<i>Asinij Galli interitus</i>
<i>Apollonius Tyanus ma-</i>		146
<i>gus</i>	388	<i>Astrologi Roma expellun-</i>
<i>Apollonia à Cesare occu-</i>		<i>tur</i>
<i>pata</i>	23	<i>Astrologi & Magi ex ur-</i>
<i>Aproniani accusatio &</i>		<i>be expulsi</i>
<i>damnatio</i>	369	<i>Astrologi à Vitellio irrisi</i>
<i>Apsum flumem</i>	24	223
<i>Aquila Seneca Vestalis</i>		<i>Athenis annua stipendia</i>
<i>Auito nupta</i>	403	<i>doctoribus disciplina-</i>
<i>Arabia felix</i>	85	<i>rum ab Antonino con-</i>
<i>Archelaus rex cappado-</i>		<i>stituta</i>
<i>cia. 127 eiusdem mors</i>		309
128		<i>Athenedori factum</i>
<i>Arnuphis magus suis in-</i>		117
<i>cantationibus pluuiam</i>		<i>Atra à Seneca frustra ob-</i>
<i>impetrat, qua dissipa-</i>		<i>sidentur</i>
<i>rentur Quadorū mili-</i>		358
<i>tes</i>	303	<i>Atrorū expugnatio</i>
<i>Arsacide unde dicti</i>	21	348
<i>Artabani contra Ma-</i>		<i>Augarus & Armeniorū</i>
<i>crinum bellum atque</i>		<i>rex contra amicitia ac</i>
<i>victoria</i>	398	<i>hospitalitatis leges ab</i>
<i>Artaxarxis Persarum re-</i>		<i>Antonino capti</i>
<i>gis cōtra Parthos res ge-</i>		385
<i>ste</i>	411	<i>Augustus mitis natura</i>
<i>Aristorelici odio habiti ab</i>		47
71 Et si filio eius. καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ante hæc
 verba in Græco nota est, locum mutilum esse monens:
 ego & ante & post asi. iscum ponendum censeo. Qua

de Stratonica, eiusque filio Xiphare (de eo enim hæc verba, Et si filio eius, intelligo) scripserat Dio, quia inter ciderunt, ex Appiani $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\iota\sigma\tau\alpha\sigma\iota\varsigma$, & Plutarchi Pompeio petenda sunt. Proinde multa hîc deesse facile constat, præsertim ex Xiphilino, qui multa hoc loco refert, de quibus apud Dionem ne punctum quidem superest. Jam quæ in Dione sequuntur verba: Ob hoc solum cum Aedilis esset, de *Adilitate* Caesaris scripta sunt. Itaque Suetonij locum apponam, ut quæ hîc mutilata sunt, aliquo modo tamen inde constant. Aedilis (inquit) Caesar, præter comitium, & forum, Basilicæque, etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus extructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosque, & cum Collega, & separatim edidit: quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet: neque dissimularet collega eius M. Bibulus, enenisse sibi quod Polluci: Ut enim geminis fratribus ades in foro constituta, tantum Castoris vocaretur, ita suam Caesarisque munificentiam unius Caesaris dici. Procurata sunt. $\tau\acute{\alpha}\ \tau\epsilon\ \mu\epsilon\tau\grave{\alpha}\ \alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\ \epsilon\tilde{\xi}\epsilon\delta\acute{\upsilon}\omicron\nu\tau\omicron$, male pro $\epsilon\tilde{\xi}\epsilon\delta\acute{\upsilon}\omicron\nu\tau\omicron$.

72 Lucretium. Q. Lucretium nempe Osellam, de quo meminere Plutarchus in Sylla, Appianus libro 1. bell. civil. Abbreniator Lini libro 39. ubi perperam legitur *Afella*.

76 Romanis eo libero spacio. $\epsilon\nu\ \tau\omicron\varsigma\ \delta\iota\alpha\kappa\omicron\nu\omega\ \zeta\acute{\upsilon}\tau\omega\ \tau\omicron\ \tau\epsilon\tilde{\iota}\chi\omicron\varsigma\ \delta\iota\alpha\sigma\tau\epsilon\tilde{\iota}\omicron\alpha\iota$. Emendandum $\delta\iota\alpha\kappa\omicron\nu\omega$, ut sit $\delta\iota\alpha\kappa\epsilon\tilde{\iota}\nu\omega$; sic enim & Xiphilinus legit, & Dio supra loquutus est. Monuit etiam Robertus.

77 Quod autem dies ad septem sidera. Huius loci

loci sensum explanare rudiorum causa, si qui fortè per se non asseruantur, paucis volo. Circulari, hoc est, in orbem redeunte numeratione instituta planetarum, suo ordine collocatorum, ita tamen, ut semper duo in medio omittantur: (nam in Diatessaron etiam intervallo, quæ Musicis vulgò Quarta dicitur, in cithara à primo nervo ad quartum, duobus præteritis in medio, itémque in vocibus à prima quaque ad quartam, fit



transitus.) si prima dies Saturno adscribatur, secunda Soli, tertia Lune cederet, & sic de reliquis, quod ex adiecta figura intelligi persacile potest. Ceterum Diatessaron consonantiã in Musicis principatum obtinere (quod hic Dio asserui)

Diatessaron
harmonie
prestantia.

cum alijs ex causis, tum ex hac potissimum constat, quòd Symphonia (quæ est Musica quasi animus & vita) genera huius intervalli ratione distinguuntur. nam alio atque alio modo conflata $\delta\gamma\epsilon$ $\tau\epsilon\alpha\delta\alpha\pi\omega\nu$ distantia, modo Chromaticum, modo Enharmonicum, modo Diatonicum concentum constituit. qua de re disputandi hìc non est locus. Ex eadem figura etiam altera ratio intelligi potest. Esto prima diei naturalis (hoc est, spacio horarum vigintiquatuor constantis) hora prima Saturno adscripta: ut iam ab hoc auspicio totius diei dominium, sibi vendicet. Ergo singulis horis ad singulos planetas relatis, quorum numerum septenarium esse liquet: septima porrò deinceps hora quaque, hoc est octava, decimaquinta, & tandem

dem vigesima secunda Saturni erunt. Proinde vicesima tertia Jovis: vicesima quarta, quae est nimirum ultima, Marti cedit. Quos fit, ut insequentis diei hora prima, eiusque item diei dominium, iterum ad Solem redeat. Huicque itidem cum octava etiam, de cima quinta & vicesima secunda hora adsignentur, prima insequentis diei hora Lune imputabitur. & sic deinceps. Inde efficitur, ut, cum qui planeta primam diei horam obtinet, vigesima secunda etiam praesit, duaeque hora adhuc inter hanc, & sequentis diei primam (cuius domino totius diei dominium deferri monuimus) intercedant: semper duobus in ordine planetarum omissis, proximus insequentis diei gubernator reperiatur. quod eadem, quam in priori ratione docuimus, numeratione conficitur. Ita quas duas Dio rationes affert, cum diversa inter se sint, periucunda tamen contemplatione in idem recidere inveniuntur: quod in gratiam imperitiorum à me explicatum, doctos, ne agrè id ferant, oratos volo. In Græco porrò mendosè est αὐτός τε ἑπαιών ἐπιών, scribendumque αὐτάς τε ἐπιών. Et mox, θεωρίας τῶν, legendum θεωρίας δὲ τῶν. Xiphilinus utriusque castigationis testis.

78 Per Græciam in Italiam. εἰς τὴν ἐν Ἰταλίᾳ πλὴν Ἰταλίαν. Robertus ut loco huic succurreret, τὴν τε Ἰταλίαν legendum annotavit, non malè quidem, aut incommodè. Ego quidem (quod citra reprehensionem aut iniuriam eius à me dictum scias) Ἰταλίαν, secundo casu malim, ut magna Græcia intelligatur: in ea enim fuit Brundisium, quò appulisse Pompeium Dio narrat.

81 Augurium salutis repeterent. Salutis augurij rationem qui tibi explicet præter hunc Dionis lo-

cum

cum, non temerè inuenies alium. In Græco est *ἀόνομα* & *ἰγνάς*. sicut & infra libro quinquagesimoprimo, filio 603, quum *ἰγνά* aliàs sanitatem, aliàs salutem in genere apud Græcos significet. Suetonius sapius meminit huius augurij: ut in Augusti vita, capite tricesimoprimo: Nonnulla etiam ex antiquissimis ceremonijs paulatim abolita restituit, ut salutis augurium, &c. Et Cornelius Tacitus libro duodecimo in vita Claudij: Salutis augurium quinque & viginti annis omissum repeti, ac deinde continuari placitum. Sed de his aliàs.

P. Pæto. Παιτῶ τῶ Περπλίῳ legendum, non Περπλίε. Est autem is P. Antronius Pætus, cuius supra quoque pagina quinquagesimasexta mentio facta fuit.

82. T. autem Labienus. L. Saturnini seditio, ut q̄, occisus fuerit, describitur copiosè ab Appiano Alexandrino, libro primo. quanquã neque is, neque Plutarchus in Mario, neque Florus libro tertio, capite decimosexto, Rabirio eadem eam adscribant. Perijt anno Urbis condita 655. ut rectè Dio dixerit, annis ante triginta sex id euenisse. Extat de hac ipsa re oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, quam Consul habuit: multum lucis huic loco allatura, si conferatur, multum acceptura. Bellumque aduersus eum. Bellum vocat arma iussu Senatus contra seditiosos usurpata. Sic in Epitoma Luciana sexagesimanona, bello quodam interfectus hic ipse dicitur. Bella autem huiusmodi res dicuntur, quia (ut de cæde Tiberij Gracchi Tullius ait) non solum ex domestica sunt ratione, sed attingunt etiam bellicam: quoniam vi manique conficiuntur.

Bellum.

83. Quod de vexillo dixi. Mentio huius rei fit

Nicolai
Gruchij
laus.

fit apud *Liuium* libro tricesimonono, in oratione *Spu. Posthumij* *Consulis*: *Maiores vestri, ne vos quidem, nisi aut vexillo in arce posito comitiourum causa, &c. quem locum sine hoc non facile intelliges. Enimvero verbis meis hoc loco non est opus, quum extent de Comitij s Romanorum libri tres, Nicolai Gruchij Rotomagensis: quibus non modo vniuersam Comitiorum rationem, sed antiqua illius Romana reipublica totam formam ac consuetudinem ita diligenter, exactè, copiosè que descripsit, ut eo quidem in genere doctius accuratiùsque, & omnibus numeris absolutius viderim, nihil. Eum consulent studiosi, si quid huiusmodi incidit.*

84 Eos nouarum tabularum. $\alpha\gamma\epsilon\omega\nu\tau\epsilon \kappa\alpha\iota \acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\omicron\tau\acute{\alpha}\varsigma \kappa\alpha\iota$ delendum. & $\pi\acute{\omega}\tau\omicron\upsilon\varsigma \delta\iota\upsilon\omega\alpha\tau\omega\tau\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\varsigma, \pi\acute{\omega}\tau\omicron\upsilon\varsigma \kappa\alpha\iota \delta\iota\upsilon\omega\alpha\tau\omega\tau\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\varsigma$ lege. P. Lentulum, qui post gestum Consulatam. *Mos hic recuperanda Senatoria dignitatis obseruandus est, cuius etiam alijs locis meminit Dio. Consul autem fuit hic Lentulus anno sexcentesimo octuagesimotertio. videturque Senatu esse eiectus à Censuribus Cn. Lentulo, & L. Gellio: quorum Censura meminit Epitoma Liuij nonagesimaoctaua. Incidit autè in annum DCLXXXVI. siquidem, ut Dio supra paulo ostendit, Consulibus, L. Casare, & C. Figulo proximi Censores fuerunt, anno Urbis condita 690.*

86 Compræhensilisque his qui ad eum. $\kappa\alpha\iota \sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\lambda\omega\upsilon\upsilon \tau\omicron\upsilon\varsigma \epsilon\pi\prime \acute{\alpha}\nu\tau\omega$. Ante hac verba asteriscis interiectis lacunam reliqui, quò indicarem, deesse non pauca hic: nimirum totam cum *Allobrogum* legis actionem Lentuli, & *Ciceronis* in ea re inuestiganda

ganda, coercendâque industriam. Historia est apud Sallustium, Plutarchum in Ciceronem & Appianum, &c.

88 Contra Syllæ legem, Domitij legem, Cn. Domitius, atavus Neronis Caesaris, in Tribunatu pontificibus offensior, quòd alium quàm se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum à collegijs ad populum transtulit. Hæc Suetonius in Nerone, capite secundo. Syllam verò collegijs sacerdotum suum honorem reddidisse, auxiliisque, ex historijs notum est. His sese vltro insinuabat. *Τὸ ἔτος ὡς καὶ κρείττων ὑπῆρχετο.* Videtur ἐσόμενος κρείττων, aut aliquid tale fuisse. ὑπελθεῖν autem posuit pro demereri, gratiam captare: ut sub finem quoque libri, ὑπῆρχετο ἀμφοτέρως ὁμοίως. ὑπελθεῖν.]

89 Iunius Silanus. Ita scribendum, non Syllanus. In Græco vitiosè est *Ιούλιος*, pro *Ιούνιος*.

90 Quanquam cæсорum numerus. καὶ τῆς ἀριθμοῦ τῶν ποσῶν. scribo καὶ τοῖς. Cicero Philippica vltima, si quis unum aut duo millia hostium delcuisset, Imperatorem à Senatu nominatum fuisse scribit. Appianus lib. 2. de Curione loquens, ait suo tempore millibus decem cæсорum hostium constituisse.

Imperator
quomodo
quis dictus.

91 M. Cato, & Q. Minutius. In Græco est simpliciter *Κατων*, ego prænomen addidi perspicuitatis causa: quod evidens est ex historia ipsa, & Plutarcho. Hoc autem agebat, ut nomen Catuli. De hac re, ut intelligatur hic locus, legendus Suetonius in Cesare, capite decimoquinto, & ipse Dio infra libro quadragesimo tertio, folio 306.

92 Neque verò tantopere. οὐ μὲν οὕτω γε χαρίζεσθαι, οὐ μὴν scribe: & ἑπισημαίνεσθαι τὸν νότον.

97 Ultra Dorium transtulerunt. Fluij nomen puto. nam Dio nihil prater τὸν articulum addidit, ut πολαμὸν possit intelligi. Sic suprâ dixit, πρὸς τὴν Καμ-
 εύσιν. & libro 41. περὶ Α-ψόν, quos fluiuos esse patet.

98 Brigantiam Calæcia vrbem. Καλαικίας, forte Καλλαικίης. Callaicos enim populum à Cesare sub-
 actum Plutarchus nominat. Calæciam autem in Hi-
 spania nullam inuenio. Satis sibi iam aditus. ἰκα-
 νὴν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ βασιλείαν. Ineptissima lectio: emen-
 do: ἐπίστασιν. In petitione Consulatus. ἐπαγγελ-
 λάμενος τὴν ἀρχὴν. Omisit præpositionem eis, quam re-
 quirat vsus loquendi. Et tamen sic libro quadragesimo
 etiam loquutus est, νόμον τὴν κελύουσα τὰς ἀρχὴν τινὰ
 ἐπαγγέλλοντες.

ἐπαγγέλλε-
 σθαι τὴν
 ἀρχὴν.

99 Maiori studio inimicis. σφοδρῶς τὰς ἀπο-
 δέσσιμο ἀποδίδας.

101 Ludos de Syris. πανήγυριον τινὰ ἐκ Συρίων.
 qua verba quid sibi velint, siquidem sunt integra, non
 satis certus sum. Fortè loquitur de theatro ex Syriacis
 manubijs edificato: sed certi nihil habeo.

IN DIONIS LIBRVM XXXVIII.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

102 Et Ariouistum. Αρειουσίτου, scribo Αρειουσίφου,
 ex ipso Dione. Consulom nomina in Græco sic legen-
 da sunt:

Γ. Ἰέλιος Γ. γ. Καῖσαρ. Μ. Καλπέρνιος Βίβλος ὑπ.

Λ. Πείσων Λ. ὕδης. Α. Τακίνιος εὐ. γ. ὑπ. Calpurnij
 nomen Bibulo cum Pisonibus commune est, qua causa
 erroris forte fuit librario. Pisoni autè L. prænomè fuisse, ex
 Cic. etiam multis locis, & oratione contra eum habita
 liquet. Qua et si iam dudum mihi minimè fuerunt obscu-
 ra

ra, nescio tamen quo pacto acciderit, ut neque in ver-
tendo, neque in emendando, neque tum adeo, cum ad
pralum ea relegerem, animaduertentem. Etenim homi-
nes sumus omnes, est que nobis proclivis ad errorem la-
psus, ingenuum contra est, fateri te dormitavisse aliquan-
diu, praesertim

Interpres
de erroribus
suis.

Quando opere in longo fas est obrepere somnum.
Facitque ad excusationem etiam festinatio. Emendet
itaque candidus lector ita:

Anno v. c. 695. C. Iulius C. F. Caesar. M. Calpur-
nius Bibulus. 696. L. Piso, L. F. A. Gabinus A. F.

Sunt & alia leuiora, quae impressis demum paginis no-
tauimus, ut cum idem vocabulum diuersis modis scri-
ptum inuenietur. Exempli causa cepit, coepit, ceptum, coe-
ptum: deprehendo, & id genus, deprehendo. Item Lici-
nius, Licinnius, & similia. Ego ubiq; cepit, ceptum, de-
prehendo, Licinius, scribendum censeo. sed aliquando va-
riè per incogitantiam, & in quibusdam vitio Graeci exè-
plaris scripsimus, citra tamen sententiae aut rei detrimen-
tum. Quorum lapsuum, & quod non ubique Lyncei fuis-
mus, gratia nobis fieri à candidis lectoribus confidimus.

104 M. quidam Petreius. Apud Xiphilinū hic
Μάριος Πετρώβιος dicitur, M. Petronius.

107 M. Fauonius. Φαυώνιος. Monet Robertus
Steph. triplicem huius nominis lectionem in Dione ex-
tare, quae varietas librarij utique est, ego Φαυώνιον ma-
lim ubique legi.

107 Remissionem à Senatu flagitassent. ἐν-
στάσις τινός. Quae vox an genuina sit, compertum non
habeo. videtur tamen priuilegium, quod vocant, si-
gnificare, cum quis legibus soluitur. Rei huius me-
minit Suetonius, ac Cicero ad Atticum libro primo.

Ex iisdem locis, ac Ciceronis pro Domo sua oratione, itémque Appiani Alexandrini libro secundo ἐμφωνίῳ satis patet, equites publicanos fuisse. Omnia Pompeij acta. Quod in Græco legitur ἄπορ ταχέως, ego ἄπορ ταχέως lego.

108 Ridiculè omnino suppressit. γελοίως enim adverbialiter accipio, quasi diceret: Cato ridiculè egit, quòd legibus Julijs utens in iudicijs, nomen earum aspernatus est. Q. autem Fufius. Constanter hic Q. Fufius à Dione nostro etiã sequentibus locis dicitur, cum apud Ciceronem multis locis Fufius dicatur. Sed & Carolus Sigonius, vir longè doctissimus, diligentiaq; exactissima, in suis Luvianis annotationibus, etiã in Capitolinis monumentis Fufium legi, atque ita ubique scribendum esse testatur. Ceterum totus locus satis obscurus est. Quòd Robertus pro ἀπώτερα legit ἀπώτερα, probo.

Carolus Sigonius.

109 Per quendam L. Vectium. In Græco de prauatè ἐξελίξω pro ἐξελίξω legitur. Cicero epistola penultima libri secundi ad Atticum, Vectium hunc nominat. Plutarchus in fine Luculli Βρόττιον, mendosè, nisi fallor, nam & Appianus ἐξελίξω appellat, libro secundo bell. ciuil. Quòd verti, Nihil certi cognoscebatur: in Græco, ἐ γὰρ πρὸς καὶ διελίχθη, credo scriptum fuisse διελίχθη, διὰ τὸ διελίχθη, hoc est, à conuincendo, & certò deprehendendo.

109 In defensione Antonij. C. Antonij, qui Consul fuerat cum Cicerone. Frequens mentio fit huius rei apud ipsum Ciceronem: præsertim epistola ad Atticum sexta, in oratione pro L. Flacco, & M. Celio, qui Antonium in ius vocauit. Damnatum au-

tem

tem exilio fuisse Antonium, ex secunda Philippica patet, & sine libri Dionis 45.

111 Quàm ut in posterum tutus esset, in Græco à ἴνα καὶ δεύειν, quod integrum mihi non videtur: sensum volui exprimere, sicut & in eo quod sequitur, Ab eo quod infectum fieri: quæ verba mutila sunt in Græco.

112 Ad gratias defensoribus suis. Sensus enim, & ἀσβεστον ipsum videtur ostendere, pro ἀμενόνων, ἀμενόνων scribendum. Ita invidia vitandæ causa dicta. ἐπιχαρίως, fortè ἐπι χαρίως. De his collegiis à Clodio instauratis, Cicero in oratione in L. Pisonem. ut & ibidem de Censoria potestate abrogata, & pro Domo sua. Apud utrunque ordinem. κατ' ἀμφοτέρων σφισι, nempe apud Senatum & equites. nam ad hos iam tum iudicia erant translata à L. Aurelio Cotta prætorè, ut Liuiana Epitoma nonagesimasextima habet, & Velleius Paterculus apertius: Per idem tempus, inquit, L. Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus creptum Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatum transtulerant, æqualiter inter utrunque ordinem partitus est, &c.

114 Equitis habitu. ἰππίδι, fortè ἰππίδι, aut ἰππίδι.

115 Clodium Pompeio affinitate quondam iunctum. Nimirum propter Q. Metellum, qui altero ante anno fuerat Consul: cuius sororem in matrimonio Pompeius habuerat, quem Metellum Dio supra libro tricesimo septimo, folio nonagesimo sexto testatus est, Clodii propinquum fuisse. Fugæ indicta causa facienda. ὡσαύτ' ἀνεζήτησας, φεύγειν aut similis vox hoc loco in Græco desideratur.

115 Longè superiorem se inimicis futurum
 ὡς καὶ πολὺ τῷ ἐχθρῶν ὑπερείσων. *Id participium un-*
de formatum sit, mihi cum doctissimo Roberio dubita-
re subit: neque scio mendosè ne, an nouè dictum sit. Cer-
 τὲ ὑπερφέρειν cum accusatiuo constructur, ut ne ὑπερεί-
 σων quidem legendum sit: cuius unum exemplum ad-
 dam, quod nunc in promptu fuit, ex Appiani libro se-
 cundo belli ciuilibis καὶ διεσείετο μάλινα τοῖς ὑπάρχουσιν
 ἢ γνώμῃ ἰσὸς θείας ἢ φθόνου, ὡς τῷ ἀνδρῶν καὶ τὰ
 ἀλλὰ αὐτοῦς ὑπερείσόντων ἐν τῇ πολεμείᾳ. *Id que mul-*
ti etiam senatores fecerunt. καὶ πολλοὶ τοῦτο καὶ
τῷ βεβλητῷ, deest textui ἐποίησαν. Criminatus est.
 ὑπεκάλει. *Haud scio an malè, pro ἐπεκάλει, ut saepe lo-*
quitur.

ὑπερφέρειν.
 verbi con-
 structio.

116 Interrogatusque à Clodio, παυόμενος om-
 nino scribendum est, non παυόμενος ἔ pro οὕτω μόνον,
 satis patet ex ipsa sententia, οὕτω ὡμὸν scripsisse Dio-
 nem, aut potius οὕτ' ὡμὸν. Patet hoc satis ex oratione
 etiam Ciceronis in hunc ipsum Pisonem, ubi id ipsum
 ei exprobrat his verbis: Idem illo serè biduo productus
 in concionem ab eo, cui sic equatum praebebas Consu-
 latum tuum, cum esses interrogatus quid sentiret de
 Consulatu meo, grauis autor, Calatinus credo aliquis,
 aut Africanus, aut Maximus, ἔ non Casonius Se-
 miplacentinus Caluentius, respondes altero ad fron-
 tem sublato, altero ad mentem depresso supercilio, Cru-
 delitatem tibi non placere. Et quae sequuntur, pluri-
 mum lucis huc allatura. Sequitur paulo post in Gra-
 eco parenthesis, ante vocem ἔξω inchoanda, ἔ post ἐπι-
 ἔσθ claudenda. Et quod sequitur, πῶ μὲν γὰρ, γὰρ
 est

est t
 ann
 I
 du
 Gra
 gini
 tini
 dis
 faci
 enin
 fect
 qua
 alit
 Cic
 ἐν τῷ
 stri
 dixi
 com
 ἀνα
 I
 ἀλά
 δὲ
 trio
 losop
 ean
 ra a
 que
 bon
 nit
 prim
 ca e

est inducendum: qua rectè sunt à Roberto Stephano annotata.

117 Iusúsque est abesse Roma ultra quadringenta & sexaginta octo millia passuum. In Græco sunt stadia ter millia, septingenta, ac quinquaginta: qua tot, quot ego posui millia passuum (nam Latini fere ijs, non stadijs utuntur in distantijs indicandis) ac præterea passus septingentos & quinquaginta faciunt. Cicero libro tertio ad Atticum: Allata est enim mihi rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum esse audieramus, erat huiusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. Plutarchus iterum aliter paulo, qui edictum ait, ne quis hospitium daret Ciceroni intra quingentesimum ab Italia miliare, ἐν τῷ μιλίῳ πεντακοσίων Ἰταλίας. Itaque autoris nostri summa præcisè posita mihi videtur. Quod autem dixi, Impurè à quouis occidi possent: lego in Græco non ἀνά τι, quod locum non habet, sed una dictione ἀνά τι, quod est ἀνευ τισῶς καὶ τιμωρίας.

Miliare v. num Itali- cum octo stadiis constat. stadiū 125 passib⁹.

121 Oberraréque nomen extorris ferentem. ἀλάδῃ, non aspiratè ἀλάδῃ. Cùm enim duo sint. δύο ἢ τρεῖς ὄντων, ἕξ ὄν. tolle τρεῖς. Hominum arbitrio atque opinione. νόμον τε καὶ δοκίμας τυί. Philosophicè enim Δία voce νόμου hoc loco usus est, φύσει eam opponens, cùm sanitatem corporis & mentis reuera ac suapte natura, vel simpliciter bona vocat, eorúmque contraria, mala. Reliqua tantùm iudicio hominum bona aut mala vocari. Hoc modo νόμον τῆ φύσει opponit multis locis cùm Plato, tum Aristoteles. Aristoteles primo Ethicorum Nicom. libro ait, tantam versari circa eorum bonorum, quorum cognitio moralis est philo-

ἀνά τι.

νόμος φύσει
opponitur.

sophia, opinionum diuersitatem, ac errorem, ut multis ea non per se, ac suapte natura, sed tantum hominum iudicio & instituto bona esse videantur: ὡς εἰ δὲ οὐκ ἔστι νόμος μόνον εἶναι, φύσις δὲ μὴ. Sic in secundo Physicæ auscultationis libro eadem voce usus est, in recitanda Antiphontis de Natura sententia. Plato in Gorgia ait νόμον in plerisque τῆ φύσις contrarium esse: id est, ferè aliter vulgò de rebus iudicari, quàm natura earum fert. Idè νόμος alio vocabulo. Δείσις ab iisdem dicitur. Sed hæc aliò pertinent, monere tamen rudiolem lectorem volui. Iam nec honores nec ignominia, &c. In Græco ante ἐπισημῶν videtur deesse εἶτ: ut sit, νομίζουσιν, εἶτ ἐπισημῶν, &c.

Non.

122 Neque in nostra potestate. αὐτῶν pro αὐτῶν legendum cum Roberto Stephano. Ut visum fuerit fortunæ. Platonico, adeoque Aristotelico more fortunam vocat fatum: hoc est, res ita contingentes, ut earum causa nos lateant.

123 In hanc deueneris calamitatem. ἐπισημῶν legendum, pro ἐπισημῶν. Robert. Quàm cum officio tuo satisfecisses. ἢ ante καλοπράγας deest. & σωμῶνας scribendum superius.

124 Quid Annium. Quis is Annius fuerit, fateor me nescire. Certè de Græco loqui videtur homine, ut mendosam vocem existimem. In omnes partes abripiuntur. Deest in Græco ἑστῆεν, aut φέρον, aut aliquid tale.

125 Ac ne tibi vel Drusi. Exempla adducit eorum, qui in seditionibus ad magnam dignitatem elati, post subitam perniciem inuenerunt. De Druso hoc Appianus, Florus, & alij videndi sunt. Scipionem autem quem dicere voluerit, ambiguum est: ego Nasicam intel

ligo eum, qui cum Tiberium Gracchum occidisset, post ipse in exilio perijt. In Græco præterea mendosè bis μέμνηθε pro μέμνησας legitur. Et hæc verba, ἀμείνων καπιτωνίης, mendosissime habent. Aut igitur ἀμείνων τῆς καπιτωνίης legendum, quod ego in vertendo sequutus sum: aut ἀμείνων τῆς ἀπειρίας, cum Apuleio (erat enim à L. Apuleio Trib. pleb. furri postulatus) potior iterum habitus esset. Prædium maritimum. Robertus ex P. Victoriolo legit παραθαλάσσιον, pro παρθαλασσίδιον: cum tamen hæc vox etiam infra libro 54. legatur, Qui oblatum tibi repudiaris. Quod nimirum inter viginti viros diuidendo agro Campano esse noluerat. Velleius.

126 Potiorem cognoueris. In Græco post καὶ δεῖσθε, deest verbum, puta σκοπεῖν, aut simile.

127 Per Ninnium. Cicero libro ad Atticum tertio Numij cuiusdam meminit, qui causam suam adiuerit. ac nescio isne sit, quem hic & supra 'Dio Ninnium vocat. Hoc quidem loco Avlæ malim, ut de T. Annio Milone intelligatur, cuius studio ac contentione Ciceroni reditum confectum, omnia monumenta testantur. Pro ἐν ἐξοσίᾳ, τῇ ἐξοσίᾳ scribendum est. Et post, pro ἠναλίετο. scribe ἠναλίετο. Inuicem diuulsi. Διαπαρέτες scribe.

128 Rhodanum transire. ἐχούτες τὸν τε Ρόδα-
ρον. ad ἐχούτες γνώμῳ addendum cum Roberto cæscō.
Heduos. Pro Διδέων, Αἰδέων. Ἐ. mox, αἰδέου legendū.
ut infra folio 146. Robertus etiam docuit.

129 De regione aliqua. Pro ἐπιχωρίᾳ τῆς, le-
go cum Stephano, ἐπὶ χώρα τῆς.

130 Partemque regionis. Lacuna est hoc loco, asterisco notata. Ex commentarijs Cesaris sensus facile

suppleri potest. Verba autem hæc sunt de Germanis. Germanis illis Ariouistus. Adnotandum hoc duaxi, Celtas constanter Κέλταις Dionē dicere, cū de Germanis loquitur, cū hoc tum sequentibus in libris, & infrā libro quadragesimoquarto, in funebri oratione Antonij de Cesare, Germaniam Κελτικῆς, Celtica, nomine appellat. Proximo libro, Belgas itidem Celticos nominat, ut ex Cesare patet. Enimuerò infrā folio 70. Rhenum Celtas à Gallis diuidere cū dicit, haud dubium est quos Celtas dicat.

133 Samnitas. In Græco malim Σαρνίταις, quàm Σαρνίταις, noto errore, & in alijs etiam frequenti.

134 Asiam minorem. In Græco est, τὴν Ἀσίαν τὴν ἐπὶ τὴν Ἰωνίαν, Asiam quæ est circa Ioniam. quibus verbis circumloquitur Asiam minorem, ut patet. Iberiam in istis locis positam. τὴν Ἀλβανίαν τὴν ἐπὶ. Id ad discrimen Hispania, quæ Ἰβηρία ipsa etiam dicitur, additum. Nam verba in Græco transposita affirmo: atque has voces certè, τὴν ἐπὶ, ad Ἰβηρίαν adiungendas. Cui multi sunt intenti. ἐπιθυμῶσιν αὐτῆς, non αὐτῆ, Rob. Steph.

135 Hostibus ut subinde aliquid. πολέμιων repono, pro πολέμων. Etiam absque hac nostra opera essent. μὴ ποιῶμεν legendum, pro ποιῶμεν.

136 Aliena quoque bello inuadant. Luculento vitio ἀλλοτριῶν pro ἀλλοτρίων textus habet.

139 Barbarus autem Romanum. ἀλλότριος, haud dubiè falsò. neque enim Allobrox fuit Ariouistus, (& iam sub Romanis erant Allobroges) sed Germanus. ἀλλότριος, aut aliquid aliud scripsisse Dionem censeo.

Ex

143 Ex chalybe factos. χαλυβιδιάς scribendum, non χαλυβιδιάς. Neque inuadi. ἀπόρομικῆς emendo, pro ἀπόρομικῆς.

144 Quod omnes neci erant expositi. ἀτε καὶ μιάς ἐπιποκοπῆς ὄντες. scribendum ἐπιποπῆς, id est, quod simul & eodem loco omnes cadi possent. Sic locutus est infra lib. 49. folio 543. ubi scripsi: Ac iam simul omnes posse concidi. In genitiuo est, καὶ μιάς ἐπιποκοπῆς ἔτι; quod genus dicendi obseruent studiosi.

IN DIONIS LIBRVM XXXIX.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

145 Quomodo Cæsar bellum contra Belgas gessit. Quos Cæsar (quem nos potissimum autorem secuti sumus) Belgas vocat lib. 2. Comment. eos Κελτικῶς hic & alibi Dio vocat, quasi Germanicos, quod (ut ait Cæsar) plerique essent orti à Germanis: quos Κελτῶς, Celtas, noster subinde vocat. Decimus Brutus. Δέκιμος falsò. Δέκιμος hic & aliàs ubique scribendum est. Prænomen hoc Latini litera D. indicant. L. Marcius. Δ. Μάρκος, scribe Μάρκος. Aenobarbus. Ανωβαρβος vitiosè, pro Ανωβαρβος, sic enim & alij scribunt, & ipse autor infra lib. 48.

146 Adra summæ rerum præfecto. Ἀδρᾶν ἀποστολόμενοι. Huc Adram, siquidem non (quod suspicor) menda est in Dione, Galbam Cæsar vocat li. 2. Nunc esse regem Galbam, ad hunc propter iusticiam prudentiamque, summam totius belli omnium voluntate deferri. Quod enim Robertus ἀρᾶν legit, quasi dixerit Dio, execrationem coniurationi ab ijs adhibitam, non probo. ἀποῖς ἀδρῆς enim præficere ac præponere significat (quomodo etiam cum alijs autor noster frequenter

usus est, ut infra sub initium libri 45. de Batone, & alibi) non addere aut adycere, nisi ἁποδείξειν pro voce ἁπος ἡ ἀμεινὸς supponere velimus. quod cur faciendum sit, non video: praesertim cum nullius deuotionis à Caesare (cuius Commentaria quasi in compendium autor noster redegit) mentio facta sit: neque verisimile videatur, nomen ducis huius belli à Dione omissum. *Que mea sententia non in hoc proponitur à me, quòd detractum honori Roberti Stephani, à quo dissentio, velim: (quid enim impudentius, quàm me iuuenem, ac vixdum eruditulum, viris doctrina & usu literarum praestantibus, reprehendendi studio velle obgannire?) sed, ut salua eius existimatione, meam tamen fidem praestem, quàm in hoc labore studiosis obstrinxi. quòd cur non liceat mihi in tanta iudiciorum libertate, non video. Idq; in posterum etiam, si res ferat, ingenuè sum facturus: neque me tam eorum autoritas, qui luminibus meis officere possunt, deterrebit, quàm eorum ipsorum candor, propositi que mei tenendi necessitas consolabuntur. Quos autem ego Rhemos verti, hi vitiosè hoc loco ῥῆμοι, cum sint ῥῆμοι, facili imperito librario errore, vocantur. ῥῆμοις, ipse etiam infra dixit. Neque vè oblitus sui Dio eosdem ῥῆμοις & ῥῆμοις vocasse credendus est.*

147 Ab hoc facto in subigendis. In Græco ἕδεν ἐτι μέγα ἔργον, non ὄτι ponendum. Aduatici. Ἀττατικοί. Nos cum nihil in id genus nominibus Græcis mutare temerè vellemus, Caesarem in vertendo secuti sumus. Sub hastam missi sunt. id est venditi. ἰσπαθῆσαν, non ἰσπαχῆσαν, Roberto etiam teste. His ita gestis Caesar. ἐπεὶ δ' ἔτ' ἰσπαθεῖ. Nisi mendum infit in his verbis, deesse aliquid videri potest. Ego
sensum

sensum aliquem exprimere malui, cum ex C^saris lib. 1. sine pateat, nihil deesse.

148 Sergius Galba. Γάλβας ὁ Σεργίος legendum, Robertus docuit. Ego Σεργίος malim, Galbarum enim hoc nomen fuit. Præter hos Spinther. ὁ, τε Σπινθηρ. non ὁ γδ. Et pro Μίλων, Μίλων.

150 Legis Curiatæ. πλὴν γδ εἰσφορὰν ἢ Φρατρίαις νόμος. Frequens est huius legis Curiatæ, cuius in adoptionibus fuit summus in republ. Roman. usus, mētio apud optimos quosque auctores. ac præsertim quod ad hanc ipsam causam attinet, apud Cicronem in rationibus pro Domo sua, de Arusp. responsis. & de prouincijs Coss. Meminit & Dio alijs in locis, ut lib. 45. ubi ostendit adoptionem Octauij in stirpem Cæsaris Antonium prohibere cupientem, lationem legis Curiatæ impedisse. Rem explicat etiam Gellius lib. 5. cap. 18. Omnium tamen apertissimè Appianus Alex. libro bell. civil. 3. de c. Octauiano Cæsare, Consule cum Qu. Pedio factò, in hæc verba scribens: Sacris peractis, lege Curiatæ patris adoptionem (scilicet Iulij Cæsaris) stabiliuit. Hoc enim modo populus adoptionem confirmat: legique à curijs, in quas tribus diuise sunt, nomē est. Est q̄ hic modus adoptionis omnium maximè legitimus, quo ei qui adoptatur, in cognatos & libertos adoptantis idem quod veris filijs eius datur. Quæ vis legis Curiatæ in iudicijs fuerit, Dio sequenti pagina ostendit.

151 Petitque ut à Spinthere. ἔτυχεν ὡς ἐ ὑπάτου. lego autem, ἐν ἔτυχεν ὡς ἐ δι ὑπάτου. Hæc historia plurimum facit ad Ciceronis epistolæ quas p. L. Etulo Spintheri scripsit, intelligendas: itēque ad orationem pro Rabirio Posthumo, & alia loca.

152 Magnopere ei studebat, ἰχυρῶς ἤπετο, legendum

Lex Curiatæ.
Adoptio.

dum omnino σωήρεθ: quæ vox etiam in Xiphilino hoc loco habetur.

153 Quanto enim minus id eis. *Divinandum fuit de sensu, loco admodum depravato, in his verbis, τούτο τὸ πλῆθος ἔχει.* A. Plautius. πλατύσιος cum esset, πλατύσιος legi, latinitate nominis adductus: nihil enim hoc de Tribuno pl. mihi constat.

154 Hæc cum vates expiare. ἀκέαδης emendo, pro ἀκούαδης. M. Cato reuersus ad urbem eum restituit. ἀνέσωσεν αὐτὸν, non αὐτοῦς legendum, sententia ipsa docet.

157 In petendo autem Consulatu. πῶς ἢ δὴ ὑπάτειαν τῷ παραμάτῳ ἔχει, mendosè nimirum. Itaque emenda: πῶς ἢ δὴ ὑπάτειαν αἰτῶμαι παραμάτῳ ἔχει. Magnoperè ornatum. *Sensum secutus sum, non vocem Ἐπιτεμένω, haud hubiè vitiosam: nec tamen subit, qua ratione emendari possit.*

158 Atque ex sociis quidam. *Haud parua lacuna hoc loco acta est, quæ sequentibus etiam non parum tenebrarum offundat. Historia ipsa ex Plutarcho & Appiano Alexandrino suppleri potest. nam locus omnino mirum in modum est depravatus, aut perditus verius. Ego verba utcumque secutus sum, ex quibus tamen sententiam me certam nullam elicere potuisse ingenuè confiteor.*

159 Summisso in hoc. Κάτωπα τὸν Γάϊον ἐπιέντες, pro ἐπιόντες legendum. Steph. monet. Eos enim occurrentes. *Deest haud dubiè nonnihil ante hæc verba, igitur asteriscum præposui.*

161 Soli duo Tribb. pl. C. Atius Capito. *Ex sequentibus liquet, hic δῆμαρχος pro δημοσία esse emendandum.*

162 Nam ibi quoque nuper. *In Græco post* *ἔπειτα*, parenthesis claudenda est. quod etiam Robertus vidit. sed ἀρχεῖν vocabulum abundat. Quod in manibus erat. ἐνωμένον depravate legitur, & mutilata periodo.

163 Nam in omnibus concionibus. Videtur hic locus ita emendandus, sublatiς καὶ ὁ πρὸς particulis: ἐν τῷ τῆς αἰῶνις αἰῶνις τοῦ δήμου, ἐν αἷς γε καὶ ἑκβυιοῖς, πάλαις, τῆς ἰδιωτικῆς πρὸ τῆς, &c.

164 Haud palàm essent. ὡς περ εἰ αὐτῶν ἔλαθον legendum est pro τῆς ὁ ἔλαθον. Et in voce ἀμαρτόντες inest obscura ambiguitas. Ut à proposito discederent. κατὰ λαλεῖν pro κατὰ λαλεῖν scribo. sicut supra libro 37. folio 96. à petitione destitit, κατὰ λαλε πῶ αἰῶν. Et paulo ante, ante πῶ δὲ λαλεῖν, præpositio ἀδὲ addenda est. Aliis inuid. φθόνῳ, non φόνοῳ. De elephantorum pugna quæ sequitur, lege Plin. l. 8. Nat. hist. c. 7.

165 Ad aquam perennem. ἰσθμῶν ἀεινῶν. Xihil. φαεινῶν, id est perspicuam, limpidam.

166 Ut & Hispanicas res. Menda insignis, ἵνα τὰ Τιβέριαι; ego ratione historie ipsius ductus, ut autorum testimonia præteream in re non dubia, ἵνα τὰτ' ἐν Ἰβηρία corrigo. Quasi verò non in Republica. ὡς περ ἔκ ἐν τῶ δήμοισι. Lego autem ipse: ὡς περ οὐ καὶ τῶ δήμοισι. ita enim Plutarch. in Crasso: ταύτας φασὶ Ῥωμαῖοι τὰς ἀράς ἀποδίτευσ οὐκ αἰσ καὶ παλαιὰς τῆ αὐτῶν ἔχειν δύναμιν, ὡς περ εἰφεύγειν μηδένα τῶ ἐν χαθὲν τῶ αὐταῖς, κακῶς ἢ πρᾶσαι καὶ τὸν χρησάμενον οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν αὐτάς, οὐ δὲ ἑκ πολλῶν ἐγείρατ. καὶ τότε οὐν ἐμέμφειτ τὸν Ἀπίον, εἰ δὲ ἦν ἐχαλίπαυε τῶ Κρασσῶ πολιν, εἰς αὐτῶν ἀράς ἀφῆκε, καὶ δεισι δαιμονίαν τῆ αὐτῶν.

Bellum;

Qui

Qui enim Atius Dioni est, cum Plutarchus vocat Atcium. Per Ligerim fluium. αἴγες habet textus hic & alibi deprauata voce, ut existimo. Caesar li. 3. hac de re loquens: Naues interim longas adificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, &c. Ea verba secutus sum. αἴγες scripsisse Dio videtur, ut infra libro 44. fol. 262.

167 Decimus Brutus. Δέιμος ubique scribendum supra etiam monui. Ne remis quidem. κωπῶν προκωπῶν scribendum, rectè id Roberto monente.

168 Vbise superiorem. ὄπτε μὲν γὰρ κρείττον. &c. Mancuse est hic locus in Græco.

169 In Vnellos miserat, quibus præerat Viridoux. Casarem sequor. frequenter in hoc & alijs Græcis autoribus deprauata nomina huiusmodi esse comperitum habens. Ita vt sua castra defendere. Verba sunt hoc loco vitiosa. ἐρημα enim in ἴρημα vertendum fuit: quanquam ne sic ceteris saluis.

170 P. Crassus. M. filius. Μάρκος, non Μαρκίος. Et quos Απιάτας Dio vocat, modo sic ille scripserit, ἢ Σοντιάτας Casari dicuntur. In quodam colloquio. (Caesar non meminit. Et ἐξ ἀπάδης, scribo ἐξ ἀπάτης, Sertorianos. Σερτωπίης. Fortè Σερτωρείης, Robertus etiam monet. Tenchtheri. Probo Roberti Steph. iudicium, mecum hæc ex Casare nomina restituentis. ἡπας & Τερσιπιδας Plutarchus quoque vitiosè vocat in Casare. Lego autem hic: τὸ μὲν τι καὶ πρὸς Σούλων ἐκλαδίης, τὸ δὲ καὶ πρὸς, &c.

171 Omissaque profectio. καὶ τέρτε ὑποχόντες & ἀπορίας. Coniecto scriptum ab autore ita esse: καὶ τέρτε ἐπιχόντες πλὴν πορείαν. Eleganter dum plerique ducere literas & contrahere in unam multas la-
boraue

borauerūt, multos in bonos libros errores inuexisse cōstat: cuiusmodi in præpositionum & articulorum ac syllabarum finalium peruersione sunt plurimi.

172 Rhenus ex alpibus Germaniæ. Egregiè, scilicet, Dio Rhenum descripsisset, si ex Celtibericis (est enim Κελτικῶν in Græco) alpibus ortum eius duceret, quo quid imperitius? Scripsit autem Κελτικῶν, hoc est Germanicis. Atque hic locus ostendit id quod supra diximus, Germanis Celtarum nomen à Dione tribui.

Celtæ.

Britannia millibus passuum ad minimum quinquaginta sex, cccc L. stadia enim tot millia passuum, insuperque quartam miliarij partem efficiunt. Cæterum in Græco mendosè ἐξᾶ pro ἀπέξᾶ (quod est distare) legi, Xiphilinus etiam testimonio esse potest, qui ad verbum hæc describens, ἀπέξᾶ habet. Porro, idem ex Dione in Tito ostendit, Cn. Iulium Agricola bellum Britannicum gessisse: itémque Tacitus in Agricola. De his autem quæ sub Senero in Britannia acta sunt, Herodianus consulendus in tertio. Iterum, ἐς τε τὸ πλάτος. τε expungendum: idque Xiphilinus etiam omisit.

174 Romanis longè præstabant. πολλὸν ἢ ἐναντίων περισσῶν, non πολλοί. Robert.

175 Quater millies sestertium. μυρίας μυριάδας, hoc est, cætena millia drachmarū (neque enim de sestertijs, sed de drachmis loquuntur Græci autores) seu denariorum. Qui modus loquendi cum sit in lingua Latina insolens, eo utendū mihi hic & alibi iudicari, quem Latini scriptores, usurpassent. Animum adiecit. ἐνὸς καὶ παρασκευάζω, non ἐνός. Ita Appianus etiam in Syriaci, & Parthici initio.

176 Berenice. Βερενίαν scribendum, ut ante. Porro

ro quod sequitur, πρὸς τὸν, καὶ τοι, deest vox πατέρα, aut πατολεμαῖον, ante καὶ C. Eo modo Gabinus. Asteriscum praeponi: nam deest haud dubie Gabinij contra Aegyptios praelium, ac victoria.

177 Ne ipse suorum delictorū delator. αὐτὰρ γελος corrigo, cum legatur αὐτὰ γέλωτος.

178 Affinis Pompeij esset. Frater nimirum P. Clodij; de qua re supra dictum. Paulo superius, αὐτὸς ὅτε Δομίτιος, scribo αὐτὸς, &c. Gabinium hoc in summam invidiam vocavit, καὶ αὐτὸν καὶ ἐκείνο δεινῶς ἔπεισεν, nullo sensu. fortè ἠπειθῆν, aut tale aliquid. Totus locus satis confusus est, nec (ut opinor) integer. Quamvis reclamante Pompeio. Deest aliquid huic orationi: & pro ἀνείπωντες, ἀνείπωντες legendum videtur. Inde ædes. αἵ τε οὖν, οἰκίαι addendum docuit Robertus.

179 Ea non modò absens. Locus in in Greco mendosus, si tamen pro πῶσιν C. ἐποίναν ponatur, & ante οὐδ' ἐπελθόντας, ἀλλὰ addatur, constabit aliquo modo. Cic. pro Gabinio diceret. σὺν ἀγορεύοντες, pro ἀγορεύοντες scribo.

180 C. Pomptinus. ita enim libro priore vocatus est: & pro χράματα, παράματα legendum, Robertus erudite vidit.

IN LIBRVM DIONIS XL.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

In Consulum nominibus sunt multi errores, ex ipsius auctoris verbis tamen haud difficulter castigandi. Καλαίνιος, scribo Καλαίνος; sic omnes alij, sic infra ipse Dio

Dio. M. εαλέριος, Adde Μεσαλάς. Πορὸ scribo, Γν. Πομπηίος, Γν. υ. Μάγνος τὸ γ. Κ. Κακίλιος Μέτελλος Σκηπίων, Νασικὸς υἱὸς (fuit enim à Metello adoptatus.) Jam pro Σέρπος, Σερέιος scribo: sic enim aliàs semper Dio, ad eúmque etiám hac Κ. υ. βέφος pertinent. Quæ sequuntur, ita scribe: Μ. Κλαύδιος Μ. υ. Μάρκελλος. Λ. Αἰμίλιος Μ. υ. (puo enim Μ υ. ad hunc pertinere, non satis certo scio, neque admodum refert.) Παύλος. Huius collega omissus est, sed addatur ex Dione, Γ. Κλαύδιος Μάρκελλος.

181 Anno ab V. C. septingentesimo. Notandus hic locus est, qui fide dignum enumerationi annorum ab Roma condita testimonium fert, qua nos cum multis alijs vivimus. Quod sequitur: Iisdem L. Domitio, &c. in Græco, & Δομίτιος ἀπὲ Λακίς. quod ἀπὲ adiectum est à Dione, nisi fallor, ad discrimen eius Domitij Cnei, qui statim sequenti anno Consul factus est. Itaque nihil muto: quanquam αὐτοῦ diuini legi Roberto placeat.

182 Undiquaque terræ accedebant. πολλαχόσε ἀμα αὐτοῦς κατὰ χεῖν, non αὐτοῖς. Ad Suellam. Cassi- uelaunum Cæsar nuncupat.

183 Ab Eburonibus. Robertus ex Leonicensi αἰχμαλώτῃ addendum censet: quod ego planè non probò, fierique omnino potuit, ut hic quoque usus non emendato exemplari, illud (captivi) de suo diuinans addiderit. Certè Cæsar nihil habet huiusmodi, neque congruit huc: Populus enim, non captiui, presidium impositum sibi molestè nimirum tulerunt. Ego aut εἰλούρωτοι, aut οἱ εἰσρωτες lego. nam quin Dio ἠγήμενοι (non ἠγήμενοι) scripserit, dubium non est.

184 Eos nocte proxima adoriri. & ἐκείνοις (non

ἐκείνου) μέλλειν lege.

185 Ob abundantiam suorum. *ἄξιον* & *περισσίας*. *ἄξιον* pro *ἄξιον* lego cum Roberto. Neruius quidam. Vericoni nomen fuisse, Caesar prodit. *διὰ γὰρ ἑνὸς* autem una voce scribendum, astipulor Roberto.

186 Ab Indutiomaro. *Ἰνδουτιομαρῶς* rectè emendat Stephanus, pro *Ἰνδουλιμαρῶς*.

187 Talymenus Ilaces. Fortassis *Σιλλάκις*, ut à Plutarcho & Appiano dicitur. Ut vrbs euerteretur. *καὶ δὲ τῶν καὶ ἀνέστησαν*, est in Græco. deest igitur, *ἀντὶ τοῦ οἱ Ῥωμαῖοι*. ita enim habet Plutarch. in M. Crassi vita, & Appianus Alex. in Parthico.

188 Nonnihil concesserunt. *καὶ τὸ ἐαυτῶν ἔστιν* à *ἀπομένοντι*, lego cum Roberto: & *ἔχουσιν* quod subsequitur, ad *ὄνομα* pracedens refero, ut post *ὄνομα* comma, non punctus ponatur.

190 Bubo enim. *καὶ γὰρ βύα. βύας* lego: ita enim no minandi casu dicitur, aut pluraliter *βύαι*. Quod autè dicit, *κύνες ἠκίζοντο*, Vlulauerunt vertendum duxi, quod omni habebatur: Obscœ nique canes importunaq; volucres Signa dabant. -- inquit Maro. & pro *φιδονεῖαι*, nisi quid deest, *φιδονεῖαις* dandi casu legendum.

192 Augarus Osroenus. *Ὀρρολῶδες* est in Græco perperam, pro *Ὀσρολῶδες*, quo modo alibi apud Dionē legitur. Esse autem Osroenem Asia regionem, Armenia finitimam, ex Geographis liquet. Verùm hic Augarus à Plutarcho *Ἀριάμνης* nominatur, Ariamnes: ab Appiano *Ἀκκαρος*, Acbarus. Cùm tamē tota narratio de Crassi bello Parthico, interitūque, ad verbum fermè Appiani Parthico libro sit inserta, non minor ea septē paginis. Quod cùm demirarer animaduersum à me utriusque lectione, in eam veni cogitationē, primam ac

De Parthi-
co Appiani
libro.

maiolem partē eius libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus, intercidisse: ac à quodam alio ex Plutarcho, quantum eius potuit fieri, suppletum fuisse. Nā profecto etiam hac quæ post finem verborum Plutarchi Appiano intextorum sequitur, minimè cum prioribus coherent. deest enim omnis Parthica historia, à morte Crassi vsque ad Ventidij contra Labienum bellū: quam haud dubiè diligēter Appianus persequutus fuerat, sed cum antecedentibus perijt. Quinimo reliqua etiā pars istius Parthici, ferè tota ex Antonio Plutarchi est descripta. Id etsi nonnihil alienū ab hoc loco, tamen obiter commemorare volui: ut si qui hac nostra legentes fortassis eandem rem animaduertissent, quid nos sentiremus, intelligerent, rudiorēsque dubitatione aliquatūm soluerentur. Ego tamen cū Dione Augarū hic legere in alo, cum etiā Xiphilinus ex Dione in Caracalla, & Herodianus libro tertio Augari cuiusdam Osroenorum regis meminere: ut id nomen omnibus Osroenes dominis commune, sicut Arsacis Parthorum, fuerit. Sed hac satis.

Augarus.

193 A suorum acie subductus. διὰ τὸ φάλαγγος, non ἐπὶ. Letali vulnere. κεφαλα, lego καρπια. Et paulo supra, ἢ καὶ ἀναπεσόμενοι cum Roberto legerim. Aduerlus hostes apertè congressos. pro ὡς ἐπὶ προσμόνας, scribatur, ὡς ἐπὶ πρὸς μόνους. & post ὅτιθεν ἐς τὰ ἀδύγιον προσώ. Paulo post, pro προσέλλαν, legit πειρὶ ἑλλαν Robertus: & rectè, mea sententia.

194 Undique circumequitando. πάντη pro πάντα malim. In tenebris. ἐν τῷ σκότῳ, non σκοτῷ. & post αὐτὸν, pro αὐτὸν scribo.

195 Carras sese receperunt. Insignis menda, ἀκρας pro Καρρας subrepente: neque opus est multis in ea castiganda verbis. Quis enim nescit, quòd Crassus

Affyras Latio maculârit sanguine Carras? Atque ipse Dio folio sequenti Carras nominat. Ut interdum discedens latéret. καὶ ἀφορίων reponendū est, pro καὶ ἀφορίων. Calsio Longino Quæst. τῶ ἀσπίς, mōstrose: ego τῶ ἀσπίς lego. Fuit enim is C. Cassius Loginus Quæstor M. Crassi eo bello, ut & Epitome Liviāna 108. & Velleius Paterculus produunt. estque is, qui C. Cæsaris cum Bruto necem peregit. Facitque in sequentibus libris Dio huius Quæstura ipse mentionem. Ad insaniam. καὶ τὴν καὶ διὰ ἀπονοίας lego.

196 In equum impositus. ὅτι τὸ ἵππον ἀνέβαλον lege, non ἀνέβαλον. Hinc ἀναβαλεὺς dictus Græcis. Ut quasi pauperem eum miseraretur. ὡς καὶ ὡς πένυτας οὐκ ἐλεῖσθαι legit Xiphil.

197 Itaque Calsius eos. Doctè annotavit ex Cic. & alijs Robertus, hic & deinde Cassium, καὶ αἰον, non κρᾶνον legendū. quò accedit etiam Xiphilini testimonium: quanquā statim ipse etiam Dio Cassiū nominat.

198 Quanquam Senatusconsulto. De hoc infra fol. 207. lege. M. Marcello. Μαρκέλλινος vitiosè, pro Μαρκέλλος legitur. Molestè etiam num. ἐτι καὶ τότε lego, ut vult Rob. Qua hostib. terroris de se. ἀφ' ὧν τοὺς τε σφετέρους. Miserè hic locus in Græco est depravatus, quantumvis integer in speciem videatur. Porro, quæ Robertus de nominis Treuirorum & aliorum varietate annotat, accipio: ijs tamen qui Græcum codicem recudent, autor fuerim unius omnino scriptiois obtinendæ, qualis hic sit τρενιήρων. Idem de reliquis nominib. existimo.

199 Sicambris non satis fuit. καὶ ἀπέχεσθαι & post, pro ἀποσθησάντων, ἀποσθησάντων. itém que ἐπεμνηγετόειος scribendum, rectè Stephanus tradidit.

200 Iis pepercerunt. περιείπον, malim certe περιείδον. Caterum Casarem hic quoque in nominibus secuti sumus proprijs.

201 In longum quā maximè explicato. μακρὰ καὶ ἐκτεταμένη Robertus legit, & rectè. fluvio autem nomen Elauer fuit, Casar lib. 7. belli Gallici. Oppugnan di ne cogitationem quidem ullam hab. ἕτε προσεγγίνωσκεν. Credo hunc locum ita scriptū fuisse: καὶ αὐτὸς μὲν ἕτε ἐγγίνωσκε προσβάλλιν. aut, προσβολὴν ποίησαι. Deinde, ὡς καὶ ἐφ' ὑπερδοξίων scribendū est. & vox ἀνέκοπτον genuina non est, sed legendū puto, ἀν' ἐκοπτον.

202 Sine fructu. ὅτε χρόνος ἄλλος, ἄλλως pro ἄλλος lego. Ad Gergobiam relictus exercitus. κακῶς οἱ καταλιφθέντες legendum esse ex Casare Robertus ostendit, non καταλιφθέντες.

203 Ne pœnas admistorum penderent. χολάζοντες ποιήσω. Asteriscus in Græco est, nam sensus quidem planus, verba autem salebrosa sunt. Hostes Alexiam profugientes. ἀλλ' ἐς Σαλεσίαν, scribendum Ἀλεσίαν. Alexiam nominat.

204 Atque reliquos bello inutiles. καὶ τῶν ἄλλων τοῦς, &c. legendum. Rob. Maximè Germanis auxiliariibus. Ita lego hunc locum, alias mutilum: ἰππομαχία ἣ δὴ τῶν Ῥωμαίων, τῆ βουβεία μάλισα τῶν Κελτῶν, νικηθέντες. & pro ἰχυρῶς ἐποίησαν, ἰχυρῶς ἐπταίαν. Veram esse hanc emendationem, Casaris verba in Comment. testantur. Integro etiānum corpore. Parenthesis in Græco post ἀπερῶς ἢν demū claudenda est.

205 Comium quendam Atrebatem. Ἀτρεβαν reponendum, pro Ἀτρεμαν, Robertus ostendit. Hoc bellum descriptum à Casare non est, sed ab Oppio (sive Hircio) adiectum tamen Cas. Comment.

Per insidias aggredi. ἐνεδρεῦσαι scribo, pro ἐνιδρεῦσαι.
 206 Molestus fuit. χαλεπὸς lego, cum Roberto,
 non χαλεπός. Etenim cum id exiisset. εἰκός τε γ' ἐπ'
 ἐξ ὁδῶ. Non video cur εἰκός hoc loco in ἑῷ sit verten-
 dum, quod Roberto placuit. quinimò hac verba, εἰκός
 τε γ' ἐπ' ἐξ ὁδῶ, quasi rationem eius reddunt, quòd di-
 xerat Casari redeundum Romã fuisse: Nam, inquit,
 sic conueniebat, cum tempus imperij eius exiisset: neque
 verò annus, sed totum imperij tempus iam exiisse signi-
 ficatur hoc quidem loco. Itaque nihil ego mutari velim.
 Mortua iam præsertim filia. Locus hic & depraua-
 tus est, & ut mihi videtur, obscurus. Emendatior erit,
 mea sententia, si ita legatur: καὶ ἀπὸ ἐκείτ' οἰκείος (ut
 repetatur verbum ἐγίνετο) ἄλλως τε, καὶ τῆ παίδις,
 ὅπερ πρὸς καὶ μόνον ἐν τῇ φιλίᾳ αὐτοῦς καλεῖται, ἡ τελευ-
 τήσας. Iam illud παίδις incertus sum, ad Iuliam ne,
 an ad filiolum ex ea natã referatur, quòd posterius vox
 παίδιον innuere videtur: prius tamen magis placet, po-
 tissimum quia filiola ista (Velleius filium fuisse tradit)
 paucos matri dies supervixit, Plutarcho etiam teste.

208 Acriter contendebant. ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλους
 παρῶρμωτο. scribe παρῶρμωτο. Inter prodigia non
 extrema. ἡ φησὶν, τέρας ἰδεῖν ἢ τινος γῆρας. sic in-
 terpungenda est hac oratio. Eam rem vindicaret.
 Probo iudicium Stephani, ἐπεξέληθη pro ἐξέληθη. & infra
 pro ἐνήγαγες, νήγαγες scribentis.

210 Noménque Curia mutaretur. Locus hic
 quoque obscurus est, nec integer, si quid iudico. Ei ta-
 men illustrando nonnihil proderunt, quæ infra lib. 44.
 haud procul ab initio de eadem Curia scribuntur. Ca-
 terum pro αὐτῆς, αὐτῆ lego. Ut Cæsari per-
 mitteretur. ἐκεῖνῳ μὲν, non ἐκεῖνο.

211 Id quoque quod plerunque. *Parenthesis ante vocem τινὰς in Græco est inchoanda, & post ἐξ ἡραπαλόουτῃ finienda. Exteras prouincias. ἐς τὰς ἐξω ἡγεμονείας. ἐς præpositio abundat.*

213 Qui potentiam obtinerent. οἱ τι δυναμει-
ver legendum, non ὅτι.

214 Cum enim & in equestri. ἰπὸ ᾧ ἦ πολ-
λὸς, & φλαύρος legendum. Coss. creati sunt. ἠρέθην
legendum, sublata syllaba δι, & videtur scriptum de-
inde fuisse à Dione, & ἐξ ἡραπαλόου, itaque verti: nō ἐί.

215 C. Marcellum sobrinum. Suetonius in Ca-
sare: Insequenti anno, C. Marcello (qui fratri pa-
trueli suo Marco in Consulatu successerat) eadem
tentante. & Appianus ἀντιόχου, hoc est sobrinum
Marcelli, eius qui priori anno Consul fuerat, di-
cit. Quod refertur à me, ancipitis obscuritatis ex hoc
loco tollenda causa. Quod autem dicitur affinitatem
ei cum Casare intercessisse, hinc est, quod C. Claudio
Marcello Octavia sororis Caesaris neptis nupta fuit,
eodem Tranquillo teste, quam eo defuncto Anto-
nius uxorem accepit. qua de re sub finem Annot.
indicabimus.

216 Nulli omnino pecuniæ. ᾧ abundat ante
ἀργυρίῃς, perturbâtque sententiam. Inter eos pri-
mas. Locus mancus in Græco, ἐξ ἐν ἀνὰ πρώτους.
Pompeio maximè studebant. Sensus enim ipse de-
monstrat legendum, οἱ περὶ τοῦ ἐξ ἐν Πομπηίῃς, &c.

217 Ad eas leges tandem perferendas. πρὸς
τὰς αὐτῆς δὴ, particula ἀπ' expuncta lego. Cate-
rùm de tota hac re Calij ad Ciceronem epistola sunt
videnda, quæ insunt libro 8. Famil. Post, pro ἐξ ἡραπαλόου

καὶ ἐκείνο, scribatur κατ' ἐκείνο. Et dein, ὁμοίως δὲ εἰδὲν δὲ εἶν τε, deest aliquid post εἰδὲν, fortè legendum, εἰδὲν δὲ ἴστων δὲ εἶν τε, &c.

218 Ita se sibi conscium. σύννοια μὲν ἐμαυτῶν, non ἐν αὐτῶν, legit R obertus, rectè profectò. Legionem ex suis. αὐτῶν στρατευομένων. Caterum hæc verba: οὐδὲ δὴν στρατιῶν, & quæ sequuntur, ineptè & perperam parenthesi inclusa sunt, quæ nulla esse debet.

IN DIONIS LIBRVM XLI.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

220 Ad ipsas Calend. nimirum Ianuarias: ut patet ex eorum temporum consuetudine, & Appianus lib.

quidem, ut eo fabula, qua ageretur, casus aliquis & calamitas qua accidisset, exponeretur. Hinc intelligi potest, qua ratione Dio noster prius classicum, quo milites ad observanda signa, & arma expedienda admonebantur, ἡ δὲ σφῆρα dixerit, μετὰ φθορῶς videlicet. Posterius fuit classicum, quod ubi cecinit, congregiendum, & irruendum in hostes fuit. Atque haud scio hunc morem classici canendi, & pugnae conferenda, an apud alios autores ita diserte expressum liceat inuenire. Lucanus certè libro 7. ubi pugnam Pharsalicam describit, innuere idem voluisse videtur his verbis:

-- tunc stridulus aër

Elisus lituis, conceptaque classica cornu:

Tunc ausa dare signa tuba. --

475 Eos tanquam inermes confodere. τὰ σφῆτερα ὡς καὶ ἀόπλους σφῆρας ἰώθου. Deest aliquid, fortè legendum, τὰ σφῆτερα ὡς καὶ εἰς ἀόπλους, &c. Mor-te utrunque præueniente. ὁ θάνατος προσελάμβανεν. Robertus rectè castigat hunc locum, & legit προσελάμβανεν.

477 Rhascipolis. Θρασκύπολις. Scribendum, ut supra, Ῥασκύπολις.

478 Eos fugientes in diuersas partes. φυγόντας αὐτοὺς ἄλλος ἄλλη. Scribe, ἄλλος ἄλλη. Herculis isto dicto. Equidem ex quo autore aut poeta id dictum desumptum sit, non facile dixerim, nec legisse memini. Videntur fuisse duo senary Iambici, quorum certè posterior integer est ille:

ὡς ἔργον ἠσκούω, σὺ δ' ἄρ' ἰδ' ἔλευες τύχη. prior corruptus, ut apparet. Quanquā Io. Zonaras paulo aliter eos citet. Apud Plutarchū initio libelli de superstitione sic legitur: ὃ τλήμων ἀρετὴ λόγος ἄρα ἠεὶ δ' αἰ, ἐγὼ δ' εἰς ἔργον

σε ἡσκουω: ubi quidem vocabulum ἀλλως omittitur. Sic
 spicor itaque priorem versum sic legendum:

ὦ τλήμων ἀρετῆ. λόγος ἄρ' ἦσδ' ἰγὼ δέσσε.

Ita uterque constabit. Sed hæ sunt coniecturæ. Alcia-
 tus hoc dictum expressit in Emblematis, ijs versibus,
 quos non puto intempestivè me adscripturum:

Cæsareo postquam superatus milite, vidit
 Civili undantem sanguine Pharsaliam,
 Iamiam stricturus moribunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
 Infelix virtus, & solis prouida verbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

IN DIONIS LIBRVM XLVIII.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

Consulum nomina mirè sunt deprauata, ut ostendã.
 Primò Δ. Ασιώτιος Μ. ὕ. Πιέτας legitur: quod Πιέτας vi-
 tiosum est. Equidem non sum nescius, L. huius An-
 tonij cognomen apud alios esse, neque Pius, neque Pie-
 tas, sed Patàs: quia tamen infrà Dio ipse à pietate in
 fratrem eum cognomen sibi sumpsisse autumat, incer-
 tus sum quid statuam. nam neque Πιέτας cognomento
 ei respondere videtur, & Dionem hallucinatum esse
 in hoc haud facile dixerim: res ipsa non est maximi mo-
 menti, certè si Dionem (id quod debemus) sequimur,
 Πιέτας pro Πιέτας scribemus. Illud grauius oscitan-
 tis library peccatum, quod Seruilio Isaurico huius
 collega, ὑπαὶς τὸ β. adscripsit, à Caluino (opinor)
 huc etiam translatum. Quis enim Seruilius Isauri-
 cus hic 11. Consul fuerit, quem antè vita decessisse
 Dio suprà libro 45. & nos ibidem ex Cicerone ostendi-
 mus. Iam quod etiam Glareanus & alij in suis Chro-
 nologijs

nologys hunc *Iſauricum* II. *Consulem* scribunt, facile conijcio, eos secutos esse *mēdosum* *Cassiodori* (ex eo enim, opinor, *Consules* describere) exemplar, aut demonstrabo potius: Proximè sequenti anno *Cn. Domitius* *Consul* fuit iterum, ut & hic, & infra in hoc ipſo libro diserte *Dio* indicat, huic II. addendum fuit, signum secundi *Consulatus*: quod librariorum incuria loco motum, *Seruilio* *Iſaurico* (quem ego cum *Dione* superioris p. *Iſaurici*, qui *Iulio* *Casari* in *Consulatu* collega fuit, filium statuo) perperam est adiectum. Neque verò *Dio* obticisset in ipſo libro secundi huius *Consulatus*, si gestus à *Seruilio* fuisset. quod in eos dico, qui fortasse *Sulpicium* aliquem *Iſauricum*, hac menda indicis decepti, apud librum *Dionis* quadragesimum quintum somniabunt, ubi nos *Seruilium* legi debere docuimus. Sed satis verborum in re aperta. Porro legendum, Γ. Ασίνιος, Γ. υ. Πόλιων. Deinde, Γ. Καλπίσιος Σαβίνος scriptum fuit, ni fallor. huic enim *Sabino* *Calpisi* nomen omnes auctores tradunt fuisse. ac ita hoc in libro *Dio* ipse nominat. Verùm collega eius omissus est, Δ. Μάρκιος, sic enim infra *Dio* eum nominat. Αππιος κ. λ. legēdum Κλ coniunctim, quod *Κλαύδιος* significat. Et pro γ. Μ. Ωρβανός scribo Γ. Νωρβανός γ. υ. Φλάκκος.

480 Eius victoriae socius. ἀτε μὴ σωμικήσαντα. legendum est σωμικήσαντα. Si quid is moueret. ἀντιπαρακινῆς. Hæc dictio in tres est discerpenda, ut sit, ἀντιπαρακινῆς, aut potius παρακινῆς.

482 Omnia in præsentiarum. καὶ τὸν παρόντα, aut τὰ παρόντα legendum est, aut vox καιρὸν addenda.

488 Gabios venirent. ἐς Γαίους ἐν ῥητῇ τινὶ, &c. legendum est ἐς Γαίους, nam *Gaii* quidem quid sint?

Gabios autem iussos esse venire litis desceptandæ causâ,
Appianus Alexandrinus disertè ostendit libro 5. de eadem re loquens: χωρίον τε ὠρεῖο τῆ δὲ ἰκῆ Γαβίου πόλις ἐν μέσῳ Ρώμης τε καὶ Πρανεστῆ. Id est: Locus autem iudicio destinatus est Gabii, oppidum inter Romam & Præneste medio loco situm. Caligam. Simplicii λ scribendum Καλίγαν. est enim prima syllaba brevis.

490 T. etiam Cannutius. *Suprà libro 45. (373) Tiberium legimus. utrum rectius, mihi non constat. Non totum miliare explens. nempe una sedecima parte minus. hoc est enim septem stadiorum cum semisse. ἡμισυ, non ἡμισο scribendum esse, per se liquet.*

492 Ita paruo tempore. καὶ τετῆρ ἐκ ὀλίγῳ. scribe ἐν ὀλίγῳ. Mylasq; & Tyndaridem. Τυρῆλιδα scriptum est absurdè: eam enim qui tibi in Sicilia commonstret, haud facillè reperiens: neque id mirum est, cùm nulla sit. Ego Τυδαρίδα repono, fretus Geographorum, & Polybii etiam testimonio, qui omnes Tyndaridem Peloro, qua insule parte Messana est, & Myla, hisque ipsis urbibus vicinam tradunt. Polybius libro primo, Τυδαρίδος in Sicilia & istis quos dixi locis non semel meminit: quamvis mendosè ibi quoque sit τῶν δαρίδα, pro Τυδαρίδα scriptum. Et Appianus in 5. Εμφυλ. crebrò τῶν Πελοειάδα, Μύλας, & Τυδαρίδα coniungit. Strabo lib. 6. Εκ δὲ Πελοειάδος εἰς Μύλας καὶ Σάδια, Ἐσαυτὰ δὲ καὶ ἐν Μυλῶν εἰς τῶν Τυδαρίδα. Ptolemæus etiam libro tertio, capite quarto, in explicatione tabula septima Europa, Tyndaridem Mylis vicinam ponit. & Plinius libro tertio, capite octavo, & lib

& lib
 Myl

4

risc

sa est

iecta.

tur,

pter a

ris, &

leio p

secun

bet, n

à pat

missa

peium

tens,

pace

quit)

rima

mina

Me

Sicili

drinu

tio lib

se tes

49

τῶν i

Sesti

Grac

nies,

rio, q

ipfi in

& libro secundo cap. 92. Ipse etiam Dio libro sequenti Mylarum simul & Tyndaridis meminit.

493 Tum Statius etiam Murcus, &c. Asteriscus hoc loco indicat, verba Dionis aliquot interuersa esse: quorum loco ego mea supposui, nota tamen adiecta. Quia enim Græca verba restituere mihi non datur, at certe sententiam hanc de planè obscura propter defectum nominis huius, qui ad Pompeium venit, & ab eo occisus fuerit, luculentissimã feci. Quod Velleio potissimum Paterculo debemus, in hac verba libro secundo scribenti: Statius Murcus (sic enim scribi debet, non Staius) qui classi & custodia maris (scilicet à patre Cassij & Bruti) præfuerat, cum omni commissa sibi parte exercitus nauiumque, Sextum Pompeium Cn. Magni filium, qui ex Hispania reuertens, armis Siciliam occupauerat, petijt. Postea de pace apud Misenum facta scribens: Staium (inquit) Murcum, qui aduentu suo classisque celeberrime vires eius duplicauerat, insimulatum falsis criminationibus, quia talem virum collegam officij Menas & Menecratas fastidierant, Pompeius in Sicilia interfecerat. Appianus quoque Alexandrinus, diligentissimus harum rerum scriptor, initio libri quinti, Murcum Sexto Pompeio se coniunxisse testatur.

494 Ludòsque inter cætera equestres. ἡδὲ τῶν ἰπποδρόμων. Circenses ludi aliàs vocantur. T. Sestius, alteri Cornificius. Τίτος Σέξτος est in Græco, ac constanter ita scriptum hoc nomen inuenies, non quidem à Dione, sed ab indictò librario, qui Sexti Pompeij pranomen nimis etiam sibi ipsi inculcauerat. Appianus libro quarto & quinto, ubi eandem

Epitomes
Liuianz a-
quot loci
emédatur.

eandem historiam explicat, rectè Σέξτοϋ scripsit. In Epitoma autem Liuiana centesima & vicesimatertia, idem T. Sestius nominatur. Quem locum de praua iussimum obiter mihi emendare libet, quod est hætenus ab omnibus (quos ego viderim) neglectus. Sic igitur habet: Q. Cornificius in Africa T. Sestium Cassianarum partium praelio vicit. Enimvero T. Sestius neque Cassi partes unquam secutus fuisse legitur, neque à Cornificio ipse victus, sed (Dione & Appiano testibus fide dignissimis quidem ijs) eum & vicit & occidit. Legendum igitur in illa Liuiana Epitoma, Q. Cornificium in Africa (Caesarianarum partium ducem, T. Sestius praelio vicit. Et quoniam digressi sumus aliquantulum ab instituto, (non ab re tamen, nisi fallimur) obiter duas alias mendas eiusdem opusculi, ab alijs neglectas, eluemus. quarum altera est libri precedentis, hoc est 122. in his verbis: M. Brutus aduersus Thracas parum prosperi rem gessit. Dictio (parum) tollenda est, quæ contrarium veritati sensum gignit: cum ex libro quadragesimo septimo Dionis nostri constet, Brutum Rhascipolidis auxilio adiutum, Bessis feliciter debellatis, nomen Imperatorum retulisse. Altera haud paulo foedior est Epitoma III. ubi sic legitur: Propter Q. Catuli prætoris avaritiam crudelitatemq; Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus à partibus Caesaris deseruerunt. Pro Q. Catuli, legendum est omnino Q. Cassi, ut non tantum ex quadragesimo secundo Dionis libro ubi tota res copiose describitur, sed ex libro etiã de bello Alexandrino liquet, proxile idem tractante. Sed hæc in transcurso satis. Porro apud Dionem, ο δὲ τὰ καὶ Κορνήσιος, euidentis est vitium, pro οὐδὲ. nam de Cornificio simul, & Lelio dicitur. Iterum, ὡς ἐκ τῶν περὶ

perpe
inde
eméd
te. 7

ιδού

4

ἀπὸ

suma

tera

4

xxφ

xxα

4

ἐπα

de ho

dum

rum

tur.

Opia

Pau

po

4

Hæc

pare

5

sunt

bis

5

imp

Lin

que

ἐπε

perp

perperam legitur: & reponendum, ὡς καὶ ἐκείνων. Deinde aliquanto inferius, πλὴ κεφαλὴν αὐτῆ ἀμελείδαι, ἐμέδο ἀνελείδαι, Roberto quidem ἀφελείδαι corrigente. Paulo post, ἐλοιδῆ τε ὑπὸ τῆ ταμίαι, scribi debet ἐλοιδῆ.

495 Opinione Lælij iam capti deceptum. ἀπαλίνας ὡς καὶ ἀαλωκόβας ἐκείνων. Ex ipso loci huius sensu manifestum est ἀπαλίνας esse scribendum, omissa littera v.

496 Cirtensibusque ipsum spernentibus. καφρονίαντας, scribe κατὰφρονίαντας. Et supra, pro κατὰλελόχατο, reponε κατὰλελέχατο.

497 Amore correptus. ὀφθείσης οἱ ἐραδείσης, ἐραδείης scribe. Saxa in Syria. Σέξαν, malim Σάξαν. de hoc Saxa dixi libro precedenti. Hoc obiter addendum. posse ex his quæ dixi, locum emendari apud L. Florum libro 4. cap. 9. ubi Casca pro Saxa mendose legitur. Quorum hic Orodis. Pro Ηρώδης, scribe Ορώδης. Sic mox scribit ipse Dio, & supra libro 40. Paulo post, περιωρόμενος scribe, non genitivo casu περιωρούμενος.

Flori locus emendatur.

498 Ea ex militibus. ἐκ γδ τῶν τότε Κασίω. Hac verba usque ad ea, καὶ τὸν Σάξαν τὸν ἀρχόντα, parenthesi nisi includas, involuta erit tota perivulus.

500 Vbi morbo correpta, &c. In Græco desunt hæc verba, quæ ego ex Plutarcho & alijs auctoribus subieci.

502 Pensionesque iis qui mancipia haberent impositæ προστάτων ὀμνῆσαι, non προσλασὸν ὀμνῆσαι. Roberts. Linea autē priori, pro λοιμὸς λιμὸς scribendum. Cūque id per aliquot dies, ἐπὶ τε ἡμέραις τισίν, scribe ἐπὶ τε.

504 L. Marco, C. Sabino. Prioris Consulii nomen (quod supra etiam monui) omissum est in huius libri indice: quo loco solet hic autor perscribere nomen Consulii cuiusque cum praenomine, & cognomine. Certè alij Chronographi non L. Marcium, sed L. Porcium Censorinum habent, quod annotare volui, quia mutare nihil ausim. Præstitutum sumptibus modum. *παρὰ τὸ καθεστὸς. Προσέκτο sensus loci καλῶς, non παρὰ, requirit.*

505 In Consulatu substituti fuerant. *ἰρξαν* male est est, pro ἡρξαν.

506 His compositis. *ταῦτά τε ἔσωθήμενοι, scribendum οἶν, Roberto etiam monente. Paulo inferius, πολλοὶ μὲν στρατιῶται γῶ. Dictiones transpositæ sunt, πολλοὶ μὲν γῶ στρατιῶται. Et pro ἀδρόον, ἀδρόοι scribendum. Et inferius, pro τὸ βυθὸν, τὸν βυθὸν.*

507 Coniuiiis se mutuò. *ἀνθροεισιῶν, emenda ἀνθεισιῶν. Robert.*

510 Pharnapate. *Φαρναπάτε perperam, pro Φαρναπάτε. Syriam à Pharthis relictam. καὶ οὔτε πῶ τε Συρίαν. reponere, καὶ οὔτε πῶ τε Συρίαν. Se non dediderunt. Satis constat ex ipsa sententia, ubi legitur, πολιορκηθέντες προσεχώρησαν, restituendum esse, πολιορκηθέντες ἔ προσεχώρησαν. Apud Epidaurios. ἐνιαυτοῖς. Coniecturam secutus sum meam hoc loco: quam (nisi fallor) satis perspicue defendit Plinius libro tertio, capite vicesimo secundo. Scripsisse autem Dionem puto, ἐν Ἐπιδαυροῖς. Pro Πολίων autem, Πολίων lego. M. Craffi nomen inuenerit. Nam, ut scribit in vita huius Plutarchus, Craffus ex quingentis suis militibus, qui Spartacum fugerant, deci*

decim
modis
tarib
obite
la m
mit
phili
sed d
na v
puto.
insig
mus.

51
πολι
habe

51
πῶ
bitre

Itin

sequi
rea, q
inna
rius

5
nati.

κῶ
tur
ror e

famor

to en
trem

titiff

decimum quemque sorte delectum supplicio affecit. De modo vero huius decimationis, & alijs supplicijs militaribus, doctissime Polybius libro sexto. Notandum est obiter, hoc loco esse in Xiphilino defectum, & stellula merito notandum. qua enim Dio de triumpho Domitij & Palatij refectioe scribit, Ventidio apud Xiphilinum tribuuntur. quod ego quidem non Xiphilino, sed defectui exemplaris, in quo ex ea Epitoma linea una vel altera intercidit, cum Domitij mentione, imputo. Plebs seditionem contra publ. ἐξίασε est insigne mendum in Græco: castigatius ἐξασίασε legimus. Paulo post item pro δειλευτῶν, βειλευτῶν.

512 Qui Nero paulo post moriens. τελευτῆσθαι πολλῶ ὕσπερον. lego ἔπολλῶ, ut Xiphinius etiam habet.

513 Deficientibus ab eo Tingitanis. ἤδη πᾶσι ἐπιπύριον ἐπανασάντων ἀντιῶν. Ego πᾶσι ἐπιπύριον cur arbitrer vitiose scriptum, duas causas habeo. Vnam, quod Itin in Africa nullam inuenio: alteram, quod mox sequitur, ciuitatem Tingitanis datam: nimirum propterea, quod Bogudi rebellassent, Romanorum prouinciam innuadenti. Igitur πᾶσι Τίγγιν lego. Facile autem librarius imperitus ex duobus ἤ duo γγ fecit.

519 Ac ignominia quadam tanquam damnati. ὡς καὶ κατὰ δίκην δίκην δίκην. Diectio δίκην absurde est inter calata. Ceterum si, quæ sequitur Oppij historia, integra est, (quod vix credo) miror equidem Dionem causam huius populi erga eum fauoris ac studij omisisse, quam Appianus libro quarto euidenter exposuit: nempe ob seruatum ab eo patrem proscriptum, tantum populi studium eius extitisse.

520 Ad belli societatem contra Sex. Pomp.
Σεξήσιε πολέμῳ. Scribendum Σεξήσιε, per ei diphthon-
gum: sic & Xiphilinus.

IN LIBRVM DIONIS XLIX.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

Vt Antonius Artavaudem. In Græco vitiose
Ἀρταυάσδω est: scribendum Ἀρταυάσδω, ut infra,
& alij auctores.

521 In Consulum porro nominibus legendum, Σί-
ξος Πομπήσιος. Σέξσηυ.

524 Naues appellere. ἐξωκείλαι. scribe ἐξοκείλαι.
ut est etiam apud Xiphilinum. Periculum à princi-
bus suis. ἢ μὴ δύσχερας αὐτὸν ἴδῃ παραμάτων. Ego
autem Xiphilini lectionem non minus quoque commo-
dam censeo, qui habet: ἢ μὴ δύσχερας αὐτῆς, καὶ ἴδῃ
παραμάτων. id est. Ut rei difficultate principes liberet.

525 Cornificius. Κορνιφίσιος. Xiphilinus scribit
Κορνιφίσιος, melius quidem.

526 In summis difficultatibus. ἀποροῖσιν
ἐγὼ σὺν ἔ. Enimvero hoc membrum in Græco planè non
coheret, nisi hic ἀποροὶ ἀκτινὲς significat eos, qui mole-
stiam & anxietatem alijs afferunt. quod non probo.

527 Insolenter admodum. ὑποπικώτατα. Le-
gendum decet ipsa sententia, ὑπεροπικώτατα. Gallus
Tisienus. Is est, nisi fallor, qui libro precedenti, fo-
lio 488. Tisienus Gallus nominabatur, utrum rectius,
nescio.

529 Alacriores enim οὐτε γένεσις ναυσὶν. men-
dum est. scribe igitur, οἱ τε γένεσις, & c. Et hostes suorum
vocem. τῆτο τοὺς ἐναντίους. ἢ repone, pro τῆτω. La-
tum clamorem. ἐπαώνησαν. Lego ἐπαώνησαν, à ver-

βο παιωρίζω, quod idem παιωρίζω dicitur. Deinde, post διώλλωτο claudenda est parenthesis.

530 Ipse Cæsar suis properatò. ἐκεῖνος ἐν τάχει. A prior est Xiphilini lectio, ἐκεῖνος γδ ἐν τάχει, &c.

533 Aream enim in Palatino emptam. τὸν γδ τὸ πῶρον, ὃν ἐν τῷ ἑσλίῳ. qua extrema vox cum sit vitiosa, magnam obscuritatem adfert. Scribendum autem est Παλατίῳ. sic enim Suetonius in Augusto, capite 29. Templum Augusti ea parte Palatina domus excitavit, quam fulmine icctam desiderari à Deo aruspices pronunciarunt.

534 Quem antè inter proscriptos. ὃν πρότερον ἐν ταῖς, legendum, ὃν πρότερον ὁ Ἀντώνιος ἐν ταῖς, &c. Porro autem vocem Ἀντώνιος hic requiri, facile constat. Non enim Cæsar, sed Antonius Messalam proscripserat: ut ipse Dio supra libro 47. ostendit.

537 In Syria Cyrrhestica vicit. Κυρρηστικῆ. scribe Κυρρηστικῆ. sic enim Græci omnes habent. Porro hæc verba, πὺν γδ πεδιάδα, usque ad καὶ ἕτως ἐν τῇ Συρίᾳ, per parenthesis nisi legas, obscurus erit locus, & ambiguus. Ubi sequitur, οὐτ' αὖ διάλασιν, legendum, ἕτ' αὖ κτ' πὺν διάλασιν.

539 Metu invidia iræq; eius. ἔξ τε τοῦ καὶ τὸν φόνον. scribe φόνον.

540 Ad bellum Artavaſdi. Potest etiam Artavaχο dici, sicut Græcorum alij Ἀρταβάσδω, alij Ἀρταβάζον habent. In Græco, ἐπεὶ διὰ τὸν τῷ Μῆδων, ὅπν scribendum est. & post, τὸν Μῆδον πολὺν ἀπὸ, πολὺν lege. ac deinde ἀπὸ ἡρῶτα, subscripto ἰῶτα. Sed hæc obvia. Sicut & eadem pagina ἀρμένιος, & ὑσέρησε; ubi orthographia requirit ἀρμένιος, & ὑσέρησε; quanquam libro sequenti etiam ὑσέρησσι dixerit.

561 Quæ ad specularium præmissa. καὶ τὰς
προσπλωτὰς. Nescio quàm rectè προσπλωτὰς ma-
lim sanè προσπλωτὰς. Etsi prius Perusia quoque.
Est enim in Græco scribendum, haud dubiè quidem id,
καίπερ ἦν ἐν τῇ Περουσίᾳ. non Γερουσία. Γ & Π sunt simi-
lima litera. hæc errorem librario obtulerunt.

563 Methona expugnata. πῶ τε Μεθώνῳ. Με-
θώνῳ scribendum liquido apparet. est urbs in Messe-
niaca Peloponnesi regione.

564 Stationique sunt com. καὶ ἐνναυλοχίαντα.
Addendam vocem ὅτι τίς δα cum Rob. sentio.

568 Et timoris & audaciæ modum. ἦ δέ, τὸ μὴ
προχίρωσ. Intercidit hic verbum aliquod, siue id παρ-
ρεῖν, siue Διακινδυνεύειν, siue aliud fuit.

570 Qui Lepidum nulla eis iniuria. τὸν Λέπι-
δου μηδέ τι ἀδικήσαντα, non μικέτι, legendum est. Qui
etiam ante victoriam. φιλονεικώοντες τινι. Fortè
τινα legendum, sed in verbis sequentibus, eoque πεποι-
κότες mendum inesse suspicatur Robertus, non iniuria
meherclè. Puto autem tolli posse, si legas, οἱ καὶ πρὶν κρη-
τῆσαι, τι πεποικότες; ut τί sit interrogativum. alioquin
vocabulum aliquod deerit, ut τῶντα, vel simile.

571 Neque enim ignorat. εἰ γὰρ ἀγνοεῖτε. Legen-
dum profectò ἀγνοεῖς; nam rationem eius quod dixit
subijcere vult.

574 Neque quoddam fororem meam. ὡς δ' ὅτι μήτι
πῶ ἀδελφὴν μου. Lectio hæc vitiosa est, & sensu contra-
ria, quam sic emendabis: ὡς εἰ μήδ' ὅτι πῶ, & c.

577 Iapydas. Ἰάπυδας falso: scribe Ἰάπυδας, ut
suprà.

579 Omissio suo proposito. τέτε μὲν ἔπεχε. λε-
γο ἄπεχε. Itaque aut submergebant. καὶ ἢ μὲν
καὶ

καὶ δὲ ἄν. Xiphilinus habet. καὶ εἰ μὴ, & utrumque rectè. Deinde, pro καὶ τι καὶ τέτα, melius legitur apud eundem, καὶ τι καὶ τούτες. Mox, pro αὐτῶν ἀλλήν, idem rectius αὐτῶν ἑλκὴν legit.

§81 Coortus ventus secundus. ἀνέμου ἴνδος καὶ τὴν χύλω φοροῦ. Multo libentius legerim pro φοροῦ, φοροῦ, ἰδque cum Xiphilino.

§82 Antoniani hæc singula. οἱ δὲ ταῦτά τε ἕνα-
σα. Monet Robertus, Bayssium de re navali hunc locum citantem, habere, οἱ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕνασα. quod malim.

§83 Harpagonibus hostium. ἐπὶ τῶν ἀρπάγων. Harpagonis, qui ἀρπαξ Grecis est, instrumenti nautici, quo hostiles scaphæ arripiebantur & attrahebantur, descriptio est satis copiosa & perspicua apud Alexandrinum Appianum, libro quinto bellorum civilium: quo loco navale certamen id exponit, quo victus Sextus Pompeius Sicilia cessit. Sed pro ἀρπάγων hic Bayssius legit ἀρμάτων, Roberto etiam monente: quo nimirum armamenta navis significantur vocabulo. Ego nostram lectionem retinendam duco, sensui & præcedentibus magis consentaneam.

IN DIONIS LIBRVM L I.

G V L I E L M I

Xylandri Augustani annotationes.

§85 Sic enim hi qui annonæ sunt præfecti. Quòd asteriscum apposui huic loco, factum est non alia de causa, quàm quòd ea verba (οὕτω γὰρ τοὺς πλὴν οἰτησὶν ἔχοντες ὀνομάζουσι) cum præcedentibus non coherentia, palàm arguunt aliquid deesse.

§86 Præcipuus fuit Sosius. Atqui supra libro præcedenti cum navali pugna unà cum Tarcondimoto

oppetisse Dio scripsit. Igitur aut hoc nomē vitiosum est
aut alius utique Sossius hic notatur ab illo.

387 At qui victoriae socij. οἱ δὲ δὴ σωωνικήσῃτες.
legendum συννικήσῃτες. ut antiè quoque notauimus.

587 Duorum diuorum sacris initiatus est. ὁ δὲ
τῶν θεῶν μυστηρίων μετέλαβεν. neque tamen expressio
quorum. Apparet ex Suetonio, cap. 93. in vita Augu-
sti, Minervam & Cererem notari.

588 Promissionis tamen ea ratione. ἡ δὲ δὴ
ἀπαγγελίας. legendum ἐπαγγελίας; suprà enim dixi-
rat, τὸ δ' ὑπέχετο.

589 Cùm neque reciperetur ab eo. ἔτε προσέ-
ξασθαι αὐτόν. Verbum ἠθέλησε si addas, asteriscū de-
mas licebit: quod rectè monuit Stephanus.

591 A Messala decepti. ὕσπερον ἠπαλθέντες. le-
gendum ἠπαλθέντες.

592 Verùm antequàm hæc acta. ὡρὶν δὲ ἠδὴ τῶν
Pro ἠδὴ, ἠδὴ legendum. Paulo inferius, γεγωνὸν βο-
ῶς, γεγωνὸς legendum.

593 Antonius cùm ad nuncium eorum. ὡρὸς
πλὴν ἡ Πηλουσίου πῶσις. Sic corrigo, ὡρὸς πλὴν πῶσις ἡ
Πηλουσίς πῶσις. Idem error suprà quoque notatus est
à nobis. Confestim in monumentum insiluit. ἐ-
τὸ ἥριον ἐξαίφνης ἐσεπήδησε. Doctè & verè Robertus
demonstrat, ἥριον, non ut aliàs habetur, ἠραίων legendū.
Paulo infrà est, ὅτι ἀν' αὐθιθῆται. lege αὐθιθται.

595 Pudore suffusa. ἐρυθροσμένη. Legendum esse
ἠρυθροσμένη, non ratio modo Grammatica, & Robertus
docent, sed ita Xiphilinus quoque habet. Idem linea
sequenti pro τῶν τῶν, rectius habet τῶν.

599 Iulio Antonij & Fulviæ filio. καὶ τῶν Ἰούλιου
τῶν Ἄντων. legendum est Ἰούλιου. Velleius sanè Pa-

terculus Iulium Antonium vocat. Plutarchus in fine Antonij simpliciter Ἀντωνίου. Infrà quoq; lib. 54. Ἰούλιος idem falsò dicitur, cum libro 55. rectè Ἰούλιος scriptum habeas.

600 A filio huius Antonino. ἐπ' Ἀντωνίου ἡ υἱός αὐτοῦ. legendum Ἀντωνίου. nam Seueri filius & successor fuit Antoninus Caracalla, quod notissimum est. Mox ἐσθραφόνες, emendandum necessariò, & scribendum ἐσθραφένες.

601 Quandiu res Antonij adhuc. Desunt dein ceptis quadam. Videtur autè hic fuisse sensus: esse à Parthis legatos ad Cesarem subinde missos, petentibus ut eà ipsorum seditionem & bellum ciuile componeret. De Cleopatra triumphus. ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας. Sanè malim ὡς καὶ τῆς Κλ. legere: sed vsus est eodem modo loquendi paulo post, ὡς καὶ τῆς Αἰγυπτιῶν. Equidem vtroque καὶ pro καὶ legerim, facili errore library ex cõpendiorum (quibus & utuntur & abutuntur plurimum) affinitate.

603 Socij eius victoriæ. σωμακλήματα, iterũ perperam, pro σωμακλήματα. Tum templum Romæ. In Græco Ρώμην est, incertum an urbis nomen, an verò appellatiuum. Urbis nomen esse ex Tacito patet, libro. 4. verba sunt Tiberij. Cùm D. Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset. & alibi etiam sit mentio eius.

604 Tum sacraria tribuuntur. καὶ δὴ καὶ ἡρώα ποιεῖντα. Esse scribendum ἡρώα, palàm est, & monuit etiam Robertus. Is igitur Potitus publicè. ἕτερος ἢ ὁ Δημοσία. Idem scitè notauit articulum ὁ expungendum esse. In prioribus verbis non punctus post ἄρῶτερα, sed virgula post ὑπάτευσε signanda est,

ut constet sententia perspicuitas. Iapydis. Ιαπυγίας. scribe Ιαπυδίας. Deinde pro μορίνης, malim Μορίνης. nam prima syllaba est brevis, Extremique hominum Morini. &c. Vergilius lib. 8. Inferius ναυκρατία, ναυκρατία lege. Finitimosque eius Triballos, Dardanósque. Non improbo, qua hic Robert. οὐδὲ Τειχάλλων habet.

IN LIBRVM DIONIS LII.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

612 Sed ut ipsos in seruitutem. ἀλλ' ἵνα ἑαυτοῖς δουλωσώμεθα. lege αὐτοῖς cum Rob.

615 In qua tot annos vixit. Ἐσέτις ἔτεσιν ἰλευθερία βελιωκότα. Lego cum Roberto, ἐν ἰλευθερία.

616 Quibus si alios iudices. τέτις δ' ἂν μὲν ἑτέροις. scribe τέτις. Qui sorte lecti sententias ferant. ἐκ τῶν ὁμοίων οὖσαν, ὁ κληρὸς ἀποδείξει. Hic locus plus obscuritatis pra se fert, quam insit. est enim sic castigandus: ἐκ τῶν ὁμοίων, εἰς ἂν ὁ, &c.

617 Quomodo ijs utaris. ἐκ ἂν βραδύος αὐτὰ διὰ θεο. Ratio Grammatica διαθεῖο legendum esse arguit, ut sit ἀόρ.ε. à medio verbo διασθεμοσι.

618 Cùm & milites strenui. τότε στρατευόμενοι προεβιμείτο. legendum censeo προεβυμείτο.

622 Pompeius initiò. Πομπηῖος τὸ πρῶτον. sic enim est distinguendum, ut τὸ πρῶτον ad Pompeium adiungatur, cui deinde respondet illud: ὁ, τε Πομπηῖος αὐτὸς μετὰ ταῦτα. Carbo. Στραβίων, inepti. Legendum esse Κάρβων, ex historijs bellorum civilium

lium
ἐτερο
Sert
alic
6
in C
dare
cam.
est
tium
ραξί
tellig
peru
trà f
6
μεγα
6
ἀπο
tenti
cum
bran
dice
man
nia p
locu
ἰπει
uè v
ώσε
νεαν
6
ποτ
rim

lium est sole meridiano clarius. Iterum: Σεπτώριος ὁ ἕτερος. Inspide ὁ ἕτερος est repetitum à Mario, & Sertorio etiam additum. Igitur expunge. Seruire alicui dignabitur. *ἤλευθαί τινα. τιμιγε.*

623 Neque iis qui vltro se obtrudunt. μήτε ἐν τοῖς παρακλεύσοις. Liquez præpositionem ἐν abundare. Sed qui sint παρακλεύσοι, nihil habeo quod dicam. Sanè apud nostrum Dionem libro tricesimo sexto est παρακλεύσμος coitio, & conspiratio ambitus, & potiundi magistratus causa: quod idem libro sequenti παρακλεύσοις nominatur. Inde forsitan παρακλεύσοις intelligemus, qui ambiendo ad magistratum, non virtute, peruenerint: nisi quòd passiva significatio videtur contra stare.

624 Naui onerariæ magnæ, &c. ὀγκᾶς καὶ μεγάλῃ. καὶ abundat.

625 Non est ab hominis natura alienus. ἔτ' ἀπὸ τῆς ἀνθρωπείης φύσεως. Hic sensum veræ autoris sententiæ contrarium gignit præpositio ἀπὸ, perperam cum accentu graui in posteriore syllaba ab indocto librario scripta. Legendum est, ἔτ' ἀπὸ τῆς ἀνθ. quod est dicere: Non est inconueniens aut inconsequentium humano ingenio. Quo modo (ut aliorum autorum testimonia præteream, ab alijs notata quadam) ipse Dio infra locutus est libro 54. Ἀντίστιος μὲν ἔν τὸτε ἐκ ἀποκαιρῶ ἐπέειν ἔδοξε. Antistius igitur tum haud intempestiue videtur dixisse. Paulo post: ὡς περ τι αἰτίαμα. I ego, ὡς ἐ ἐτι αἰτ. Roberto etiam notante. Et iterum ἀπειλόβειαν. scribendum ἀπειλόβειαν.

Differentia inter. ἀπὸ & ἀπο.

629 Quotquot tibi digni visi fuerint. ὅπῃ ποτ' ἀν εὐρήσῃσιν σε. Vox εὐρήσῃσιν deprauata est, & legimus sanè ἀπίσῃσιν σε.

628 Et mitiores eo. καὶ ῥηθόνον τινὰ ἰδιωτικῶν
 τες. Rectè videtur monuisse Robertus, astericum ante
 hæc verba tollendum. Per absentiam magistratum.
 ἢ ἰππάρχων. quod videtur vitiosum esse, & fortasse
 ὑπάρτ legendum vel ὑπάρχων. ego generali vocabulo
 uti malui. LXXXI. milia pass. μέτριον. 5 adίων 650.
 stadia, miliaria 81. & unum quadrantem conficiunt.

630 Italiam in tot partes. εἰς καὶ πῶς Ἰταλίαν
 τριακῶτα μέρη. Legendum, εἰς τριακῶτα μέρη. Inferius, καὶ
 τίς ἀρχαίσι τὰ διωαλά. sensus ἀρχομένοις postulat.
 Rursum, ὅτιν τι αὐτῶ ἀποδεχθῆναι. lego ἀποδει-
 χθῆναι.

631 Ac de senatoribus quidem. Τὸς μὲν δὲ
 συμβουλευτάς. scribe βουλευτάς. iam enim expositis sena-
 torum officiis, ad equitum munera transit.

634 Ab armis & re bellica. ἀνευ τε ὀπλων, καὶ
 ἀνευ τειχῶν ζῆν. Vox τειχῶν aperitè mendosa est: quia
 tamen substituam, incertus sum. Rapto viuerè po-
 tēss. cogitur. καὶ ἐκκλησίας μέγιστα ζῆν. Robertus
 hunc locum castigauit, pro ἐκκλησίας, ἐκ λείας reponēt.
 Ego ἐκ λείας malim: est enim affinior vitiosa, iuxta
 commodior lectio.

637 Nam rationi consentaneum non est. τίς
 τε ἢ εὐπόρους ἀλογόν ἔστι. Nihil mutandum hîc cen-
 seo: quoniam Robertus Leomicenum rectius εὐλόγου
 legisse putet.

640 Consuetudine habitatorum morum.
 ὁμοσυνγηγνημένοι τίς τε ἵθεσι. scribendum, ὁμοσυν-
 γνημένοι.

641 Cùm ea in re ipsa conspiciant. ὁρῶν ἔρ-
 γα γηγνημένα. Robertus Steph. malle se ἔργα legere in-
 quit. Ego, qui decreuerim nihil mutare, nisi quod omni-

no ferri non possit, nostram lectionem, ἔργα, retineo. Dicitur enim etiam apud alios autores aliquid ἔργον γινεσθαι, cum res in actum & effectum (ut aiunt) perducitur. Exemplum adscribam, quod nunc succurrit, & est apud Plutarchū de Caesaris interitu, cæsi apud statuam Pompeii: δαίμονός τινος ὑφηγουμένους, καλοῦντες ἐκεῖ τὴν πρῶτην ἔργον γεγονέναι. In quodam orbis terrarum theatro. καθάπερ γὰρ ἐνί τινι τῆ ὅλης. lego ἐν τινι.

644 Nihilque præter ea quæ possides. καὶ τὸ μὴ εἶναι ἀλλοτρίων τῶν, &c. καὶ τὰ ἑαυτοῦ. scribendum. Robert.

645 Si nihil horum ulli præter alios permiseris. συγχωρήσῃς τι. Robertum laudo, qui τινὶ commendat.

IN DIONIS LIBRVM LIII.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

In ipso indice libri, hæc verba, ὡς τῆ μοναρχίας ἀφίσι. &c. sunt precedentibus adiungenda, & legendum: Ὡς καὶ ἰδὴ δημηγόρησεν ἐν τῇ γενεσῆϊ, ὡς τῆ μοναρχ. &c. Porro in Consulum nominibus & enumeratione, primum ubi est Μαιψάνιος, legendum est Μ. Οὐίψάνιος Λ.ϋ. Αγριπ. Præterea autem mendosum est, quod Agrippa hic γ. & deinde δ. ὑπατος scribitur, cum prior loco τὸ β. posteriori τὸ γ. sit scribendum: unicum enim tantum iam antè Cōsulatum gesserat Agrippa, vel ipso Dione teste. Itē ante hæc verba, Γ. Νωρβανός. γ.ϋ. Φλακ. κος, sunt interserenda quadam: nempe collega Augusti in nono ipsius Cōsulatu. is fuit M. Iunius Silanus quod nō modo oēs Chronographi habet, sed apertè ipse Dio infra in

in hoc libro testatur. Deinde addendus decimus Augusti Consulatus, in quo habuit collegam c. Norbanum Flaccum, ipso etiam Dione hoc docente. Quoniam vero non est apud Dionem, ac ne apud reliquos quidem, Statilium Taurum antea temporis, quam collega Augusti fuit, Consulem egisse, Norbanus autem Consul etiam anno DCCCXVI. iisdem prænominibus & cognomine reperitur, libro Dionis nostri 48. existimo illud τὸ ε. ὑπατος non ad Taurum, sed ad Norbanum pertinere, Denique ubi est Αὔγστος τὸ ι. legendum est τὸ ια. sic enim præter alios ipse quoque Dio hoc libro habet. Ex quo loco patet, Καλπύρνιος, non Καλπυρνιαδός, hic in indice legendum esse. Enimvero haud incommodè (opinor) subiunxerim quomodo totum horum Catalogum scribi velim.

Καίσαρ τὸ ε.	Μ. Οὐίψάνιος Λ. υ. τὸ β. ὑπ.
Καίσαρ τὸ ζ.	Μ. Οὐίψάνιος Λ. υ. τὸ γ. ὑπ.
Καίσαρ Αὔγστος τὸ η.	Στάτιλιος Ταῦρος. ὑπ.
Αὔγστος τὸ θ.	Μ. Ιένιος Σιλανός. ὑπ.
Αὔγστος τὸ ι.	Γ. Νορβανός Γ. υ. Φλάκιμος, τὸ β.
Αὔγστος τὸ ια.	ὑπ.

Γν. Καλπύρνιος Πείσων. Γν. υ. ὑπ.

650 Cui etiam sororis suæ filiam. *Marcellam* nimirum, *Octaviae* & *Marcelli* filiam, eius *Marcelli* sororem, qui *Iuliam*, *Cæsaris* ex *Scribonia* filiam, in matrimonio habuit: quam ipsam postmodo *Agrippa*, marito defuncto, uxorem duxit, *Marcella* dimissa. Vide *Sueton.* *Augusto*, cap. 63. *Plutarchum* in fine *Antonij*, &c. Hoc annotandum duxi propterea etiam, quod hic *Xiphilini* exemplum depravatum est: legitur enim ibi ἀδελφὴν falso, pro ἀδελφίδην.

651 Prætoribus. ut fit. τῶν πραίτωτων καθάπερ εἶδισθε.

Satis

Satis liquet, *σπαιρηγοίς* esse legendum, non *σπαιρωταίς*.

654 Tantum continentiae esse. *τινὰ ἄλλον καὶ σωφρονῆσαι ἐπ' ἀληθείας*. Pro σωφρονῆσαι legere vult Robertus φρονῆσαι. Ego, quia necessitas nulla incumbit mutandi, retinco σωφρονῆσαι. Paulo post, σεμνωαίμω, ὅτι τὸ, legendum σεμνωαίμω ἢ ὅτι τὸ, cum Stephano.

657 Deinde quæ legibus præcipiuntur. ἐπιτέθεικε ἀποστάτικον ἡμῶν ἔστι. Scribe ἡμῖν; non enim cum accusatiuo, sed datiuo, constructur hoc verbum.

661 Ut plus quàm annum. *πλείω καὶ ἑνιαυτῶν*. Lege, *πλείω ἢ ἑνιαυτῶν*. Et mox pro φρουροῦτας, repone φρουρῶντας. Sex vtuntur licitoribus. *ῥαξεδ' ἄχαις δὲ δὴν εἴντε*. Audacter hîc ἔξ, non εἴντε lego. Prætorum enim fuisse sex lictores, vt Consulium duodecim, vel pueri sciunt; habentque inde (vt Dio hîc ait) apud Græcos autores nomen. Vocantur quippe *ἔξαπεδικταίς*. Quo vocabulo vsus est Polybius, doctissimus & facundissimus historicus, libro tertio, vbi de Boijs, Romanos colonias Placentiam & Cremoniam condentes, inuadentibus disse-rit. Mox ἐπ' αὐτῶν ἀριθμῶν. ἀπ' αὐτῶν lego.

662 Istæ quoque prouinciæ. *τῶν αὐτοκρατορῶν καὶ ἐκείνοι προσετέθησαν*. Emendo, *ἐκεῖνα*, scilicet ἔθνη.

664 Ac diuidendis prouinciis. καὶ τὰ πλεῖστα τῶν θεῶν διανομήσ. θεῶν vox est corruptissima, cum debeat esse ἔθνων. Ab eoque perfecta. Lacuna hîc est. Videtur autem hic fuisse contextus: Ab eoque perfecta monarchia initium sumpsit. Vnius enim, &c. Plerunque nunc etiam. *ὡς πλείω ὑπόμειναι, καὶ νῦν τῶν τιμωτῶν*. Robertus sententiam staturam putat, si pro νῦν, πλεῖον legatur. Ego πλεῖον potius post νῦν addendum iudico, & tamen haud dubito, quin aliquid desit adhuc.

668 More

668 More Hispanorum se consecrans. Non memini, me de hoc Hispanorum more quippiam legere. Apud Casarem lib. 4. bell. Gallici haud dissimile quippiam de Soldurijs refertur, vſitatum apud Gallos Sontiates.

669 Ex senatoribus forte quindecim delegit. *πενηκταίδεκάτους κλήρας λαχόντας.* Corrupta lectio, eam sic emendandam certus sum: *πενηκταίδεκα τους κλήρας, &c.* sic etiam Xiphilinus. Per coitiones aut ambitum. *ἐκ παρακελεύσεως, ἢ ἐξ ἡλιασμῶ.* scribe *ἡλιασμῶ.* id enim est largitio propter magistratum ad piscendum. & sic scriptum est apud Xiphil.

670 Et alia id genus. *τὰ τριαύτα καὶ λέγοι.* Verba sunt transposita. Scribe, *καὶ τὰ τριαύτα λέγοι.* Sed in Augusti. ἀλλ' ἐς τε τὸ αὐτὸ ἐκείνω. Emendatus αὐτῷ leges.

671 M. Egnatius Rufus. *Μάρκος ὁ Γνάτιος.* Legendum, *M. ὁ Εγνάτιος.* sic enim Suetonius, sic Paterculius.

674 Porticum Neptuni. *πύλῃ Ποσειδῶνος ἀνομασθησίου.* Adde vocem *σοάν*, qua intercudit. *Vrfos trecentos.* ἀρκίως τε τριακοσίας. τριακοσίους Xiphilinus.

675 Cuius tum rex erat Sabos, Aelius Largus. *ἢς Σαβῶς ἑλασθρευεν, Αἴλιος Γάλλος.* Apud Xiphilinum non *Σαβῶς*, sed *Σαμῶς* legitur. Porro autem non *Γάλλος*, sed *Λάργος* est scribendum. sic enim & Xiphilinus habet, & Gallo Largum successisse in Aegypti praefectura, Dio supra innuit, ubi quidem Valerius Largus dicitur.

676 Si quando praelium commisissent. *σμιξίαν αὐτῶς.* Quod αὐτῶς rectè docet legendum Robertum

bertus, etiam Xiphil. habet. Athlulorum enim tenus. Αθλέλων. Apud Xiphilinum sanè habetur non ita. sed Επισέλων.

677 Sepulchrum ab ipso factum. ὃ ἠπόδο-
μείτο. ὃ scribe.

IN LIBRVM DIONIS LIIII.
GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

680 In nominibus Consulium. ubi legitur, Α. Αρ-
ρήνιος Α. υ. Λέπιδος, notandum est, Consules unius anni
intercidisse: & est ita legendum, Α. Αρρήνιος Α. υ. Μ.
Δόλλιος, Κ. Λέπιδος ὑπ. sic enim hi & à Dione hoc in
libro nominatur, & à Cassiodoro, ac reliquis Chronogra-
phis. & Horatius lib. 1. epistola ultima:

Colle gam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Deinde, ubi est Π. Σείλ. lege Π. Σίλιος, ex Dione. Rur-
sum, pro Παῦλος Ιένιος, & c. Γάιος Ιένιος scribe. nam
Caium Iunium Dio inferius scribit: sicut reliqui etiam.
Post, Μ. Α. Ιένιος Α. υ. scribendum Μ. Ιένιος, & c. Vbi
est Φέρσιος Μ. Δμίνιος. Illud Φέρσιος cum Roberto in
Φρυγί esse mutandum censeo, ut sit Pisonis cognomen-
tum. prætereáque scribo, Μ. Δμίνιος Μ. υ. Κρζάσος.
Deinde, pro Παῦλος Κύνιος, & c. scribo Γ. Κύντίσιος
Σεξ. υ. Ουάρος. Et deinceps, Μ. Ουαλέριος Μ. υ. Με-
σάλας Βαρβᾶτος. Barbatum autem eo liberius le-
go, quòd sciam Messale Barbati etiam Suetonium
meminisse in Claudio, cap. 26. Itaque qui hic Mes-
salam iterum Consulem scribunt, confundunt Corui-
num cum Barbato: non rectè quidem ἢ nisi alios auto-
res secuti videantur. Porro, pro Παῦλος Φλ. Παῦλος
φδδ

Φάσιος scribendum, ex Dione. Deniq³, Αφεικανός τοῦ
 loco mota est, & subdenda post hac demum verba, Κ. Φά-
 σιος κ. υ. Αφεικανός; ut etiam habet Suetonius in Clau-
 dio, cap. 2. ubi tamen, sicut & apud alios, Julius Anto-
 ninus, non Antoninus legitur. estque is M. Antonij filius,
 qui anno v. c. 741. prator fuit, ut tradit Dio: praesertim
 cum hic quoque M. υ. scribatur. ut dubium esse nequeat,
 illud Αφεικανός ad Fabium pertinere: & pro Ανώνιος
 scribendum Ανώνιος.

682 Fratrem hunc eius. ἀδελφὸν ᾧ Πλάγγει
 Lege Πλάγγει.

683 Absentes exilio damnati sunt. ἐρήμῳ
 μὴ ὡς καὶ φευξόμενοι. ἐρήμῳ μὴ ὡς καὶ, & c. scribe, ut
 rectè docuit Robertus. Quòd nisi in iudicio quo-
 dam. εἰ μὴ καὶ ὅτι νίκη. δίκη lego. Sed ingenue fateor,
 me hunc locum non intelligere: ita tamen, ut negem
 esse integrum.

684 His enim tintinnabulis. Laudo Robertum,
 qui sensit deesse hoc loco ea verba, κώδωνι χεῶνται,
 inferenda ante hæc: ὅπως σημαίνει σφίσι, & c. Rebel-
 lionem fecerunt. ἐπολέμῳ αὐτοῖς; lego αὐτοῖς. In
 feruitatem redigeret. ἐδύλωαν. Corrige ἐδύλω-
 θηαν.

685 Egregiè regesta. ἀνωισάμενος. scribe ἀνωι-
 σάμενος. L. Silanus. Σιλανός legi, non Σιλανός.

687 Vti maiorum suorum institutis permisit.
 τῶ πατρῷ σφίσι τρέπω εἰ ἀρχεῖται. Addendum ver-
 bum συνεχώροσε, aut simile, ut constet sententia.

688 Vnus ex Indis Zarmarus. Apud Xiphili-
 num Zarmarco nomen est, Ζάρμαρος.

689 Q. Lucretium. Supra in Catalogo erat, L.
 Lucretius, falsò, ut arbitror: Cassiodorus quoq³, & alij,
 Q. 10

Q. vocant. Per quinque annos. ἐς πέντε περακλή-
 θεις. Adde ἔτη. Velle se iuramento obstringere.
 χαλῆ μμέναν σφίσιν ὁμόσε ἤθελον. *Legendum*, ὁμόσαι ἤ-
 θελον.

691 Infensus esset. καὶ δὲ μίσεως ἐχ' ὅτι, ἔ. c. Scitè
Robertus deprehendit, δὲ μίσεως esse *legendum*.

693 Etiam si id iustissimè fiat. καὶν ὅτι μάλισα
 δικαιοῦτατος συμβῆ. Non improbo coniecturam Rober-
 ti, δικαιοῦτατος *legentis*.

697 Camuni & Vennonetes. Cur sic verterim,
 ἔ' rectène id fecerim (nam in Græco est, Καμμένιοι καὶ
 Ουένιοι) ex Plinij libro tertio, capite vicesimo, lector
intelliget.

698 M. Lollius Rhymetalci. Μάρκελλος Λόλλιος
 Ρωμησίᾳκη. *Legendum utique*, Μάρκος ἔ' Ρυμησίᾳκη.
 Paulo post, pro Τέγκρησι, reponè Τέκληροι. Porro ubi
 est, τὴν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Ταλατίαν, omnino hæ voces
inducenda sunt, ἔ' remouenda, τὴν τε Γερμανίαν. nam
 trans Rhenum Germaniam nullam tum fuisse, sed Gal-
 liam, euidentissimum est.

699 Decembrem. Δεκέμβριον scribe, ἢ Δεκέβριον.

700 Vedius Pollio. Ουήδιος Πολίων. Lego Πολ-
 λίων, ἔ' deinde Πολλίωνα, ἔ. c. Vide de hoc Plinium
 libro nono, capite vicesimotertio. Meminit ἔ' Tacit-
 us libro primo.

701 Pausilypum. τὸν Πασίλυπον. τὸ legerim, ut
 sit generis neutrius, sic Plinius libro nono, capite quin-
 quagesimotertio. Quasi non aliis quoque. ἔ. c. οὐχ
 ὅτι καὶ ἄλλαις. Lego, οὐχ ὅτι μὴ καὶ ἄλλαις.

706 Iulius Antonij F. Ιούλλος. Ιούλιος, ut su-
 præ ostendi.

705 Quoniam earum ædibus contigua erat.

ἔδωκεν ἐπὶ ᾧ ὁμοῦ Τίχος, &c. Ita lege, ἔδωκεν, ἐπὶ ὁμοῦ Τίχος, &c. ἢν. Κορινθ.

707 Tamen ipse gladiatorios ludos, καὶ αὐτὸς τὰς μοιαρχίας διετέλεσε. μονομαχίας lego cum Roberto. Ut senatores quoties in curiam conuenirent. Locus hic mirum in modum est & corruptus & mutilatus: ὁσάκις αὖ ἔδρα αὐτὸς, ἢ καὶ πλὴν, &c. Equidem non me fugit, ἔδραν apud Dionem vocari confessum Senatus. ut libro sequenti: ὁ δὲ Αὐγύστος τὰς τε τὴν γερουσίας ἔδρας ἐν ῥητοῖς ἡμέραις γήγναθ' ἐκέλευσεν, &c. ut haud dubiè hic quoque ἔδρα aspiratè sit scribendum. Sed tamen reliqua verba esse & deprauata, & manca, sensus ipse docet. Faciam autem quod possum, id est, apponam Suetonij hac de re verba, si quid ea lectorem possint adiunare, in promptu ut habeat. Quò autem (inquit ille capite tricesimoquinto, vite Augusti) lecti probatique & religiosius, & minore molestia, Senatoria munera fungerentur: sanxit, ut priusquam considerent, quisque iure ac mero supplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur: & ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur, scilicet Calendis, & Idibus, &c. Quibus ex verbis, & illis Dionis, τὸ δὲ ἵνα ἀπονήσι σιωπῶσιν, apparet alterum membrum hoc loco intercidisse.

709 In Cheruscorum. Χερσονίδα. Legendum Χερσονίδα, ut antè Χανίδα.

710 Lupiæ & Alifonis fluuiorum. καὶ ὁ ἘΝΘΩΝ. Alifonem dicit Tacitus libro secundo, his verbis: Cuncta inter castellum, Alifonem, ac Rhenum nonis limitibus aggeribusque permunita. Quo in loco Tacitus loquitur de discussa obsidione castelli ad Luppiam positi.

Taciti locus animaduertus.

siti: ubi tamen (quod obiter monere visum) imperitè quidam castellum Alisonem legerunt, ut Aliso sit nomen castelli: quod falsum esse Dio nos docet.

711 Bessus natione. Βῆσῆς Βεσός. Suprà ostendi Βησός, & Βησών scribi oportere: quam lectionem hic annotatam Robertus Stephanus testatur. Pecuniam ad imagines faciendas s. p. Q. R. conferrent, εἰς εἰκόνας ἑαυτῶν καὶ ἐκείνην καὶ ὁ δῆμος, vitiosè. Sic emenda, εἰς εἰκόνας αὐτῶν καὶ ἐκείνοι, &c. Deinde post paulo ἔστησαν, non ἔστησαν. Ac pro τῶ τέλει, τῶ ἔτασι lego.

712 Id si quis credendum non putet. Ἐτὸν μὲν εἰ γὰρ τῶ τις ὄν ἐπαρεδίδεται. Puto sic scriptum ab autore: εἰ γὰρ τῶ ἐ τις ὄν, παρεδίδεται. Μοχ. Ἰκνίς ἠρώς, legendum utique Ἰελίς.

IN DIONIS LIBRVM LV.

GVLIELMI

Xylandri Augustani annotationes.

713 Consulium nomina in annos septendecim cum annotauerit Dio, tamen hic tantum sedecim annorum exponuntur: ita quidem, ut collega etiam Augusti XII. Consulatus desideretur. Ac tametsi noverim esse qui à Drusi Consulatu usque ad M. Furij, & Sexti Nonij Consulatum inclusivè tantum sedecim annos numerent: tamen certum est, Dionem hoc loco ab ijs dissensisse, ac septendecim numerasse, quemadmodum & Cassiodorus habet. Causam differentie mox indicabo. Αὐγύστος τὸ β. ὑπ.) His adde (ut ex reliquis Chronologis habetur) Λ. Σύλλας. Deinde anni DCC L. Consules hos possumus ponere: Γ. Καλπίσιος Σαβίνος τὸ β. Λ. Πλασινῆς

Ροῦφος. Cogimur autem eos aliunde mutuari, quoniā
 inter Lelium Balbum ac c. Antistium Consules, &
 L. Valerium ac Cn. Cornelium Cinnam, nullius men-
 tio fit Consulis in Dione, ut mea quidem fert sententia:
 quia multa ex hoc libro interciderunt. Μ. Οὐαλεριος.
 Μ. υ. Μεσαλας ἢ Μεσαλιος. (Probo posterius. Γ. Καί-
 (αρ Αὔγουστος ἢ υ.) Legendum utique, (Roberto etiam
 annuente) τὸ ἰδ. id est XIII I. Nec me fugit Sueton-
 nium Augusti tredecim tantum Consulatus numera-
 re, totidēmq; etiam Tacitum, qui Augustum numero
 suorum Consulatum Valerium Corvinum, & c. Ma-
 rium simul aquasse, libro primo scripsit. Veruntamen
 quia tredecim Augusti Consulatus disertè sunt ab au-
 tore nostro iam antè recitati: quatuordecim utique le-
 gendum est, idque etiam apud Cassiodorum. Cur eum
 Tacitus & Suetonius omiserint, facilius puto intelli-
 gemus, si Dionis ea de re verba haberemus; nunc id con-
 iycere tamen possumus, non gestum fortassis eum ab Au-
 gusto, sed omnino aut repudiatum, aut statim alij tra-
 ditum, sicut & aliàs fecerat. Illud magis mirum, cur
 alij hunc totum annum omiserint, cum eum Cassiodo-
 rus habeat, eundēmq; quem Dio collegam Augu-
 sto XIII I. Consuli assignet L. Paulum. Nobis is an-
 nus prætereundus nullo modo visus est, idque tanto mi-
 nus, quòd infra libro sexagesimo, quem annum Dio
 octingentesimum Urbis condite habet, is apud alios
 DCCXCIX. dicitur. Unde patet, vno anno no-
 stram aliàs precedere rationem, ut ibi quoque di-
 cemus. Π. Οὐινικιος ἢ Μινούκιος.) Οὐινικιος Viniciū
 legendum Velleius docet. & pro Ν. υ̅ος. reponendum
 Μ. υ̅ος. Scribens enim ad Μ. Viniciū, patrem eius
 Ρ. Viniciū aperte nominat: quo Consule Tiberius

Rhodo redierit. Deinde auum M. Vinicij, ipsum etiam M. Vinicium appellat. Οὐάλας(ς.) forte Οὐάλας(ς; quod cognomen Valeriorum fuit. K. Καίλιος.) scribe K. Καμίλιος. M. Φούριος.) Vitque Φούριος est scribendum, v. omisso. Furius enim Camillorum nomen est, non Furnius.

714 Inde in Cheruscos conuerso itinere, Visurgin transgressus. πρὸς τε πλω Χερουσκίαν μελέση, καὶ τὸν Οὐίγυρρον, &c. Legendum Χερουσκίαν, & Οὐίγυρρον, id est Visurgim: quem supra falso scriptum habuimus Οὐίγυρρον. Μοx, pro Αλθίνου, lego Αλθίου, ut est apud Xiphilinum.

716 Et non modò homines. Ante hac verba deesse aliquid, satis patet: mihi tamen restituendi facultas (fateor) abest. Certè videtur Augusti lex aliqua de ijs quæ mortis causa legantur, intercidisse: ut cunque eodem modo apud Xiphilinum legatur.

717 Quæ deinde more Romano. καὶ αὐτὴ μετὰ αὐτῶ καὶ ἡ κύρωσις. Legendum, καὶ αὐτῆ. Cum honore tamen Tribb. pleb. anteirent. καὶ πλὴν τῶν Δημάρχων ποστέλιμημένοι. Vitia tolles, si legeris, καὶ τῶν Δημάρχων ποστέλιμημένοι, quod etiam Robertus Stephanus deprehendit.

718 Pignoris loco. ὡσπερ ἰε ἐνέχρισρον. scribe ἐνέχυρον. Infra, pro ἀφείς, ἀφείς.

719 Exceptis Cantabris. ὡλὴν τῶν Κανταβρῶν. Certè adduci non possum ut credam, hoc Cantabrorum nomen non esse falsum. Quid enim Cantabris cum Germanis commercij, aut cur Cantabros debellaturus Rhenum transiret, aut cur tandem illi eam expeditionem metuerent, tam longè ab ipsis auersò

bello? Id monere volui, ut qui possunt, corrigant hunc locum: me sanè hîc ingenium & autoritas scriptorum, aut certè memoria destituit. Pro *πεισεως* autem, legendum scio *πεισεως*.

722 D. Lælium Balbum. καὶ Λούκιος Βάλκος. Ipsius Dionis in indice libri, & reliquorum autorum testimonio, Λαίλιος, non Λούκιος est scribendum.

724 Corpora porrò Caij & Lucij. ἦ δὲ Λεξίς ἦ τε Γαίς, &c. Non possum mihi persuadere, non intercuisse hoc ex loco permulta, quibus inter alia Caij & Lucij interitum Dio descripserit, cum quòd in ipso indice libri ea historia promittitur, tum quòd leuiora multa consecratum autorem nostrum, eorum mortem silentio inuoluisse non sit consentaneum. Iam Zonaras etiam (quem nuper editum magnificentia viri verè magnifici ac generosi Domini ANTONII FUGGERI, laboribus autem honestissimi ac doctissimi viri Domini Hieronymi Vuolfij, meriti de me optimè amici debemus) cum permulta in historia horum temporum ad verbum è Dione transcripserit, vestigiàque eius diligentissimè (nec id dissimulanter) consecratus sit, de Caesarum horum exitu ea habet, quae ipsis vocabulis esse à nostro autore eum mutuatum, contendere ausim. Quid quod inscriptio presentis libri etiam de Augusti templi dedicatione, sanòque Martis in eo pollicetur, de quibus sanè ne ullam litteram nos habemus? Quid, quod Consulum ab anno 748, vsque ad 758, nulla ne ullo verbo fit mentio? Ea igitur quoque amissa sunt. Quoniam quidem verò sine exemplaris alicuius auxilio restitui nequeunt, mihi satis fuit ad praesens indicasse, lacunam hic esse
relin

relinquendam.

725 In Germaniam ablegavit. εἰς τὰς Κελτίας.
Deest verbum ἐξέπεμψε, aut simile. Μοχ: αὐτὸν ἐ-
κείνους, legendum ἐκεῖνον, scilicet Tiberium.

726 A curis vacet. ἀπομερμερίσθε scribe ἀπο-
μερμηρίσητε.

628 Te incolumi ipsa quoque hodie regnans.
Ante Διδόν ἢ τι παθόντος, Xiphilinus hac qua in-
serui verba habet: Ἐσωζομένους μὲν ὄντων, Ἐ αὐτὴ τὸ τή-
μερον ἀρχεῖ.

729 Lenibus corporis exercitiis. αἰωρήμασι.
De his alij multa. Xiphilinus habet αἰωνήμασι. Hinc
suspicor αἰωνήμασι legendum, id est perfusionibus, riga-
tionibus liquorum, ἀπὸ τῆς αἰωνᾶν. Paulo supra: ὅτι
φοβούμενοι. Xiphilinus rectius, οἱ τὶ φοβούμενοι.

730 Utque in aliis rebus modò grauiores. κα-
θάπερ ἔστι τῶν τᾶλλα. Excidit aliquod participium,
ut πλημμελούντων, aut simile. Quo intelligitur
pœnas non faciliores. ἐξ ὧν τῶν ἐκείνοις μὲν
ῥάων. Sensus postulat, ut legamus ἐκείνοις μὲν ἔδειν
ῥάων: ut est etiam apud Xiphilinum. Versu proximo,
ἐπιγορίαν, scribe ἐπιγορίαν.

731 Ut in officio maneant. ὅπως σωφρονῶσι, Ἐ
προσέτι μὴ δυνηθῶσιν. Deest aliquid: πῦρ ἀμαρτάνην.

Facinoris alicuius causa capite plectas. θανα-
τάτω μὲν μηδὲν ἔτι δεινὸν δράσαι σωφρονίζην. Li-
quet mendosè ita legi. Possunt autem omnia ex
Xiphilino restitui, qui sic legit: θανάτω μὲν μη-
δένα τῶν ἐκείνων τιμωρεῖσθαι, ἑτέρως ἢ πῶς αὐτὰς,
ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δράσαι, σωφρονίζειν.

Paulo pōst: καὶ τείχη ὄπλα. scribe. καὶ τείχη καὶ ὄπλα.
Idem.

733 Quia tantam urbem. πόλιν τηλικαύτων
πύλιν. *Abundat πύλιν.*

734 Decima Gemella. δεκάτεροι scribe δεκάξι
Infra: καὶ τῇ Γερμανία τῇ ἄνω. scribe, καὶ ἐν τῇ Γερμα-
νία. Ipse acceptos adseruauit. Obscurus est locus,
nec, ut credo, integer. Quò enim id uerbum referen-
dum est?

735 Tot sunt legiones. ὡς μὲν δὲ τριακῶν τεί-
χην, inepte, pro τέλην. *Suprà,* Ἀβίωνιος ὁ Μάριος. repono
Ἀβίωνιος.

737 Munus gladiatorium præbuerunt. μνησ-
μαχίας ἀλώνας. Xiphilinus aliter hic habet: nempe, lu-
